26 doctores præcedunt militibus †, vt Feli. latè in d. capi. Quanto. de magistris; maximè militibus nostri temporis, quia non militant, sed tantum modo sunt nobiles, vt ibi allegat ad hoc plura iura, sed ibi tenet, quòd in actibus militaribus verus miles præfertur doctori, sed in actibus doctoreis præfertur doctor militi, & in actibus promiscuis præfertur doctor, secūdū Bart. in proœmio digestorū. ¶ Et quod priuilegia data à iure militibus, nō habent locum in militibus nostri temporis, tenet Specul. in titu. de procura. §. 1. versi. Item quòd est miles. & Feli. vbi suprà. Et doctores æquiparantur veris militibus, & non militibus nostri temporis, vt cōclusum est, quia milites nostri temporis torqueri possunt, quia neq; in absumptiōe militiæ, nec in vita obseruant ea, quæ veros milites decet obseruare, & obseruari expediunt: vnde priuilegijs militaribus gaudere nō debēt: & sic possunt torqueri, vt tenet singulariter Guido de Suza in tracta. *tormento*. fin.

colum.

col.versi. An milites nostri temporis. & ibi eius additio.allegando Bartol.in suo tracta. de quæstio.licèt dicat, quòd illum tractatum non fuit Bart. licet ei attribuatur: sed ista opi.Bart.quòd torqueantur sicut alij priuati, est vera, & ab ea non recedendum: quia isti non sunt veri milites, & insignia sola non faciunt milites gaudere priuilegijs suis, sed exercitium. vt probatur in.l. penul.ff.de testa.milit.vbi dicit, ꝙ miles nō militans, non gaudet priuilegijs suis: ergo multo minus debent gaudere milites nostri temporis, quia non habent, nec habuerunt vera insignia, nec exercent militiam, nec militant, prout ibi tenet dict. addi. Guid. de Suza. illico doctores præcedunt, non solùm istis militibus, verùm etiam veris. ¶ Ad quod facit, maior est enim honor virtute sua titulos consequi, quàm facto maiorum, vt in.l.si quis in bello. ff.de capti. & post limi.reu.& ibi glo.& Christophor. Porc. Instit. de iusti.& iure.colū.1. ¶Et quia nobilitas scientiæ præfertur nobilitati generis: vt Cy.in.l.prouidendum.C.de postul.& Alex.in consilio.94. in.1.vol.nu.2. & Lucas de Pen.in.d.l. mulieres. C.de digni.lib.12.col.1.tenet quòd nobilitas sapientiæ est prima terrarum nobilitatū, & præfertur cæteris nobilitatibus, quia in sapiētia nobilitas vera consistit, & ibi quoque tenet in.2. col.quòd nobiles ex sapientia, & virtutibus, ac bonis moribus præferendi sunt his, qui ex genere aut diuitijs seu loco nobilitatis priuilegio extolluntur: de quo aliquid per Abb.in cap. super eo.de testibus. & per Antoni.Franc.in additio. ad Abb.in cap.ad aures.de rescrip.in.2.additione.& idem tenet noster Montal.in.l.6.titulo.9. parti.2. ¶Sed contra hoc videtur text.in.l.2.tit. 21.part.2.quasi in fine.ibi, *Como qualquier destos, que lo ganan por sabiduria, o por su bondad, son llamados nobles: mayormente lo son aquellos que lo han por linaje.* Quæ lex non obstat, quia ista.l.debet intelligi vt suprà dixi in actibus militaribus, & non in actibus promiscuis, vt Feli.in.d.ca.quanto. & quia illa dictio, maximè, non importat præcedentiam. ¶Et per consequens vxores doctorū, vxoribus militū æquiparantur: & sic dictæ vxores doctorum nō possunt torqueri, nec carcera-
27 ri † vt in.l.62.de Toro.& in expresso, quòd vxores & filij doctorum non possunt pro debito incarcerari. Tenet Hippo.de Mar.in.d. sua practi. crimi.§. attingam.nu.68. allegando plura iura: & idem tenet Mathesil.in notabi.suis, in nume. 59.vbi singulariter. ¶In tantum quòd istud priuilegiū non potest renuntiari, quia legi prohibenti, quē capi posse pro debito, non potest renuntiari pacto. tenet Specul.in tit. de renū.§.1. versi.Item est beneficium.num. 29. & sequitur Andre.Sicul.Barba.in.c.lator.de pignori.col.3. versi.vtrum autem. *Vide Gregor.Lopez in.l. 34.titu.34.parti.7.vbi tenet ꝙ non potest renūtiari vt torqueatur, sed vt capiatur, sic in glo.ibi, *de sangre.* tamen Alexan.in.l. alia causa.§.eleganter.ff.solu.matri.numer.16. tenet primam opinionem, quòd miles hoc priuilegium non potest renuntiare, & hoc putat verum, quia priuilegium competit personæ: & tenet Bartol. in l.pactum.ff.de pact.nume.5.& Barba.in capitu. Odoardus.de solutio.& Ioann.de Nauizanis in consi.59.nu.7.inquiens, ꝙ non potest renuntiari: quia competit ratione personæ.* ¶Sed an idem erit in vxoribus Licentiatorum? Idem dico sicut in vxoribus doctorum: quia vxor Licēciati non potest cogi ad se desdicēdum, nec carcerari, nec torqueri: quia gaudet priuilegio viri. ¶Et quia Licentiatus gaudeat priuilegio doctoris, maximè in fauorabilibus, tenet in expresso Bald.in.l.1.ff.solu.matri.col.4. versic.quid si filius non est doctor, sed licentiatus, & ista est cōmunis opi. secundum doctorem de Pala. Ruui, in repet.rubr.de dona.§.38.fol.21.vbi per.3.co. hoc examinat: & idem tenet Alexand.in.l.mulier.§.non est dubitandum.ff.ad Treb. & hoc tene.licet cōtrarium tenet Ang.in.§.& si quis.Insti.de test.mi.nu.1. dummodo isti sint graduati in studijs generalibus habentibus priuilegia, vt iam per leges Regias decisum est. Et idem tenet Petrus Antibo. latè in tra. de mun.in.3.par.nu. 56.tomo.6.tracta.fol.24.*Et Grego. Lopez in dicta.l.3.titu. 10.part.2.in gloss. *Sabiduria.** ¶Et quia suprà tetigi quòd mulier nobilis & doctoris non potest pro debito incarcerari, ¶Quid in alijs mulieribus, an pro debito ciuili possint in carcerē detrudi.vi.per dictū Hippolyt. de Marsi.vbi suprà in.d.§.attingam.nu.63.vsq; in finē. in.d.sua practi.cri.vbi ponit fallēcias, & ampliationes: & Doctor del Castillo in.l.62. de Toro. ¶Et inquantū ibi tenet ꝙ fallit in casu mirabili, quē ponit Bar.in.l.si quis sub cōditione.ff.de testam. tutel. & in auth.matri, & auiæ.C.quando mulier offi.tutel. fungi pōt. & est in causa tutelæ, & administrationis, quia pro tali casu pōt incarcerari, si renūtiauit Velleiano, & secundis nuptijs.& omni alij auxilio. ¶Cōtrariū videtur verius, licet Bart. & alij teneant hanc partem, quia mater nō pōt cōueniri in plus quàm facere pōt. vt in.l. sunt qui. in fine.ff.de re iud. ergo nō pōt carcerari, quia habet istā exceptionē, nec conueniatur, nisi inquantū facere pōt.* Et idem tenet Ioā. Abbatis Cacialup.in tract.de debito suspe. q.5.nu.26.tom.16.tract.fol,185.*Sicut vidimus per

per cessionē bonorū, quia etiā nō priuilegiatus euitat carceres.vt in.l.1.& fi. C.qui bo.ced. poss. ergo multomagis personę priuilegiatæ,nec conueniantur in plus quàm facere possunt, non debēt carcerari.ita dixit formaliter Cardi. Alexā. in.c.ex parte.vlti.col.de appell. vbi dixit ita voluisse Albe.de Rosa.in.l.vbi adhuc.C.de iur.dotiū.col.21. quæ opin.placet Hippol. de Marsil. in.d.§.attingam.nu.65.& miratur de Bart.& sequacibus,ꝙ ad istas rationes non aduerterūt: & hoc credo,licet ipsemet Hippolyt.in sing.248. vult tenere cum Bar.in.d.l. si quis sub conditione.quia idem quòd Hippol.in.d.§.attingam.tenet Andr.Sicul.in.c.2.de pigno.colū.2. versi.& adde.vbi dicitur quòd dictum Barto.in dict.l. si quis sub cōditione,iudicio suo non est verū. per text.in.c.2.§.fi.versi.fœminæ.de iudi.lib.6.iuncta.l.2.§.si autem dignitas. C.de iura.calū.& facit.l.1.C. de officio diuers. iudi. vbi ponderatur honestas sexus:& ideo succedit elegans regula, ꝙ vbicunq; aliquod priuilegium est indultum, propter honestatem personæ, seu sexus,nō potest tolli per renuntiationem, ita dixit Bald.in dict.l.1.C. qui bon.ced.poss. Ex quo infert dictus Andre.Sicul. quòd si mulier non potest renuntiare expressè priuilegio.d.l.1. ergo multominus videtur renuntiasse generaliter, & facit quòd notat Barto.in argumēt.in.l.sed & si quis. §.quæsitum.ff.si quis cautio. ¶Sed ibi tenet, ꝙ si esset magna summa pecuniarū,videret, quòd pro isto debito arduo possit incarcerari, non solùm ista mulier, sed etiā ille,qui accepit in vxorem mulierem, quæ fuit tutrix filiorum suorū, si nō reddit rationem administratiōis,antequā contraheret matrimoniū, quia bona ipsius viri sunt obligata.ita Bal. singula. in.l.si mater.C.in quibus causis pig.taci.contraha.& Hippoly. de Marsil.in.d.singu.248.in.2.col.¶Baccalaureus Rodericus Suarez in repe.l.2.for.leg.lib.2.titul. *de los gouiernos.* 14.&.15.col. istā.q.examinat, & licet sit baccalaureus est magnæ authoritatis,qa vt dicebat doctor de la Carrera,dū in vniuersitate Salmāticensi legeret Cathedram Decreti,me audiēte, quòd iste Baccalaureus Rodericus Suarez fuit magnus literatus,& aduocatus,& nunquā voluit gradū licentiaturæ, nec doctoratus recipere, quia asserebat quòd volebat esse præcipuus baccalaureus oīm q sunt in Hispania, quā vnus infimus ex doctoribus multis:& hoc audiui à dicto dño doctore de la Carrera antequā opera ipsius baccalaurei in lucē prodirent, dicit, ꝙ nō est fidendū de opi.Bar. ¶Tū in additione quā ibi fecit dicit quòd hodie videt, quòd determinatio Bar.nō ꝓcedat:& sic sit vera opi. Barb. per.l.62.Tauri,cuius verba sunt, *Ninguna muger por ningūa deuda que no desciēda de delicto pueda ser presa,ni detenida.* Et sic videt,& est attendendum, ꝙ per ista verba, *por ninguna deuda*, ꝙ hodie non ꝓcedat determinatio Bar.& sequaciū. In qua habet ꝙ ꝓ debito descendēte ex administratione tutelæ possit mulier carcerari, cū ista sint verba gñalia,& mens legislatoris est quòd ꝓ nullo debito,cuiuscunq; naturæ,& conditionis sit,dū tñ nō descēdat ex delicto, posset mulier carcerari. ¶Et hac quoq; ratione dicas nō ꝓcedere dictū Andr.Sicul.Barba:qui tenet quòd ꝓ debito arduo possit mulier carcerari,maximè quòd si bñ attendamus istud est quoddā priuilegiū mulieri p principē cōcessum humanitatis causa, rōne fragilitatis sexus,vt alia etiam priuilegia mulieribus cōceduntur,quæ viris denegant:vnde eadē rō est in debito magno : quæ est in paruo: & sic ꝙ hodie est vera opi. Hippol.de Marsil.in.d.§.attingā. ¶Quod limitat in muliere meretrice, seu luxuriose viuente:nā ista pōt personaliter capi, & carcerari: verbū est aureum Bal.in.l.consentaneū. C.quo. & qñ iudex.col.7.in parte,in gl.& tenet.d.Rod.Sua.in.d.l.2.*delos gouiernos.* col.13. & Hippo.in.d.§.attingā.nu.66.& idē tenet Alexan.de Imol.in.l.pleriq;.ff.de in ius voca.col.fi. nu.11.&.12.vbi oēs in dict. locis tenēt ꝙ est verū, qñ mulier luxuriose viuēs esset soluta, secus si esset nupta, quia tūc quāuis luxuriose viueret nō possit carcerari.ꝑ tex.sin.in arg.in.l. si vxor. §.1.ff.de adul.ꝓ quo facit dict.Ioā. And.in additio.ad Spec. in tit.de iniur.& Alex.in.d.l. pleriq;.nu.12.& idē tenet Pala.Ru.in repe.c. per vestras.de dona.§.21.nu.22.fol.95. & idem tenet And.Sic.Barba.in.d.c.2.quod incipit,Lator.de pigno. colū.1.& in.c.pastoralis.col.6.versic.sed ego quæro.de iudi.& latè per eundē Hippol.de Mar.in repe.l.vnicæ.C.de raptu virg.nume.30. vbi dat singula.limitationē, & intellectum ad supradicta restringendo,non habere locū in meretrice maritata,quæ habet in maritum vnū lenonem,vel infamē, quia tunc reputatur pro meretrice non nupta, ita dicit quod tenet Io. Baptis. de S.Seue.in tracta.suo de debito. suspe.col.13. *Et ibi dictus Baptist.à Cacialup.in. d. tracta.q.5.nu.24.* Et per alia,iura qđ dicit esse menti tenendū,& notādū ad intellectū dicti Io.And.supradictū:& idem tenet.d. Hipp.de Mar.in sing. 279.¶Sed si mulier de se est nobilis,non perdit nobilitatē generis, etiā si sit meretrix, vel faciat quæstū corporis, vt in.l.si qua illustris.C.ad orfici.& in.l.senatoris filiū.ff.de rit.nuptia. & in.l. filium.ff.de senatori.& tenet Mōtal.in gl. ordi. in parte generosus.& sic quòd licet ista vxor viuat

uat turpiter, si est nobilis ex se, non potest carce
rari, etiã si sit soluta, quod nota ad intellectũ.d.
l.Tauri. ¶Optimũ est scire, si vxor clerici gau-
28 det eodẽ priuilegio †, & retineat illa duo de qui-
bus in c.vnico.de cleri.cõiuga.in.6.quæ retinet
maritus ferẽdo habitũ & tonsurã clericalẽ.s. pri
uilegiũ, canonis si quis suadẽte.17.q.4. & quòd
in criminalibus cõuenitur corã ecclesiastico iu-
dice.gl.in.c.clericũ.11.q.1.tenet ꝙ vxores cleri-
corũ sortiũtur forũ ex personis virorum, & gau
dent eisdẽ priuilegijs vxores & filij, quibus cle-
rici gaudẽt, vt in.l.1.&.2.C.de episco. & cleri.&
hoc quãdo est legitima vxor. & idẽ tenet gl. in
c.eos.32.dist.Abb.Panor.in.c.nullus.de for. cõ
pe.col.2.nu.6.&.7.istã.q.examinãt, ad minus tã
git eam: & cũ istis glossis trãsit, licet Io.Andr.in
d.c.vnico.de cle.cõiuga.in.6.tenet contrariũ. &
Ioã.de Imo.in.d.c.nullus.sequitur gl. licet Ant.
ibi trãseat cũ Ioã.And.& idẽ tenet Mõtalu.in.l.
32.tit.2.part.3.in gl.la tercera. ¶Sed ratio & di-
stinctio Abb.ibi mihi videtur vera, & ex ea po-
test concordare glossas, & Ioan.Andr. & sequa
ces.s.quod quãdo clericus coniugatus defert ha
bitũ & tonsurã, & tũc sicut ipse clericus gaudet
in criminalibus priuilegio personæ, ita & eius
vxor, quia generaliter traditur vxorem debere
sortiri forum ex persona mariti, vt in. d.l. cùm
quædã puella.ff.de iuri.omn.iudic. & alibi dicit
Imperator, Mulieres honore maritorũ erigimꝰ,
& genere nobilitamus, & forũ ex eorũ persona
statuimus.vt in.d.l.fi. C.de incolis.lib.10. ¶Sed
si clericus coniugatus non incedit in habitu &
tonsura clericali, eius vxor nullo gaudet priuile
gio ecclesiastico, quia hoc casu, nec clericus ipse
gaudet: & certè ista distinctio mihi placet: & ibi
Abb.respõdit ad dict.Ioã.And. quod erat, ꝙ vi-
deretur absurdũ, vt vxor clerici in ciuilibus con
ueniretur coram iudice seculari, & in criminali-
bus verò coram ecclesiastico, nec obstaret si di-
ceretur ꝙ idem cõtingit in personã clerici, quia
hoc operatur character, qui personã clerici nõ
egreditur, quia imo non obstat, vt arg.in.l. fi.C.
de iuri.om.iudi.& eorũ quæ notantur in.c.quã-
to.de offi.ordi.& Innoc.in.c. cùm ab ecclesiarũ.
eod.titul. Item quia in persona ipsius clerici ea-
dem debet esse ratio de specie ad speciẽ, quæ est
de genere ad genus: vt in.c.pastoralis.§.Itẽ cùm
totum.de offi.delega.sicut enim quãdo maritus
gaudet ex toto priuilegio fori. Idẽ reperitur in
vxore, ita si pro parte gaudet maritus, debet &
pro partè gaudere vxor, nõ obstante quod dicit
ꝗ charactere eusã & multi gaudẽt priuilegio fori,
qbꝰ character impressus nõ est, vt est videre in
monialibus. ¶Et quòd ista vxor gaudeat priui

legio, est ratione vnionis matrimonialis, vt in.c.
hæc imago.33.q.5. & inter eos communicãtur
actiones & passiones.vt in capi.Martinus.& ibi
Abb.de cog.spiritu. ¶Attamẽ Domi.de sancto
Gemi.in.d.c.vnico.de cleri.cõiuga.in. 6. restrin
git supradicta, solũmodo in priuilegio fori: secꝰ
in priuilegio canonis si quis suadẽte diabolo, ꝙ
illud nõ habet locũ in percutiẽte vxorẽ clerici,
etiã si sit vxor legitima, prout põt cõtingere in
clerico cõstituto in minoribus, quia cũ istud sit
priuilegiũ cõcessum toti ordini ecclesiasti. non
debet extẽdi ad personã nõ existẽtẽ ecclesiasti-
cã, in materia pœnali: & licet vxor sortiatur fo-
rũ mariti clerici, & sic exẽpta à iudice seculari.
vt Abb.in.d.c. nullus. nõ est eadẽ ratio in mate
ria exorbitãti, & pœnali, puniendi offendẽtem
vxorẽ clerici, & ideo nõ debet fieri extensio. vt
in.l.Iulia §.hoc caput.ff.de rit.nup. Et in.c.cano
nica.de sent. excõ. cũ alijs vulgaribus, vbi patet
hoc esse verissimũ, & sic teneo ꝙ licet vxor cle-
rici gaudeat priuilegio clerici quoad forum in
quo priuilegio confert beneficiũ, siue pœna: tñ
dispositio pœnalis loquens de offendente cleri
cum, ad ipsam vxorem nõ extenditur, vt suprà
fuit probatum per regulam in pœnis.& in regu
la odia. de regul.iuris in.6. vt tenet omnia dicta
Fran.de Aretio. in cõsil.131.col.2.&.3. ¶Et sic
concludo quòd vxor clerici, quo ad forum gau
det in criminalibus priuilegio clericali, vt ipsa
debeat coram ecclesiastico conueniri: sed non
gaudet priuilegio canonis, si quis suadente.&
sic quòd licet quis inijciat manus violentas in eã
offendens, non est excõmunicatus.& idem te-
net Domi.in dict.capit.1.de clericis coniuga.in
6.& per dictum Fran.de Are.in dict.consi. licet
dicat quòd etiam de priuilegio fori multi recen
tiores tenent quòd vxor nõ gaudet, nec ei com
petat. ¶Quinimò talis clericus coniugatus defe
rens habitum & tonsuram non subest sub iudi-
ce seculari in criminalibus, nec distringit suam
personam, licet distringat sua bona.vnde insur-
git conclusio, quòd pro debito pecuniario non
29 potest talis clericus incarcerari † vt sentit An-
charra.in dict.capi.vnico.de clericis coniu.in.6.
& Specul.in titul.de competen.iudi.addi.§.1.&
Lapus allega.118.& probat tex.in capi.nuper.
de senten.excommuni. per quod extenditur.l.
4.titu.2.libr.4.in ordi.regali.vbi cauetur, quòd
fidalgus non potest carcerari pro debito, ꝙ sit
idem in clerico coniugato habitum & tonsurã
deferente: & idem in vxore sua per supradicta.
¶Et non solùm vxor clerici, verùm etiam eius
concubina gaudet priuilegio Fori ipsius cleri-
30 ci, † & coram ecclesiastico debet conueniri, te-
net

net Iaſ.ſingulariter in.d.l. Cùm quædam puella.ff.de iuriſd.omni.iudi.nu. 17. & infrà dicetur ſuper cap. quod loquitur de concubinis clericorum, quod eſt. 47. in ordine. Et quia dictum eſt quod vxor vidua retinet forum viri & eius priuilegia per iura ſupradicta, intellige eſſe ve-
31 rum in fauorabilibus,† non autem odioſis, niſi in contractu dotis, in quo inſpicitur conſuetudo fori viri.per.d.l. Exigere dotem.ff.de iudic. ita ſingulariter intelligit Bald. in.l. voluntas.C. de fideicommiſſ.nume.1.& tenet Hippolyt.de Marſil.Bald.commendantem in repet.l.vnicæ. C.de rapt. virg.nu.215. & licet putabat dictum Bald.eſſe incognitum, quia eſt in loco remoto. idem tenet Felin.in capi.ſuper eo.de teſtibus.1. colum. ¶Extende etiam,& habet locum, quòd mulier retinet priuilegia viri,etiam ſi habeat vi-
32 rum inutilem: quia † vidua dicitur non ſolùm quæ virum non habet, ſed etiam quæ virum ſibi inutilem habet,& priuilegia quæ dantur viduis,conceduntur iſtis inutiliter nuptis: mirabile eſt dictum Bald.in.l.fina.C.ad.l.Fabi. de plagi.& ſequitur Hippolyt.de Marſil.in. d. repeti. l.vnicæ. C.de raptu virgi. nu.214.allegādo Iaſ. in.l.ſi quis pro emptore.ff.de vſuca. colum. 53. Sed ego quæſiui & non inueni, tamen ſufficit authoritas Bal. ¶Et ex hoc infero & teneo pro conſtanti,quòd licet vxor non ſit copula carnali cognita propter impotentiam viri, & ſic per ſuam inutilitatem ſi eſt traducta ad domum, &
33 eſt velata,habet dimidietatem † bonorum acquiſitorum, conſtante matrimonio inter eam & virum ſuum ſic inutilem: & ita ego aliquando conſilium dedi: & tenet in terminis noſter doctor de Segura in repeti.§. ſi vir. l.1. ff.de acquiren.poſſe.col.9.&.10.cum ſequentibus, per multa fundamēta,vt ibi per eum. ¶Et quia quādo eſt traducta ad domū poſſunt dici maritus, & vxor,ſicut in coniugio: quod verum fuit inter beatam virginem Mariam & Ioſeph maritum ſuum,licet nūquam interuenit carnalis copula.vt in. c.Ioſeph.& in cap.priuſquam.27.q. 2.& Segura vbi ſuprà,hoc tenet: vbi pro vtraq; parte iſtam.q.altercat.& vltra eum vi. Saly. iſtā quæſtio.examinantē,& idē tenentem in.l. cùm in te.C.de dona.ante nup. & ſequitur Phil. Decius in conſi.540.num.3.& Hippoly.de Marſi. in conſil.66.num.7.vbi plura iura quoque allegat,& additio.Barto.in.l.Cùm fuerit.ff.de con-
34 ditio.& demonſtra. ¶Et quis dicatur vidua † vid.dictum Hippo.de Mar.in.d.repet. l. vnicæ. C.de rapt.virg.nu.211.cū ſequentibus. ¶Fallit primò quando iſta vidua ingreſſa eſt in religio-
35 nem † quia tunc amittit dignitatem mariti, & perdit eius priuilegia.ſentit glo.in.c.ſcripſit.27. quæſt.2.& Alex.expreſſè in additio. ad Barto. in.d.l. filij.§. vidua. ff. ad municipal.& Antoni. Corſe.in tracta.ſuo de poteſta.reg.in.29.q. col. pe.& iſta opi.eſt vera,ſecundùm Ioan.de Garonis,in titul.de nuptijs.C.colū.13.quia tunc non viuit nomine mariti:ſed tanquam monialis, & ſic eſt prima fallentia, quòd vidua non gaudet priuilegio viri. ¶Alia eſt ſi viuit luxurioſè, vt
36 iam dictum eſt,† & ſi nupſit ſecundo viro inferioris conditionis,vt ſuprà, & Alex.in addi.ad Barto.in.l.fina.C.de bonis mater.& Angel.in.l. Cùm quædam puella.ff.de iur.om.iudi.verſicu. tertio,vbi dicit quòd vxor ſequitur forum viri, ſi tamen ducta eſt: & idem credit in vidua, niſi luxurioſè viueret, nec plus habeat luxuria, quàm caſtitas.argu.in authen.de reſtitu.ea quæ pari.ſed melius facit text.in. l. his ſolis.ff.de reuocan.dona.& ibi Bald. ponderat text. ad hoc, videlicet ꝙ mulier non caſtè viuens amittat priuilegia primi tori, quod intellige verum,niſi in his in quibus viduam retinere domicilium viri, eſſet ipſi viduæ odioſum.argumen. in.l. Si quis ſolidum. ff. de hæredi. inſtitu. & tenet Bald. in cap.accedens.de procura.in fine,dicendo,quòd facto diuortio,vxor non ſequitur forum viri,niſi in eo,quod eſt ſibi dānoſum: & ſi adulteratur non habet priuilegia dotis, quia reatus omnem honorē excludit:vt in.l.1.C. vbi ſena. vel clari. & ita tenet Alex.in.d.l. Cùm quædam puella. nu.9.& putat hoc eſſe verum,licet Fulgo. dicat ibi ſimpliciter, quòd dictum Ang. non videtur ſibi verum, eo quia mulier ex luxurioſa vita nō adipiſcitur nouum domicilium, ergo retinet domicilium viri. ¶Sed ſecun. Alex.dic quòd imo mulier adipiſcitur primum domicilium, ſiue originem quam amiſerat propter matrimoniū, & non perdit primum domicilium, niſi quoad ea propter quæ ſubtraheretur à ſeruitio viri: & ratio Ange.concludit,licet Fulgo.contra, ſic declarando: nam mulier quæ tranſit ad ſecūdum matrimonium perdit domicilium primi viri. vt in dict.capi vidua. tamen exiſtens in matrimonio, dicitur caſtè viuere. vt in.l. mulier. §. cùm proponeretur. ff.ad trebellia. ergo vidua luxurioſè viuens,debet quoad fauores illud perdere, ne plus habeat luxuria,quàm caſtitas, ſecūdùm dict.Alexan.ibi. ¶Hinc eſt quòd donatio facta per maritum vxori habet tacitam conditionē ſi
37 honeſtè vixerit.† vt in.l.res vxoris.C.de dona. inter vi.& vxo. & ibi Bal. & idem tenet text. in l.9.tit.12.*de las donaciones*.fo.leg.lib.3.ibi. *E ſi por auentura deſpues de la muerte de ſu marido no hiziere buena vida, pierda lo todo quanto le dexo el marido.*

& secundùm glo. Montal. ibi. mulier quæ post viri mortē luxuriosè viuit, præsumitur viro superstite, nō castè vixisse & meritò perdit donationē: & quicquid ex viri liberalitate ei peruenit, & etiā legata & fideicōmissa & efficitur infamis, quia virum mortuum dehonestauit, & quia honorem mariti non seruat, indigna efficitur relicti: vt in authen. cui relictum. C. de indicta viduit. tolle. & propter hoc anima mariti valde contristatur, vt for. iuz. lib. 5. titul. 2. l. 4. & 5. & in. l. consensu. C. de repud. ¶Sed optimum est scire an mulier debeat continere infra annum luctus, an durante viduitate adhoc vt non gaudeat priuilegijs mariti: & nec consequatur si
38 bi relicta? † tex. in. l. 3. titu. 12. part. 4. dicit quòd debet continere infra annum luctus, inquantum dicit, *essa misma pena deue auer si ante que passe el año hiziesse maldad de su cuerpo*, vnde videtur quòd licet elapso anno luctus committat stuprum, vel viuat luxuriosè, non debet perdere donata à viro. Sed lex fori iam dicta, tenet contrarium ibi. *si despues de muerte de su marido no hiziere buena vida.* ¶Palacios Ruuios in repetitio. rubri. de donatio. §. 67. qui incipit, vnum demum. fol. 47. istam quæstio. examinat, licet non alleget dicta. l. parti. tenet quòd non solùm infra annum luctus, verum etiam durante viduitate, debet honestè viuere. per. l. 4. titulo. 4. libro. 5. in ordinationibus. regalib. in fine, ponderando illa verba legis inquantum dicit, *seyendo biuda*, quod dicit videri satis rationabile, quia ex quo interim est vidua, & gaudet priuilegijs mariti, & suam dignitatem retinet. vt in cap. ex parte. b. de foro competen. & Abb. & Felin. in cap. super eo. de testib. si durante viduitate luxuriosè viuat, etiam post annum luctus iustum est quòd perdat donata à viro, quia quodammodo videtur esse in matrimonio durante viduitate, & quātū ad prædicta eadē castitas desideratur ac si matrimoniū duraret, nō solùm infra annum luctus, sed etiam perpetuò, hoc est, viduitate durāte & ego ita teneo nō obstāte. d. l. par. & vide vbi suprà Pala. Ruui. nu. 4. vbi idē tenet allegādo. d. l. fori, & sic quòd si maritus aliquid donauit, vel legauit vxori, vel ipsam hæredē instituit, & eo mortuo luxuriosè viuat, priuabitur hæreditate vel legato, vt indigna, licet maritus non adiecerit clausulam, si castè vixerit. idem tenet Montaluus in. l. sexta. titulo. 2. for. legum. libro. 3. in glos. *pierda.* quia per hoc vt ipse dicit infert iniuriam & tristitiam animæ mariti. & Salycet. in. l. fideicommissum. C. de fideicommiss. in fine: & ibi dicit esse bene notandū, quia quotidianum. ¶Item talis vxor, quæ viuit luxuriosè post mortem viri perdit dimidietatem bonorum acquisitorum, constāte matrimonio
39 † inter ipsam & maritum. vt in. l. quarta. titul. 4. *de las ganancias.* libro. 5. in ordinationibus. regalib. & Palaci. Ruui. in dicto. §. 67. & in dict. repetitione rubric. §. 70. qui incipit, cessante. folio. 53. nume. 19. dicit hoc procedere etiam si in vita mariti forte eo inscio incontinenter vixerit, vel post eius mortem debet perdere dictam dimidietatem lucrorum habitorum, matrimonio cōstante: & idem tenet in vxore occidente maritum, non debere habere dimidietatem dictorum lucrorum: vbi per te videas, & a-
40 lia in proposito. ¶Item perdit arras † ista vxor vidua luxuriosè viuens. vt tenet doctor del Castillo. in. l. 51. de Toro. in glossa finali. ¶Itē per
41 dit tutelam † filiorum. glo. & Bald. in authen. ti. matri & auiæ. & in authen. sacramentum. C. quando muli. offici. tutel. fungi potest. & l. fina eodem titul. quæ requirit quod in pudicitia viuat. notatur in. c. ex parte. in. de appel. & Spec. in tit. de tutore. §. nūc dicendū. versi. Item excipitur. & Pala. Ruui. in. d. §. 67. num. 16. & Bart. in. l. his solis. C. de reuo. dona. & latè Abb. in. c. vxoratus. de conuersio. coniuga. & Bart. in. l. Si quis sub conditione. ff. de testa. tutel. ¶Et quia ita perdit tutelā si incontinenter viuat, sicut si transisset ad secundas nuptias, & per hoc potest inferri quòd eas pœnas patitur mulier per transitum ad secundas nuptias, quas infra annum luctus pati debet, si incontinēter viuat, quia ratio nuptiarū prohibitiua infra tale tempus fortius vendicat sibi locum in incontinentia, nec in plus se habeat luxuria, quam castitas, vt dictum est, & tenet Abb. in. d. cap. vxoratus. num. 2. & ibi quoq; tenet idem, quod Saly. in. d.
42 l. Fideicommissum. ¶Sed quid in † cura, dic ꝙ sicut matri pertinet sicut tutela. vt Specul. in titu. de curato. §. cùm autem. versi. sed nunquid mater. nu. 2. & Barto. & Bald. in. d. authen. matri & auiæ. & Abb. in. d. cap. ex parte. ita debet perdere curam sicut tutelam, quia dispositum in vno habet locum in alio. est text. singul. in. l. quòd si nolit. §. quòd in procuratore. ff. de ędili. edict. & ibi Angel. vbi dispositum in tutore habet locum in curatore, & procuratore. & tenet doctor de Stuniga in suo tractatu tutelarum, in fine, licet non allegat. d. l. quòd si nolit *. Et intellige, ꝙ mater pōt esse filij curatrix si ab ipso filio petatur: vel si cura est legitima, vt quando filius est furiosus, prodigus, mēte captus, surdus vel mutus, vt tenet Bal. Plat. & Christ. Porc. & ibi Iass. in additio. col. 2. in. §. furiosi. Insti. de curato. contra glo. ibi quæ vult ꝙ solū in furioso &

ſo & prodigo ſit legitima: tamen Iaſ. inquit, ꝙ eſt verus intellectus, & dicit concordare. l. fin. §. ſint autem. C. de cura. furioſ. & l. de creationibus. C. de epiſcopa. audien. licèt Lin. ibi dicat & teneat, ꝙ cura furioſi & prodigi eſt legitima & ꝙ alia cura ſemper eſt datiua, & male: & ſic tenē opinionem. Bal. & Iaſ. & pro ea eſt tex. expreſſus in authen. vt ij qui obligatas ſe prohibēt habere res mino. colla. 6. §. 4. & hæc. & ibi Bart. affirmans ꝙ ibi eſt tex. expreſſus ꝙ furioſus, prodigus, demens, & omnes ſimiles. de quibus in. d. §. furioſi. & in. l. 1. in fine. & in. l. ſequenti. ff. de priuileg. credito. habent curatorem legitimum. & idē Iaſ. in. l. is cui bonis. ff. de verbo. oblig. nu. 8. & idem tenet Ba. ſupra. Bar. in. l. furioſi. C. de nuptijs: & Bal. dicit veritatem ſecundum dictū doctorem de Eſtuñiga. in tracta. de tutelis. in titulo de curator. furioſi. & idem tenet Bald. in. l. ſed ſi milites. §. quæ autem. ff. de excuſa. tuto. & Cardina. Alexan. in. c. dilectus. deſponſali. in fine. & idem dico ꝙ cura bonorum abſentis eſt legitima & non datiua: vt eſt. l. 4. titul. 29. parti. 2. & tenet Peregrina. in parte latinitas. 4. q. 2. & facit. l. 12. titul. 2. part. 3. & exceptis iſtis caſibus cura eſt datiua: quia inuitus curatorem non recipit, nec accipit: vt in. §. item inuiti. Inſti. de curato. & l. 13. titul. 16. part. 6. & l. matri. C. qui petant tuto. & ſupra dicta teneo, licèt Grego. Lopez. in. l. 2. titul. 16. part. 6. in glo. *mas cercano*. dicat ꝙ nulla cura eſt legitima niſi furioſi, licet tutela ſic: tamen filius ſi vult, poteſt petere matrē in curatricem, vt ibi: quia illa in caſibus ſupradictis poteſt eſſe curatrix filij, licèt non petatur ab eo*. Sed an perdat executionem teſtamen-
43 ti, & primo† ſciamus ſi mulier poteſt eſſe executrix teſtamentorū. text. in. l. 7. titulo. 5. *de las mandas*. lib. 3. foro legū. tenet quòd nō poteſt eſſe executrix, vel *cabeçalera*. & hoc poteſt eſſe, quia non habet perſonam ſtandi in iudicio. vt in. l. fœmina. ff. de procura. ¶ Tamen de conſuetudine, quę optima eſt legum interpres ſecundùm Montal. ibi, poteſt habere hunc officiū teſtamentarij: & vltra Montal. ibi dico ꝙ idem tenet Angel. in. l. Si traiectitiæ. ff. naut. quòd fœno. per gloſſ. in. l. filio. §. matri. ff. de adimen. lega. & gloſ. in. l. vnica. §. pro ſecundo. C. de caducis tolle. & idem tenet gloſ. in cap. religioſus. de teſtamen. in. 6. in verbo, religioſus. vbi dicit idē quod Montal. quòd quicquid ſit de iure, de conſuetudine habetur contrarium, & ſic poteſt eſſe executrix teſtamenti: & idem tenet Bart. in. l. à filio. ff. de alimen. & ciba. lega. vbi hoc etiam extendit, etiā ſi talis vxor tranſeat ad ſecundas nuptias, non perdit executionē teſtamenti: quod eſt notandum. & ſequitur ibi Alexā. in additio. ad Barto. & Bald. in. l. id quod pauperibus. C. de epiſco. & cleric. & Ioan. And. in additio ad Specul. in titul. de inſtru. editio. §. nunc verò aliqua. pe. charta.* Et peregrina in parte tutor. 6. q. in gl. nō habebit, ante finem.* Receta ſic opinione quod poteſt eſſe executrix teſtamēti mariti, dico ꝙ ſi turpiter viuit, perdit illam executionem ſecūdùm Imol. in. l. cum qui. §. qui ſibi. ff. de verbor. obligatio. quia ſicut perdit tutelam, ſic dictam executionem, cùm executio teſtamenti & tutela æquiparentur. gloſſ. in. l. antepen. ff. de tutel. & ibi Bartol. & tenet dict. Palaci. Ruui. in d. §. 67. nu. 16. ¶ Et idem eſt ſi maritus relinquit
44 † vxori facultatē pro eo teſtandi, prout in. l. 31 de Toro, cum ſequētibus, & eo mortuo, ipſa viuit luxurioſè videtur ſibi reuocatū mandatum ad quod bene facit dictum Paul. de Caſtr. in. l. ſi cum cornelius. ff. de ſoluti. & idē tenet Pala. Ru. vbi ſuprà. nu. 7. & quoque dicit ibi. nu. 15. quòd authen. præterea. C. vnde vir & vxor. nō habet locum in vxore quæ poſt mortem viri luxurioſè viuit. ¶ Idem eſt in dote, quia vidua luxurio-
45 ſè viuēs poſt mortē viri perdit dotem † ſicut ſi viuente marito, hoc feciſſet. vt Paul. de Caſtr. in conſi. 121. & idē tenet Pala. Ru. vbi ſuprà. nu. 6. quanuis Alexand. in. l. ſororem. C. de his qui. vt indig. aliter videatur ſentire: & licet Palat. Ruu. in hac. q. plus non dicat, nec alleget: dico quod idem tenet Paul. de Caſtr. in. d. l. ſororem. & in. l. fideicōmiſſum. C. de fideicōmiſſis. attamen Iaſ. ibi nu. 1. & 2. dicit quòd opinio Paul. eſt falſa, & contrarium conſuleret, quia iura loquentia de priuatione loquuntur quando mulier cōmittit adulterium, conſtante matrimonio, vt in. l. conſenſu. C. de repud. & cap. plerunque. ꝺ dona. inter vi. & vx. vnde cū iſta iura ſint pœnalia, non debent extendi, maximè quando nō eſt eadem ratio. vt in. l. cùm quidam. ff. de liber. & poſtu. & per alia fundamenta ibi tradita per Iaſ. & ibi dicit quòd quoque Alexād. reprobat dict. deciſio. Paul. nu. 3. ¶ Sed miror de Iaſo. quia variat in. d. l. Fideicōmiſſum. ab his, quæ tenet in. l. 2. ff. ſolut. matri. nu. 6. vbi dicit amplia, & teneas perpetuò cordi, quod quēadmodum viuo marito propter adulteriū, vxor perdit dotem: ſimiliter mortuo marito, ſi vidua cōmittit ſtuprum, perdit dotem, ſeu actionem ad repetendum dotem. per dictū cōſil. Paul. de Caſtro. 121. incipiente, Reuocatur in dubium. vbi multum plenè arguit ad partes: & inter cætera allegat bonum text. cum glo. in. l. pe. & ibi Bart. ff. de adulte. vbi notat Barto. quòd qui offenditur ex adulterio conſtante matrimonio, ille offen-

 ditur

ditur ex stupro, viduitate durante, & dicit nota re debere decisionem hanc Paul. & Bart. quia plerunq; contingit viduas stuprari, quia nō possent petere dotē, ab heredibus: & dicit ibi quoq; Iasi.in.d.l.2. quòd licet Alex. reprehendat istam decisionē in.l. sororē. quòd Alexā. non viderat prædictum consiliū Paul. nec fecit mentionem de ipso in dicta.l. Fideicōmissum. vbi Paul. format argumētum Alex. ¶Et cum ista opi. quod vidua perdat dotem propter stuprum, tenet Sebastia. Sapia. in additio. ad Abb. in. c. ex parte. b. de foro compe. in finali addi. & idem tenet additio. Bart. in. l. omnem. C. de bonis mater. & in. l. libellorum. ff. de his qui not. infa. & idem tenet Hipp. de Mar. in sing. 234. quasi in fine. & idem tenet addi. Abb. in. c. vxoratus. de conuersi. coniuga. & Bart. in. l. penult. C. de adulte. & sequitur Augusti. de Arimi. in additio. ad Ange. in tracta. malefici. in parte, *cheme adultera la mia dona*. numer. 30. versi. adde tamen. & idem tenet Hippolyt. de Marsi. quem omnino videas contra Alexā. in singu. 416. & idem contra Alexā. tenet Gerardus de petra sanct. in sing. 48. & idē tenet Pala. Ruui. magis latè in. d. repe. rubr. §. 82 vsque in fine repetit. rubri. ¶Sed istam quæst. latissimè, & vltra omnes examinat dict. Hippo de Marsi. in repet. l. vnicæ. C. de rap. virginum. numer. 48. & 49. cum sequentibus, vbi per. 6. col. eam altercat, & in fine remanet cum opinione Paul. de Castro in dict. consilio, & sic quòd perdat dotem: & istam credo esse veram. ¶Et istam conclusionem amplio, vt non solùm perdat dotem marito traditam, verùm etiam dotem sibi promissam: vt est text. & ibi Bald. in. l. Si mulier. ff. de conditi. institu. & latè Pala. Ru. in dict. repetitio. rubri. §. 20. qui incipit, habet aliū. Sed hoc vltra omnes intelligerē si mulier vel pater eius fuit in mora dandi dotē, & tēpus promissionis & solutionis fuit elapsum, & moueor per singula dictū Paul. de Castro in. l. Iubemus. §. sanè si hæc. C. de sacrosanctis ecclesi. nu. 3. vbi tenet quòd si statutū dicat quòd decedēte vxore in matrimonio, vir lucretur dotē, quòd etiā lucrabitur dotē non datā, sed promissam, si mulier fuit in mora soluendi, & dicitur in mora post interpellationē. & idē tenet Paul. de Cast. in. l. Cùm certū. C. ad. l. Falci. nu. 2. & idē in. l. Si donaturus. §. si quis. ff. de conditione caus. data, caus. nō sequu. nu. 3. & Alex. in. l. Si quis. ff. eod tit. nu. 7. vbi dicit quòd ista est cōmu. opi. quòd habeat locum in dote promissa: & Pala. Ruui. in repet. rubric. de dona. §. 20. qui incipit, habet aliū. fol. 12. ¶Et etiā si nō sit in mora, vt Alex. in additio. ad Bart. in. d. l. Iubemus. §. sanè. C. de sacrosf. eccle. et doctor Cifon. in. l. 81. de Toro. & Mathesil. notab. 74. & ibi additio. ¶Quod facit ad intelle. l. 6. de Toro, ibi, *Pero bien permitimos* vbi filius licet habeat ascendentes potest legarē tertiā bonorū suorū, quòd vxor quæ habet dotē datā à patre vel promissam, potest legare viro tertiā partē suorū bonorū, quod in ista tertia sic legata cōputabitur illud quod est promissum, & nō solutū de dote. si tempus solutionis est elapsum, & sic pater fuit in mora dandi, quod ego ita pluries consului, & habebit tertiā ex illo quod non est solutū, sed debetur. ¶Sed hoc quoque intelligerē quando dos promissa est certa: secus si est incerta, & est quādo mulier simpliciter nubit, intelligitur dare in dotem illud, quod primùm dedit: vt Paul. de Castro in. l. Peculiū. ff. de peculio. & Iasi. in. §. fuerat. Institu. de actio. co. 23. nu. 127. maximè quādo ille, qui debebat, fuit in mora tradendi, & maritus incepit sustinere onera matrimonij, quia tunc dos certa habetur pro tradita, secus si non cepit sustinere onera matrimonij, vt Paul. de Castro in dict. l. peculium. & facit tex. in. l. 29. de Toro. ibi, *Y para so dezir*, & ibi, *mandada*, & ibi, *o la prometio*. & doctor del Castillo ibi in parte. *quisiere escoger*. ¶Quoque intelligerē φ vidua perdat dotē si viuit luxuriosè, quando maritus sustinuit onera matrimonij, aliàs secus: & ad hoc me mouet dict. Bal. in authen. dos data. 1. colū. C. de dona. ante nup. vbi tenet in versi. Itē ista. φ quemadmodū mulier nō lucratur donationē propter nuptias, quādo nō sustinuit onera matrimonij, ita ecōtra vir nō debet lucrari dotē, si onera matrimonij non supportauit: idē tenet Paul de Castro in. l. Ab hostibus. §. si vir. ff. solut. matri. & doctor dl Castillo in. l. 16. de Toro. in glo. durāte. versi. certè: quod ego nō credo verū, quia sponsa de presenti, licet nō sit traducta ad domū, nec sustineat onera matrimonij si cōmittat adulteriū, potest accusari, de nostro iure Regio. vt in. l. 2. tit. 15. lib. 8. in ordinatio. regalib. & Montal. ibi in sua glos in parte, fornicatio. & φ maritus lucretur dotē ante traductionē ad domū propter adulteriū: tenet Cifont. in. d. l. 81. de Toro. in fi. ¶Et an statutū de dote lucrāda habeat locū ante traductionē ad domū, vi. Bart. in. l. nil. ff. rerū amo. & Bal. in. l. Deo nobis. C. de epis. & cleri. & in. l. Nō sine. C. de bonisq; libe. & latè Saly. in. d. l. Cū te: C. de don. ante nupt. & Abb. in cōsil. 79. libr. 2. ¶Quoq; vidua nō perdit dotē, licet viuat luxuriosè, si habet filios, licèt sint ex altero matrimonio. est glo. in. c. 1, vt lit. nō cōtest. in verbo, recipere. & text. in. l. 1. titu. 7. de los adulterios. foro leg. lib. 4. & l. 2. eodē titu. & text. in authē. vt lice. matri

ce.matri & aui.§.si de adulterio.colla. 8. & Bal. in.l.Hac edictali.C.de secũ.nup.2.col.& Fräcis. Cre.in sing.86.& per doct. del Castillo in.l.81. de Toro.in glo.fi.& vi.Mõtal.in.gl.ordi. in parte,adulteriũ.& Nicol.Boe. in additioni. ad Dy. in regul.nõ debet.in fine additionis. vers. & idẽ dicẽdum est.de regul.iur.in.6.& singulariter Pa la.Ruui.in.d.repet.rubri.de dona.§.20. quòd incipit,habet alium.fol.12.nú. 1.vbi idem tenet. ¶Quoq; intelligo quòd vidua luxuriosè viuẽs perdit dotem,quando sibi soli acquiritur actio de dote:secus quãdo est cõmunis patris & filiæ per glo.in.l.cõsensu.C.de repud.in verbo, si habere.in fine.& à fortiori in casu in quo actio de dote est integra patris,vt puta si à principio fuit sibi soli stipulatã:per glo.quæ hoc expressè dicit in.l.si dotẽ.C.de iure doti.& ibi Angel.& Saly.& licet in casu illius glossæ.l.si consensu.teneat contrariũ,quia imo delictum filiæ nocebit patri:tamẽ ibi reprobatur per docto.& sic quòd illa glo.in.d.l.cõsensu.est vera.¶Sed quid dicẽdũ ad.§.fi.illius.l. cõsensu.vbi dicit quòd nõ valet pactũ,quominus pœna illius.l.seruetur,dico quod est verũ,quãdo pactũ est factũ à muliere quia vt ibi dicit glo.nec inuitetur mulier ad delinquendũ:Si autẽ fuit pactũ ab extraneo,vel à patre,tunc bene valet.vt est glo.in.d.l. Si dotẽ. loquẽdo autẽ in patre,etiã si nõ faciat pactũ propter delictũ filię,non amittit dotẽ.vt dicit glos. in.d.l.Cõsensu.quæ cõmuniter approbatur.reprobata in hoc pũcto.glo.in.d.l. Si cùm dotem nõ autẽ in alijs.secũdum Alex.in.l.2.§.quòd si in patris.ff.sol.matri.nu.2.quẽ vide: & vi. Gui. Pap.in singula.568.vbi tenet,quod pactũ factũ per patrẽ,vt propter adulteriũ filiæ, dos nõ cedat lucro mariti,sed ad eũ reuertatur, valet, per glo.in.d.l.si dotẽ,quod dicit nõ esse verũ,quando tale pactũ est factum inter cõiuges*.Sed hodie nõ licet hæredi vt hæredi adulterã accusare, maximè ad dotem amittendã, siue maritus sciuerit,& non fuit conquestus, siue ignorauerit, nec poterit agere vel excipere de adulterio.etiã vt amittat dotem.l.rei iudicatæ.§.morum.ff.solu.matrimo.&ibi.Bald.& Angel. tenet Grego. Lopez.in.l.3.titul.17.partit. 7.in.g.*despues de la muerte de su marido*:& idem tenet. Anto.gomez. in.l.80.Tauri.nume.70.& Guido.singu. 431.§. si maritus & in singul.568.quibus adde, q licet mulier quando accusatur à marito de adulterio debeat perdere dotem,intelligitur per sententiam non ipso iure: vnde si moriatur mulier ante,eius herẽdes mulieris debẽt habere dotem,vt tenet Pal.Ru.in rep.de donatio.rub.1.§.34.n.5. & Bal.in.c.ex parte.de consuetudi. nume.8.*

SVMMARIVM.

1 *Fœmina succedit in regno, & in alijs dignitatibus.num.3.4.6.7.& 8.*
2 *Fœmina non succedit in feudo, fallit, vt hic.*
4 *Valet consuetudo, quòd filia succedat in regno.*
5 *Filia succedit in regno, masculo non existente.*
6 *Masculinum concipit fœmininum.*
8 *Mulier succedens in regno, potest vti iurisdictione illius regni, vel comitatus.*
9 *Chronicis standum est, & faciunt fidẽ in factis antiquis.*

b Y reyna. b ¶Ex titu.isto notatur, q fœmina succedit in regno 1 & † in alijs dignitatibus, vt in Ducatu, & Marchionatu,& similibus iuribus.contrarium tenet Abb.in cap.significauit de rescript.num.3. vbi tenet quod de iure

y Reyna. b communi in dignitatibus & feudis nõ succedit nisi aliud sit dictum in concessione feudi.Sed in dignitate non feudali videtur secus, quòd de iure communi succedat fœmina. vt in.c.dilecti. de arbitris.& istam regulam affirmat pro cõstanti Ludoui.Roma.in consi.367.col.2.vers.quẹad quintũ.vbi ait fore regulam,fœminas in feudo non 2 succedere,† nisi feudum primum ad certum seruitium datum fuerit,quominus dicetur,per fœminam explicari potest, quàm per masculum: quia tunc fœmina succedit masculis,& dicit fore casum notabil. in. c. si qui multi. de capitul. extra ordi.in vsi. feudo. quem quidem titulum pauci libri habent,secundum eum.illud allegat. Bald.in.l.quotiens.C. de legiti.hæredi. ¶Quoque fallit.2.cum feudum ita datur, cùm nullum pro eo seruitium faciat,tũc enim fœmina succedit.vt notat Bald.in.d.l. Quotiens. ¶Fallit tertiò,vbi feudum est exiguum, tũc cùm ex eo nõ causetur obligatio ad seruitiũ, nec ad fidelitatẽ potest habere.vt Bal.in.c.1.§.& alia.quẹ fuit prima caus.benefic.admit.in vsi.feudo. consequenter succedit fœmina. ¶Quartò fallit in feudis iure emptionis quæsitis, in illis.n.succedit fœmina magis cõsiderata natura cõtractus, quàm natura feudi, vt tenet Bal.referẽdo Odof.in.c.1. versi.decẽti.qui feud. dare posit. in vsi. feudor. ¶Fallit.5. vbi fœmina redimeret feudum à domino feudi.vt in.c.1.quemadmo.feud.ad filiam pertineat. ¶Sexto fallit vbi est feudum fœmi-

 ninum,

ninum,vel vbi specialiter conuenit quod ad fœ
minas transeat. vt de feudo fœmi.ca. 1.in vsi.feu
do.¶Septimò fallit,nisi dominus de nouo fœ-
minam inuestiret, consentientibus tamen illis
qui alias in feudo successuri sunt.vt de alienat.
feud.ma.cap.1.
& de successi.
feud.capit.1.§.
hoc quoque.
quæ omnia te-
net Lud. Rom.
in. dict. consil.
¶Quæ fallen-

de Castilla, de Leō, de Aragon, de Sicilia, de Granada, de Toledo, de Valēcia de Galicia, de Mallorcas, de Seuilla, de Cerdeña, de Cordoua, de Corcega,

tiæ non habēt locum in successione regni, quia
qui in eo succedit,multa onera habet, vt in.l. 4.
tit.1.Parti.2. & Iustinia. in Procemio Institut.
¶Et quòd mulier non succedat in regno, tenet
Martin.in suo tracta.de prim. genit vbi inducit
text.pro se.in.d c.dilecti. de arbi. nam fœminæ
prohibitæ sunt hodie habere iurisdictionem.vt
ibi,& in.c.Qui absenti.de procura. & qui habet
regnum,iurisdictionem habet,non obstante.c.
dilecti,quia ibi ex consuetudine habet. ¶Sed
his non obstantibus,dico q̄ text.noster est ve-
rus,& filia.& sic fœmina debet de iure succede-
3 re in regno † vt tenet in expresso Abb.in.d.cā.
dilecti de arb.nu.11.vbi ait,quòd si est dignitas
putà regnum,comitatus,ducatus, vel quid simi
le,tunc ex consuetudine de iure approbata suc
cedit solus primogenitus masculus, & eo dece-
dente sine filijs, venit ad secundum genitum.
vt in cap.licet.de voto.& ibi gl.& Docto. mas-
culis autem deficientibus,vel non stātibus suc-
cedit fœmina:& hoc casu dicit intelligendum
Inno.in.d.c.significauit.de rescrip.vt tenet Bal.
ibi.& est text.expres.in.l.2.titu.15.par.2.ibi. *Y
porende establecieron,que si hijo varon hy no houiesse,
la hija maior heredasse el reyno.* * Et ibi Grego.Lo
pez.* ¶Et omnes docto.in.d.c.significauit. te-
4 nent,quòd valet consuetudo † quod filia succe
dat in regnis:per glo.& Archi.in.c.deuotissima.
11.q.1.& ita seruatur in nostro regno Hispanię
filio deficiente.& sic est tenendum,quòd in reg
nis, & comitatibus,ducatibus,& alijs dignitati
bus fœminæ succedunt in sede,nisi in concessio
ne aliud sit dictum.tenet Ioan.de Plat.in.l. nul-
lus.C.de decurio.lib.10.in fine.¶Et quoq; mu-
lier succedit in ius patronatus,vt Abb.in.c.1.de
iur.patro.nu.3.& ibi per eius addition.& Abb.
in.c.fi.de concessi præben.in fine.& glo.in cap.
quoniam inueniebatur.16.q.7.cap.ex literis. &
quia mulier ita est capax huius iuris sicut & ma
sculus,quia apud Deū nō est,nec masculus, nec
fœmina,nec liber,nec seru⁹,cùm nō habeat dif-
ferētiā personarū in sanctis operibus,prout te-
net Paul.de Citadinis. in tracta. iuris patro. in.
9.parte,numer.3.* Tamen si ex forma statuti,
seu dispositionis,excludunt fœminę stantibus
masculis nō succederet fœmina in iure patrona
tus:tenet Gre-
go.Lopez. in.
l.8.tit.15.part.
1.in.g. *de estra-
ños.* Et etiam
affirmat q̄. si
patronus ec-
clesiæ decessit
superstite filio & filia, & discordāt in pręsentā
do q̄ debet præferri vox masculi tanq̄ dignior,
tenet Bal.in.l.1.ff.de senato.* ¶Et de iure gen-
tiū fundatur,quia vbi est aliqua cōsuetudo suc-
cedendi in iure,illa est iuris gentium. vt Bald. in
dict.cap.significauit.2.col.Et sic tene, quod ista
regina Elisabeth domina nr̄a iustè potuit suc-
cedere in isto regno Hispaniæ, & in alijs digni-
tatibus,prout tenet doctor de Villasandino in
suo tract.de maio.& primogenitu.in.5.q. & est
tex.de nostro iure in.l.1.tit. 2. *de la guarda de los
hijos del Rey*.libr. 2. in ordinament. regal. ibi.
*Guarden el señorio,y los derechos del Rey al hijo, e a la
hija, que reynare en su lugar.* Ibi in quantum dicit,
a la hija.simil.textus in.l. 1.titu. 3. foro legum.
libr. 1.ibi,*O a su hija,que despues del reynare.* & ibi
Montaluus in glos. in parte,*o a su hija.* vbi idem
tenet,quòd potest succedere in regno, etiam si
sit pupilla,quia est dignitas naturalis ex radice
vel genere prouenięns.vt Bald.in.l.fina.C.de te
sta.mili.& facit text.in.l.3.titu.15.part.6.&Lu
doui.Roma.in consilio.98.loquendo in regno
Castellæ, & dicit allegādo Bald. in.l.in multis.
ff.de statu.homin.quod si cōsuetudo primoge-
nito regnū deferat,ad primogenitā est exten-
5 denda,masculo non existente:† cùm in talibus
secundùm eū masculinum concipiat fœmininū
6 † in materia indifferenter, & in fauorabilibus.
vt in.l.si ita quis scriptū.ff.de legat.2.& in.l. qui
duos mulos.ff.de legat.3.& plenissimè per Ar-
chidiaco.in capitu.si quis suadente.17. quęstio.
4.& Bart.in.l.1.ff.de verbo.signifi.* Et vi. Ioā.
de Licerier.in tract.de primo.genitu.in.g.19.pri
mi.libr. tomo. 7. tracta. & Anto. Gomez. in.l.
40.Tauri.nu.62. * Et quòd filia succedat in re-
7 gno,& in primogenitura, † tenet singu. Pala-
cios Ruuios ad longum,licet supradicta nō alle
get in repetitio.rub.de dona.§.69.nu. 27.& nu.
26.cum sequētibus,foli.72.quē vi.& ita est cō-
munis opi.Et est text.singula.in.l.2.titu.15.lib.
2.in ordina.rega.vbi quoq; tenet,quod potest

8 vti iurisdictione † illius regni. vel comitatus: cũ consilio sapientium & in dict. cap: dilecti. de arbitris.* Et.l.4.titu.4.parti.3.* per Abb.1. colu. & tenet Lucas de Penna.in.l.si quis in archiatri C.de professo.& medic.lib.10.in fine. vbi quoque vi. an sit regnum committendum mulieri.* Vi.Grego. Lopez.in.l.26.

de Murcia, de Iaen, de los Algarues, de

titu.6.partit.1.& in tãtũ filia succedit in maioricatu masculo fratre suo deficiẽte ꝙ succedit etiã si in maioricatu dicatur ꝙ succedant filij & descendẽtes masculi: quia ad illam transit maioricatum quia in istis concessionibus & donatiobus masculinũ concipit fœmininũ vt dictũ est, & quia est fauorabile & nomen filij ponitur ꝓ quolibet descendente ex masculi linea: vt Bald. in.c.1.versi.clientulus de aliena.feudi.num.6.& Alex.in.l.gallus,§.instituens in fine.ff.de lib. & post.& ibi Iaso.nu.25.& Pala.Ru. vbi supra.* ¶Et facit in adiutorium, quod legitur, & notatur in chronica istorum catholicorum regum Ferdinandi, & Elisabeth.in.2.part.in cap.2. vbi per aliquos magnates regni dicebatur, quod dicta domina Elisabeth, non poterat in regno succedere, quia erat mulier, & mulier in regno Castellæ succedere non poterat, ad quod, ex parte dictæ dominæ reginæ Elisabeth respõsum fuit, quod ad eam Castellæ regnum pertinebat, secũdum leges Hispaniæ, ꝗ maxime Castellæ, per quas mulieres sunt capaces in successione regnorum, cessante masculo, per rectam lineam succedente, & quod ita fuit semper vsitatum in Castella, vt patet per chronicas antiquas, vbi inuenitur, ꝙ Hermisenda filia regis Pelagij, deficiente hærede masculo, successit in regno Legionensi, & contraxit matrimonium cum rege Alfonso, qui catholicus vocabatur. Et Odesina soror regis Fruelæ Legionensis nupsit Silo, & successit in regno, vt regina in defectu hæredis masculi. ¶Item domina Sancha, per finem sui fratris successit in dicto regno Legionensi, & matrimonium contraxit cũ Ferdinando magno. ¶Et domina Eluira regina Nauarræ successit in regno Castellæ, quod tunc erat Comitatus, & statim filius suus dominus Ferdinandus habuit regnũ Castellæ, & fuit primus qui se vocauit regẽ Castellæ. ¶Et domina Vrraca nupsit comiti *Don Remon de Tolosa*, & successit in regnis Castelle, & Legion. per mortem regis Alfonsi eius patris, q eripuit ciuitatem Toleti a manibus Sarracenorũ, & postea nupsit domino Alfonso regi Aragonũ, & fuit mater Imperatoris dñi Alfõsi. ¶Et domina Berenguela, filia regis Alfonsi, Castellæ per mortẽ regis Henrici fratris sui, qui in ciuitate Palẽtiæ obijt, habuit quoque regnũ. ¶Et domina Catharina filia ducis de Alencastre, quæ fuit in toto regno iurata in concordia pro hærede, & primogenita Castellæ, cum suo spõso domino Henrico filio regis Ioãnis proaui istius re-
14 cipis est lex, † si est diffinitiua, lata inter partes, habet vim legis generalis inter oẽs in similibus causis.gloss.in.c.in Causis.de re iud.& Iaso.in.l. cum prolatis.ff.de re iudi.per tex.in.l.fin.C. de legi.& Feli.in.d.c.in causis per.l.fi.ff. de consti. princip.vbi ait, quòd regulariter sententia principis facit ius generale. Idem tenet Alex.in.l.ciuitas.ff.si cert.peta.nu.20.& facit text.in.l.198 in.l.styli.ibi. *que las fazañas de Castilla son aquellas porque deuen juzgar de lo que el Rey juzgo, o confirmo en semejantes cosas*. Quod dicit Alexan. in dict.l. ciuitas.numero. 20. procedere solummodo in principe: secus in alijs habentibus potestatẽ legis condendæ secundum Angel.ibi. Quod extende, etiam si talis sententia principis non redigatur in scriptis, facit ius.est gloss.in capitu. institutionis.25.quæst.2.quod intellige, si præcesserit talis diffinitiua præsentibus partibus.vt in l.si Imperialis.ff. de leg.aliàs non fit ius ex sententia.l.qui repudiatis.ff.de inoffic.testa.¶Idẽ dic esse in contractibus principis: quia habent vim legis, & possunt allegari in alijs causis sicut lex.text.& ibi Bartol.in.l. pe. C. de dona.inter vir.&vxo.ibi, Imperialibus contractibus.secundum Iaso.in dict.l.prolatis.numero. 4. ¶Quod dicit Alex.ibi in.d.l. ciuitas. idẽ esse in ciuitate
15 nõ recognoscente superiorẽ,† quia tũc dicitur tenere locum principis, & tunc potest facere legem.alleg, Ioan.And.in additio. ad Spec. in titu.de instrumẽ.edi.§.1.in additione.incipiente Hæc subscriptio. ¶Ideo dicit Ludouicus Roma.in consilio.260.quòd interpretatio, seu de-
16 claratio † summa pontificis, ex singularis personæ postulatione facta ad.l. vel ordinationem aliquam præcedẽtem, ius generale inter omnes constituit.per.d.l.fi.C.de legi. ¶Paul. de Castr. in.d.l.1.de consti.princip.num.5.vult hoc limitare, dicendo, quòd tunc epistolæ principis, & sententiæ diffinitiuæ, vel interlocutoriæ ius faciunt quoad omnes, licet fuerint directæ ad certas personas singulares, quando ab ipso prin-
17 cipe, traduntur vniuersitati † omnium, vt contingit in. C. in quo fuerunt redactæ epistolæ principum, & in decretalibus, & sic sunt inclusæ in volumine iuris cõmunis, aliàs secus, quia faciũt ius singulare, & non generale qđ mihi satis videtur. Et eã comprobo autoritate cuiusdã pragmaticæ factæ per nostrum Carolum inuictissimum in curijs, quas habuit in *villa de Madrid*, anno.1528.pragm.116.vbi fuit ab eo petitum.vt super ludis nõ procederetur.& ibi respõdit, ꝙ erat sufficienter prouisum per certã epistolam per eum datam, quam volebat deinceps custodiri pro lege, & ꝙ poneretur in volumine illarum pragmaticarũ, prout est posita, quæ incipit, *Don Carlos*. Illico si epistola Regis fecisset ius, non erat necesse vt iuberet custodiri pro lege generali: & quia non faciebat ius nisi in ciuitate, vel prouincia, vbi fuit data, iussit pro lege custodiri, prout custoditur: in qua cauetur, ꝙ elapsis duobus mensibus, non potest iudex procedere cõtra ludentes. Et idẽ tenet Ias.in.d.l.1.ff. de constitutio.princip.2.col.num.10.vbi ait, ꝙ epistola principis habet vim legis, si est redacta in corpore iuris. Et idẽ dicit de sentẽtia interlocutoria principis, ꝙ facit ius, quãdo est redacta in dicto corpore iuris.per.l.metum.§.quod pretor.ff.quod metus cau. & per Bar.in.d.§.pe. C. de nouo.C.componẽ. ¶Tamen dicit ibi Ias. in d.l.1.nu.5.&.6. ꝙ si sententia principis est lata cum causæ cognitione, habet vim legis.vide tu Paulum de Castr.in.l.leges C.de legi. nu. 4. vbi in essentia, vult dicere idem, quod dicit in.d.l.1. de cõsti.princip.scilicet, ꝙ si sunt redactę in corpore iuris, habẽtur pro legibus, siue sint diffinitiuæ siue interlocutoriæ, siue sint aliæ cõcessiones, dũmodo proprietas verborũ hoc patiatur. ¶Sed de his, quæ non sunt comprehensa in corpore iuris, distinguit, aut sunt sententiæ interlocutoriæ, & non habent vim legis. Aut sunt diffinitiuæ in certis casibus, vel inter certas personas: tunc si lata sit pręsentibus partibus, & cũ causæ cognitione, & non sit contra ius expressum, tũc talis sententia habet vim.l.generalis, altero eorũ deficiente, secus. Quæ distinctio vide-
18 tur bona. ¶Quoq; potest Rex legẽ declarare † tex.in.l.10.tit.1.par.1.quia cuius est cõdere, ei⁹ est interpretare.vt in.d..l.fi.C.de leg. Tamẽ nõ habet locũ, quando mens, & ratio legis, est certa, & certũ habet significatũ verborũ: quia tũc debet stari verbis, & menti: nec est consulendus princeps, nisi fortè emergat iniquitas vt in.l.ille aut ille.§.cum in verbis.ff.de lega.3. Tenet Bal. in.l.cũ de nouo.C.de legi.& in.l.Imperialis. ei⁹ tit.vbi tenet, ꝙ licet talis interpretatio ꝑtineat ad conditorẽ. ¶Tamen hoc dictũ nõ est restringendũ ad personã, sed ad officiũ. Nam Imperator,

tor, vel Rex, qui nunc est, pôt interpretari leges Iustiniani, quia gerit illud officiũ: sed in alia ma teria interpretatio restringitur ad personã. vt in l. cũ Põponius scribit. ff. de rei vendi. ¶ Idẽ dico
19 in iudice, ꝙ pôt declarare, vel interpretari † suã sententiã, tenet Bar. in. l. hæredes palã. §. si quis post. nu. 6. ff. de testa. & non solũ in continenti, verùm etiam ex interuallo, vt ibi Bal. ibi. d. l. hæredes. §. sed & si notam. & Roma. consilio. 45. & tex. in. l. 3. tit. 33. par. 7. Quod extende, ꝙ pôt declarare, nõ obstãte, ꝙ ab ipsa sententia fuerit appellatũ. vt tenet Guido pap. singu. 349. versi. Et ex proxime. vide quæ dicã infrà in. c. 17. in glo. *emendar*. nu. 11. Bar tñ istã quæst. examinat in. l. ab executore. ff. de appella. 2. colũ. versi. primò quæro. vbi concludit, ꝙ. d. gl. in. d. l. hæredes palam. in. d. §. est vera. Sed dicit procedere in iudicibus ordinarijs, habentibus merũ Imperiũ: secus in minoribus, & finaliter colligit ex illa gl. distinctionem. ¶ Aut si quæritur de interpretatione sententiæ delegati à se: & quilibet potest hoc facere. ¶ Aut de interpretatione sententię propriæ: & tunc aut est delegatus, & nullo modo potest: aut est ordinarius, & tunc si est de maioribus, & potest, aut de minoribus, & non potest. Idem tenet Bar. in. l. 2. C. de sentẽ. ex peric. recita. vbi tenet, quod habẽs merum Imperium potest suã sententiam interpretari, aliàs secus. Alex. in. d. l. ab executore. In additio. ad Bar. & ibi Bar. vers. quęro secundò. dicit, quòd quando interpretari assumitur pro correctione totali, qđ istud non potest facere, nisi solus princeps: quãdo assumitur pro extensione, istud nõ potest facere, nisi circa accessoria ipso die. vt in. l. Paul. ff. de re iudi. Sed quãdo assumitur pro cõgrua verbi, vel orationis expositione, istud potest facere iudex: quia nil enim de nouo facere, sed factũ declarat. vt in. d. l. hæredes palã. & per Abb. in. c. ex parte. de verbo signifi. el. 3. nu. 8. ¶ Et hoc, nisi velit facere interpretationẽ omnino extraneam, quia non potest. Et idem est, si essent omnino verba clara, & ipse velit aliter interpretari, sed contra Bart. videtur facere dictũ Inno. in. c. cũ speciali. de appella. vbi ait, quòd licet inferioribus iudicibus non liceat condẽnare nec interpretari iura, vt in. c. inter alia. de sent. excõ. sed solius principis: tamen in causis, quas coram se habẽt inferiores iudices bene possunt quantũ ad ius litigatoris super iuribus, & interrogationibus interpretari. Quod dictũ allegat Abba. pro singula. in. c. cũ venissent. de iudic. 2. col. ¶ Attamen dictũ Inno. limitatur, vt habeat locum in maioribus magistratibus, habentibus merũ Imperiũ, secus in alijs, quãuis ordinarijs. ¶ Ioã. de Ana. in. c. qualiter & quãdo el. 1. de accusa. & Maria. ibi contrariũ tenent, dicendo, ꝙ quilibet ordinarius, etiam non habens merũ Imperiũ, possit suam sententiã interpretari. & istã opi. sequitur Feli. in. d. c. qualiter & quãdo. col. 14. versi. sed aduerte. vbi ponit alias limitatiões, & sic cõtra Bar. videtur tenere. Tamẽ mihi videtur, quòd non obstet: quia ordinarius est, & dicitur quilibet in sua iurisdictione in summa, in qua potest pronũtiare, & in tali summa potest declarare. vt Bar. in. l. ambitiosa. ff. de decretis ab ordi. faciẽ. cogita. Tamẽ distinctionẽ Bar. sequitur Ferrar. in forma libelli executionis sentẽtiæ diffinitiuæ in parte. p. publico nũtio. ver. cuius gratia. n. 11. & ibi nu. 13. vers. sed an pars tenet, ꝙ in ista interpretatione est pars citãda, & ab huiusmodi interpretatione possit appellari, vt ibi per eũ. ver. sed. n. 15. ¶ Sed an talis iudex potest interpretari, & declarare sententiã sui præ-
20 decessoris, † & sit idẽ qđ in rege? videtur ꝙ nõ sicut hæres nõ potest interpretari libellũ defuncti. vt in. l. Põponius scribit si frumẽtũ. §. fin. ff. de rei vend. & in. l. inter stipulãtem. §. 1. in prin. ff. de verbor. obliga. ¶ Sed in contrarium facit: quia accipiendo iudicem pro iurisdictione, seu pro ipso tribunali, verè idem est iudicium: & idem iudex in. l. proponebatur. ff. de iudic. nec ius interpretandi competit sibi, vt priuato, sed vt iudici: hæres verò & defunctus, non est eadem persona verè, sed fictè. Et hanc dicit esse veritatem Bartol. in dict. l. ab executore. tertia columm. versicu. quæro vtrum. Et sequitur ferrar. vbi suprà, versi. posthæc quæritur, ¶ Bald. tenet contra hoc in. d. l. hac lege. C. de senten. ex pericu. recita. per. d. l. Põponius. §. fi. de rei vendi. vbi ait, quòd successor iudicantis, non potest declarare sentẽtiam prædecessoris. Nec ad hoc obstat, quod videatur vnus magistrat⁹, iuxta. l. proponebatur. de iudi. ff. quia respondet ipse. & in d. l. edita. C. de edendo. column. 13. versicu. 10. oppono. quòd ea, quæ sunt animi, non transeũt in successores. allegat. d. §. fi. & dicit ibi esse hoc notandum. Idem tenet, Lanfranc. de Oria. in repe. c. quoniam contra. de proba. in parte, interlocutoria appella. nume. 27. Et hoc etiam tenẽt Bald. Angel. & Imol. in. l. ex facto. in princi. ff. de vulga. & pupill. dicẽtes, quòd successor in officio, non potest declarare ambiguam sentẽtiã prædecessoris. Idem tenet. Bald. in. l. si vt proponis. C. de execu. rei iudi. & Bartol. expressè in dict. l. inter stipulantem. §. 1. ff. de verbo. obli. & Innoc. in capit. fi. de successi. ab intesta. ¶ Sed hoc non obstante opi. Bart. in dict. l. ab executore. est vera. & opi Bald. & sequacium procedit

dit in interpretatione, vel declaratione, quæ fit ex mera voluntate: vt si iudex condemnauit in amputatione manus, potest interpretari, quòd senserit de dextra, vel sinistra, vnde pendet voluntas eius: & ideo nō transit ad successorem, sicut nec ad hæredem: & ideo interpretationi legis staretur, quę intelligitur de manu minus potenti. vt in. l. præsens. cū similibus. ff. de pœnis. ¶ Si verò loquimur de declaratione, vel interpretatione, quæ est facienda ex verisimilibus coniecturis, & actis, tunc talis interpretatio cuique iudici committitur. vt in. l. voluntas. & ibi notatur. C. de fideicommiss. & ista talis transit in successorem iudicantis obscurè. ita Imol. in. d. l. ab executore. ff. de appella. in prin. Et ita debet intelligi opin. Bartol. ibi. & in. l. terminato. C. de fru. & lit. expe. & ita intelligit Feli. in dict. cap. qualiter & quando. column. 14. & colum. 15. Et ita dicit esse intelligendum, quod notant Bald. & Ange. in dicta. l. ex facto. in prin. ¶ Vbi quoque dicunt, quod successores non possunt interpretari statuta condita ab alijs, antianis. de quo etiam per Abb. in dicto. capitul. ex parte. el. 3. de verbo. signifi. ¶ Idem est in iudice qui cō demnauit reum in expensis, reseruata sibi taxa
21 tione, quòd successor † potest taxare, vt tenet Bartol. in dicta. l. ab executore. versicul. quæro vtrum. in tantum hoc est verum, quòd etiam, si iudex reseruauit sibi taxationem expēsarum expresso nomine proprio, nihilominus facultas taxandi in successorem transit: quia materia nō potest concernere personam, sed dignitatem. tenet Abbas singulariter in capitulo. 1. de his quę vi. me. cau. fi. numer. 8. & idem tenet Lanfranc. de Oria. in repe. capitu. quoniam contra. de proba. in parte, expensæ. nume. 13. * Et de materia ista an si iudex potest suam vel antecessorum sententiam reuocare vel interpretari latissimè per Peregrinam, in parte sententia. q. 5. in gloss. emendari. * ¶ Sed quid de quæstione, quæ pluries euenit iudex confinauit aliquem per tem-
22 pus arbitrio † suo arbitrandum: iste iudex est mortuus, vel officium eius expirauit: an posit successor in officio relaxare cōfinia? dico quòd sic, licet de iure nulla requiratur relaxatio: quia morte ipsius iudicis, vel expiratione officij, expirant confinia. vt tenet Bald. in prooemio. forum. §. hæc autem. & latè Hippolytus. de Marsilijs in repetitione Rubric. de probationibus. numero. 251. cum sequentibus. & Felinus, in capitulo. ex literis. de constitutionib. columna duodecima, & Bal. in. l. fin. C. de contrahen. emptio. numero. 13.

S V M M A R I V M.

1 *Iudex, & aliæ personæ tenentur iurare in casibus contentis in istis capitibus, & numer. 14. & an præsumatur fuisse iuratum, si officium exerceant.*

2 *Iudex non tenetur seruare statuta, quæ sibi non fuerunt tradita.*

3 *Iudex si iurauit seruare statuta, an tale iuramentum extendatur ad statuta post iuramentum condita.*

4 *Iuramentum non extenditur ad ea, de quibus verisimiliter non fuit cogitatum.*

5 *Quid si in dispositione dicatur, non obstantibus statutis, an intelligatur de futuris.*

6 *Qui se obligauit ad statuta. an intelligatur obligatus ad edenda.*

7 *Publicatio bonorum intelligitur de bonis præsentibus, non de futuris.*

8 *Bannito filiofamiliàs, & eius bonis publicatis: postea patre mortuo, fiscus non venit ad bona paterna.*

9 *In publicatione bonorum, non veniunt iura conditionalia.*

10 *Iudex, qui iurat seruare statuta, intelligitur de statutis, quæ sunt in vsu: idem quando iurat seruare consuetudines, quod intelligitur de laudabilibus, & præscriptis.*

11 *Iurans seruare statuta, & non seruans, an incidat in periurium.*

12 *An statutum debeat sequi iudex, licet non sit productum in causa, vel in processu.*

13 *Legatario, an debeat edi totum testamentum.*

k En los casos. k In istis capitib⁹ cōtētis, & i. l. 1. tit. 7. lib. 1. for. ll. vbi Mōt. dicit, quòd hoc iuramētū
1 † debet fieri tam per ordinarios, quàm per iudices delegatos: & arbitros: & melius in. l. 6. tit. 4. par. 3. * Et ibi Greg. Lopez & Peregrina parte. iudex. q. 5 * Vbi ponit̄ forma iuramēti fiēda per iudices: & eandem formam ponit tex. in. l. 4. tit. 15. lib. 2. ordin. rega. quam vi. & ibi Montal. in dict. l. ordi. in gloss. in verbo, iudex ordinarius. & tex. in. l. sancimus. C. ad. l. Iuli. repet. & in. l. 4. tit. 16. lib. 2. in ordin. regali. vbi cauetur, quòd quoq; debet iurare, ꝙ nulli dedit, nec promisit

pro illo officio: aliàs sic dedit, vel promisit eo priuabitur, vt ibi. & Bar. latè in. l. Barbarius Philippus. ff. de offi. præto. nu. 1. & Plate. in. l. omnes. C. de decurio. libro. 10. vbi tenet quod qui fraude, vel ambitione, aliquam dignitatem adeptus est, illa priuari debet tāquam ambitiosa. vt in. l. 2. C. de decre. decurio. lib. 10. vt ibi per eum. * Et vi. Peregrina in parte honores vbi late: & Paris de Puteo. in tract. Sindicatus in parte iuramentum. * ¶ Quin imo anteaquam iurent, licet sint nominati, & recepti, non sunt iudices, nec habent potestatē iudicādi, vt in. d. l. ordin. & part. probatur. & vide infrà in gl. cartas. Et tenet Bal. in. c. significasti. de electi. nu. 4. vbi ait. ꝙ iuramentum debet præcedere inuestituram corporalē: & ibi ponit quoq; personas, quæ debent iurare, anteaquàm gerant officia. s. prælatus, & qui recipit insignia dignitatis, vel administrationis: vassalli, rectores ciuitatum, tabelliones, & numularij. Item milites & stipendiarij, custodes portarum, & similes. Item tutores & curatores ophanotrophij vt. C. arbi. tutel. l. fi. * Et Peregrina in. dic. verbo. iudex. 5. q. in. glo. iurabit & Bal. in. l. meminisse in fi. ff. de officio. proconsul. & lega. vbi affirmat ꝙ non dicitur successor aduenisse nisi receperit iuramentum & applicauerit se ad locum vbi decernitur sibi administratio. * Et sic quòd ille, qui petit insignia, debet præstare solita iuramēta. vt Bald. vbi suprà in fine. & vide, quæ dicam infrà in. c. 33. in glos. fi. aliàs non possunt vti iurisdictione, nisi prius iurauerint, & gesta aliàs sunt nulla. Licet Bal. & docto. in. l. Rem non nouam. C. de iudici. & ibi glo. teneant contrarium in versi. præferatur. quia Ludo. Bogoli. in secundis interpretationibus tenet contrarium: quem sequitur Nicola. Boeri. in tracta. de custodia clauium. n. 52. &. 53. tomo. 5. tracta. folio. 273. * Et syndici villarum officio syndicatus rectè vti nō possunt antequā iurauerint. tenet Bal. in. l. si vacantia. C. de bonis. vacan. lib. 10. nume. 2. Et sigillator iurat legaliter literas sigillaturus, vt late ponitur in. l. 3. tit. 20. par. 3. & vi. l. 26. ti. 9. par. 2. & ibi Gregor. Lopez vbi ponit alias personas quæ tenentur iurare, & in. l. 3. titul. 24. part. 2. & proxeta vt in. l. fi. titu. 26. part. 2. in fine. * ¶ Sed circa supradicta nota, & tene menti, quòd licet iudex, & personæ supradictæ in principio officij debent iurare, aliàs non possunt officium exercere: tamen si aliquis eorum est in officio & illud exercet, præsumitur præstitisse iuramētum istud, ex quo reperitur in possessione officij. Tenet singulariter Bald. loquendo in tabellione in capitulo ad audientiam. de præscript. numero. 4. ad quod dicit, quòd faciunt notata in. l. quædam. §. numularios. ff. de eden. * Et facit. d. l. 26. tit. 9. part. 2. in fine, vbi iuramento facto quis inuestitur, & ibi Grego. Lopez inquit ꝙ si intrarent officium non præstito iuramento sunt expellendi & puniēdi, quia malo ordine intrauerūt allegando Bal. in. §. vassalli nostro de pace constan. subdit tamen ibi illud quod dixit in. d. c. ad audientiam, ꝙ in dubio ex quo sunt in possessione cōsulatus præsumitur Canonicus ingressus & omnia solenniter acta. * ¶ Vltra ibi dicta dic

de suso contenidos. Y q̃ hagays juramēto en los casos [k] que mandamos que se

2 quòd nō tenetur iurare nec custodire statuta, † quæ sibi non fuerint tradita: nec tenetur ad sta
3 tuta post tale iuramentum condita. † vt tenet Ange. in authentica de consuli. & in authentic. demanda. princi. & Innoc. in capit. pe. de constitu. & tenet Paris de Put. in tracta. syndicat. in parte, sequitur. numero. 5. folio. 29. in libro portatil. ¶ Barto. tamen. in. l. si stipulatus. §. cùm stipulamur. ff. de verbor. obligatio. numer. 3. licet non allegetur per dict. Pari. de Put. examinat. si potestas tenetur seruare statuta postea facta. Et dicit, quòd si promisit seruare statuta, intelligitur de futuris, si modicum præiudicat iuranti. ¶ Sed si multum præiudicium affert, tunc ad futura non porrigitur argumen. in. l. prima. C. qui res pigno. obliga. pos. Nec videtur obstare tex. in capitul. pe. de iure iurand. vbi videbatur contrarium: quia ibi iurauit seruare edita, & sic ad iam edita se restringit, & non ad postea edenda, & hoc potest esse, quia non dedet ex-
4 tendi iuramentum † ad ea, de quibus non fuit verisimiliter cogitatum: & quæ postea accidunt, non fuit cogitatum, vnde nō potuit post modum ex nudo consensu extendere iuramentum ad edenda, vel nouiter edita: quia vt iuramentum extendatur, est odiosum. & periculosum. vt Hostien. in cap. clericus. de iur. iuran. & quia iuramentum est stricti iuris, & non debet extendi de facili propter periculum periurij. Et Abb. ibi. numero. 2. transit cum opin. Bartol. & dicit dictam distin. esse notandam. & Alexan. in dict. §. cùm stipulamur, num. 4. quoque sequitur distin. Bartol. & Ioann. de Imola. ibi. ¶ Et Alexan. ibi. nume. 5. ponit. Quòd si in
5 aliqua dispositione † dictum sit, non obstantibus statutis: an intelligatur de futuris. ¶ Et dictam

ctam distin. Bartol. sequitur ibi Ias. numero. 12.
concordando Paul. de Castro. & Cuma. qui te-
nent contrarium, dicendo, quòd virtute iuramē
ti indistinctè potestas tenetur seruare statuta,
etiam postea edita: quia ratione officij eadē est
ratio in futu-
ris, quæ in prę
teritis: quia re
spōsum datur
ibi p eū. Quia
aliud est quærere, an potestas ratione officij te-
neatur seruare statuta, etiam postea edita: & di-
cit quod sic, & ita procedit fundamentum mo
dernorum. ¶ Aliud est quærere, an iuramētum
extēdatur ad statuta postea edita, & non extē-
ditur, & in hoc loquitur decisio Barto. Quæ re
sponsio Iaso. mihi videtur vera: & sic debet in-
telligi dictum Pari. de Put. vbi suprà, qui indi-
stinctè loquitur, ꝙ ratione iuramenti non tene
tur obseruare statuta postea edita. Idem tenet.
Abb. in consilio. 51. in. 2. parte consiliorum, ver
sicul. sed his. vbi ait, ꝙ si quis se obligauit indi-
stinctè ad statuta, & est res grauis præiudicij;
6 nō intelligitur † de statutis edendis in futurū,
sed solùm de editis, & existentibus tēpore obli-
gationis per dict. theoricam Bart. in dict. l. stipu
latus. §. cùm stipulamur. & dicit, ꝙ facit in simi-
li tex. in. l. si mandauero. §. is cuius. ff. mandati.
7 vbi habetur, ꝙ publicatio † bonorum simplici-
ter facta, intelligitur de bonis præsentibus, non
autem de acquirendis in futurum. & cōcordat.
tex. in capitul. felicis. §. verum. de pœni. lib. 6. Et
istam dicit esse cōmunē Ias. in. d. §. cum stipula-
mur. nu. 6. vbi multa iura allegat, licèt non alle-
get. d. Abb. in. d. consilio. ¶ Et ex hoc infert, ꝙ
filiofamiliàs banni tenet, & bonis eius publica-
8 tis † patre postea mortuo, fiscus nō venit ad bo
na paterna, quatenus sit legitima filij, nec pro
alimētis filij. Vt Paul. de Castr. consilio. 30. aliàs
est. 213. in nouis. ¶ Et quoq; facta publicatione
9 iura cōditionalia † nō transeunt in fiscum. glo.
est notabil. in. l. non ad ea. ff. de conditio. & de-
monstra. quam Bar. multùm commendat in. l.
quod traditum. ad finem. ff. eo. & Alexā. in. l. 3.
§. pe. ff. quodquisq; iuri. secundū Ias. in. d. §. cum
stipulamur. qui alia iura allegat, vbi de materia,
An verba præsentia trahantur ad futura: & po-
nit circa hoc alias quæstiones singulares. ¶ Cir-
10 ca prædicta nota, † quòd si iudex iurauit serua-
re statuta, intelligit de statutis, quæ sunt in vsu,
non de illis, quæ sunt sublata consuetudine, &
sic ꝙ non sunt in vsu. vt in. l. 2. §. sed quia. C. de
veteri iur. enucle. & tenet Paris de Put. in tract.
synd. ca. in verbo, statutum. fo. 247. in libro por

haga sobre la guarda de cada vno dellos los quales son estos que se siguen.

tatil. num. 4. ¶ Et facit, quod tenet Angel. in. l.
omnes populi. ff. de iusti. & iure. in fine. vbi ait,
ꝙ qui iurat seruare statuta, & cōsuetudines, om
nino tenetur seruare, nisi laudabiles, & præscri-
ptas. vt Innoc. in. ca. dilecti. de maior. & obedi.
¶ Attamēlicet
iudex iuret sta
tuta seruare, &
non seruet, li-
cet incidat in
11 periurium † non tamē officium perdit, nisi de
ponatur. vt in. l. fin. C. ad. l. Iuli. repet. Et dictus
Paris de Put. vbi suprà, & ibi ponit quid faciet
iudex, si in eodem volumine statutorum sint
statuta contraria. & est glo. in. c. vt officium. de
hæreticis. in. 6. in verbo, duabus. ¶ Ibi quoq; Pa
ris de Put. in. d. versi. statutum. ponit, An iudex
12 de necessitate teneatur sequi † statutum, licet
non sit in causa productum? & dicit ꝙ sic: secus
in consuetudine non scripta: quia illa indiget
probatio & onus probandi in causa ciuili, non
pertinet ad iudicē. vt Bal. in. l. 1. C. vt qui desint
aduoca. Quod limita habere locum, quādo illa
statuta essent extrauagātia, non posita in volu-
mine statutorum, vt in archiuo publico: qa sunt
alleganda, & producenda. vt Bartol. in. l. omnes
populi. ff. de iusti. & iure. fina. colum. num. 67.
vbi Barto. tenet, quòd si litigo in vna ciuitate, &
volo fundare intentionem meam ex statuto al
terius ciuitatis, debeo illud statutum produce-
re. ¶ Aut volo fundare intentionem meam ex
statuto eiusdem ciuitatis, & sunt statuta publi-
cè nota in volumine statutorum inserta, & illa
non oportet produci. Aut sunt statuta non sic
publicè nota, & illa debent produci cum quis
possit ipsa probabiliter ignorare, sicut est in
consuetudine. Et hoc dictum Bartol. sequitur
Abb. in capitulo, pastoralis. de fide instrumen
to. final. columna. numero. 2. & idem sequitur
Abb. in capitu. primo de probatio. in fine. ¶ In
casu in quo quis tenetur edere statutum, non
est necesse, quòd edat totum volumen statuto-
rum, sed satis est edere illud, quod facit ad mate
riam, de qua agitur vt tenet Abb. in capitulo
cùm cōtingat. de fide instrumen. nume. 2. Ta-
men Pau. de Cast. & Barto. in. l. inciuile. ff. de le
gi. tenent. quòd si quis in sua causa producit sta
tutum alterius loci, debet producere totum sta
tutū à capite vsque ad finem, & etiā procemiū,
si materia requirit: quia solet dari intellectū se-
quentibus. Et idem tenet Alex. in rubrica. ff. de
noui oper. nūtia. nu. 35. qui dicit idem esse in in
strumento, & priuilegio. ¶ Ibi quoq; dicit idem
esse in legatario: quia nō debet edi totum testa-
men-

13 mentum, sed solum particula, † quæ pertinet legatario. Idẽ tenet Cy. & Ias. in l. si. C. de prec. Impe. offere. & tex. l. 112. ti. 18. par. 3 & text. in l. 5. tit. 2. par. 6. & Ang. late in consi. 164. de quo per Alex. in d. ru. & per addi. Pau. de Cast. in d. l. inciuile. ¶ Et quia in prin. istius glo. dixi de iu
14 rament. iudicum, † & latè ponit dict. l. 4. tit. 15. lib. 2. in ordi. regali. & l. 6. titu. 4. part. 3. & text. in l. rem non nouam. C. de iudi. cum authentica, hodie iurant. C. eodem titulo. sed inquãtum dict. l. par. & ordina. tenent, quòd tale iuramentum debet recipere Rex ex iudicibus antequã exerceant officium, hoc non est in vsu. Sed concilia ciuitatum hoc iuramentum recipiũt ex iussione regis, vt patet in prouisionibus officiorũ, ibi. *Estando juntos en vuestro consejo, cabildo, o ayuntamiẽto segun que lo aueys de vso, & costumbre, recibades del dicho fulano el juramento, y solennidad, y que en tal caso se acostũbra a hazer: el qual por el hecho, le recibades, y tengades por nuestro Corregidor.* Et hæc practica prouenit ex d. l. 4. ibi. *o aquel a quien nos le mandaremos tomar.* Et est textus expressus in capit. fina. in capitibus iudicum syndicatus, ibi, *lo hagays, y en el consejo de la ciudad.* ¶ Quoque illa forma iuramenti, contenta in d. l. par. in omnibus non seruatur, sed tantũmodo iurant iudices seruare seruitium Dei, & Regis, & bonum Reipublicæ custodire, & seruare leges, & statuta. Quod intelligitur de honestis, per capitulum final. de iur. iurand. in 6. & Paul. de Castro in dicta. l. rem non nouam. numero. 2. ¶ Et quod faciant iustitiam æqualiter, sine acceptione personarum: & eam definiet secundum ius, vt pertinet ad bonum & æquum iudicem: & vltra modum partes non grauentur laboribus, & expensis. vt in capitulo, finem litibus. de dolo & contu. Et quod secreta concilij non reuelabit. & tenet Paris de Puteo in d. tracta. syndicatus in parte, iustitia. §. iuramentum. fol. 139. in principio. vbi dicit, quòd officialis antequam officiũ recipiat, debet iurare in manibus Regis, & eo absente, coram Metropolitano, vel episcopo, & Primate ciuitatis de bene gerendo: quia in tali iureiurando administratio accipitur, vt in dict. §. necessitatem. In authentica. vt iudic. sine quo quo suffrag. Et si non facit istud iuramentũ, non potest officium exercere: & si exercet sine dicto iuramento, tenetur ad eandem pœnam, ad quam teneretur is, qui propria authoritate officium sibi vsurpat, & sic pœnam criminis lesæ maiestatis. vt in l. 3. ff. ad. l. Iuli. maiestat. secundum Lucam de Penn. in l. vnicuique. C. de proxim. sacro. scrinio. lib. 10. quod est notan. secundum dictum Pari. de Pute. vbi supra ¶ Et postquam iudex semel iurauit iudicare secundum iustitiam, non tenetur vlterius iurare: & idem dic in aduocatis, secundum Lucam de Penn. in l. si quæ. C. de vendendis rebus ciuitat. lib. 11. fi. col. ¶ Tene quoq;, quòd talis iudex debet habere duos sales, alterum sapientiæ, ne sit insipidus: alterum rectæ conscientiæ, ne sit diabolus. vt in capitulo, cum æterni tribunal. de re iudicat. in 6. & Iaso. in dicta. l. rem non nouam. C. de iudi. in principio.

PROOEMII FINIS.

PRÆTORVM CAPITA SEQVVNTVR.

Prætorum.

SVMMARIVM.

1 POTESTAS constituendi magistratum ad iustitiam exercendam, ad principem tantum pertinet, vel ad alium à principe potestatem habentem.

Et non pertinet ad populū, nec ad ciuitatem. numero. 13.

2 Rex, qui non recognoscit superiorem, fundat intentionem in regno suo quoad iurisdictionem. numero. 13. & quid in alijs dominis numer. sequenti.

Deficiente correctore & prætore, seu expirante, ciuitas non potest cognoscere de causis. sed ipse. ius dicit vsq; in aduentum successoris.

3 Princeps non potest concedere suam supremam iurisdictionem.

Appellare potest libere à dominis locorum per vassallos suos ad regem, & domini tenentur appellationi deferre sub pœna ibi.

4 Potestas magistratum ad iustitiam exercendam transmittitur ad filios Principis, Ducum, & Baronum, si ex priuilegio habent à principe.

5 Deputatus ab alio, quàm à principe, si iurisdictionem gerit, pro infecto debet haberi, quicquid fecerit.

6 Qui gerit se pro iudice, cùm non sit, in crimen læsæ maiestatis incurrit. & in crimen falsi.

An si iudex exercet iurisdictionem contentiosam extra territorium, puniatur.

7 Iurisdictionem ordinariam, vel delegatam, papa concedit.

Consuetudo quoque iurisdictionem concedit.

8 Præscriptio dat iurisdictionem.

9 Præscriptio, & priuilegium æquiparantur.

10 Sententia, & præscriptio æquiparantur.

11 Iurisdictio suprema Regis, vel Papæ, non potest præscribi, nec vtilis iurisdictio exclusiua.

12 Quod non appelletur ad Papam, seu ad principem præscribi non potest.

Sed bene potest præscribi, quod non appelletur ab episcopo ad Archiepiscopum.

14 Rex habet fundatam intentionem quoad ciuitates, & loca intra regni limites constituta, & quoad supremam dignitatem ius reddendi: secus est quoad res singulares regni, in vico, vel castro existentes.

Idem dic de Baronibus.

15 Dominus districtus, non est dominus bonorum infra limites existentium.

16 Omnia dicuntur principis, quoad protectionem.

17 Regalia, nullus priuatus potest rationabiliter possidere.

18 An qui habet regalia in terris regni, aut demanalia in terris Baronum, & Comitum, potest cogi ostendere titulum suæ possessionis, adeò quod nisi ostendat, licitè potest cogi ad restitutionem eorum.

19 Qui non habet potestatem regiam iudicandi, frustra iudicat, & per eum gesta non valent: quæ exceptio semper potest opponi.

20 An rescriptum falsum tribuat iurisdictionem.

21 Obediendum est prælato minus iniusto, qui est in pacifica possessione, dummodo concurrat authoritas superioris.

22 Tabellio, qui est penitus falsus, debet puniri pœna mortis. Secus si fuit creatus notarius à principe, & creatio fuerit inualida.

23 Indulgentiæ concessæ à prælato penitus falso, qui putabatur verus, non minus operantur ad salutem animarum, quàm si essent concessæ à prælato vero.

Nuestros.

Prætorum.

PRimeramēte mandamos, que todos los que ouieren de yr a qualesquier ciudades villas, o prouincias, o merindades, o partidos đ nuestros Reynos por nuestros[a]

a NVestros. a Exista.l. tene, ꝙ potestas cōstituendi magistratū, ad iustitiā exercendam, pertinet tantùm ad princi

1 pem.† est similis text. in titu. quæ sint Rega. in vsi. feud. circa medium. & in. l.1.§. optamus. C. de offi. præfe. cū. l. sequenti, circa principiū. & in. l. pe. ff. ad. l. Iuliam. amb. & Ias. in. l.1. in princi. ff. de officio eius. & tenet Restau. Casta. in tracta. de Imperatore. q.118. tomo.5. tract. fol.71. ver.17. Quę iura de iurisdictione ordinaria loquunt: & de nostro iure regio, est tex. in. l.1. ti.1. li.3. in ordi. regali. & in. l.2. tit.4. par.3. vbi tenet, ꝙ solus princeps cōstituit iudicē ordinariū, vel alius habēs à principe potestatē. Et tenet Alexan. in. l.1. ff. de iuri. omn. iudi. n.35. ver. vnde dicit Bal. vbi ait, ꝙ oīs iurisdictio est Imperatoris, & ipse est, q iurisdictionē tribuit, magistratū creando, vel cōfirmādo, vel prestādo authoritatē creādi, vel cōfirmādi. allegādo Bal. in. c.1.§. ad hęc. de pace iura. firma. in vsi. feu. 1. col. per illū tex. & per. §. iudices. & noster Montal. in. l.5. tit.11. lib.2. for. ll. in gl. 1. in prin. col.2. & tex. in. l.4. tit.1. lib.2. in ordi. Regali. & in. l.1. tit.1. lib.2. eo. lib. ¶ Et sic, quòd apud Regē est iurisdictio, & non apud populū: quia nulla iurisdictio est apud populū, vel apud aliquā vniuersitatem, seu ciuitatem. vt tenet Innoc. in. c. cū accessissent. de consti. ver. & est notandū. & Bal. in. c.1. si de inuestitu. inter. domi. & vassal. lis oria. in vsi. feu. ver. nota mirabiliter. & Guido papa singula. 567. in fine. ¶ Quia populi transtulerūt in regē iurisdicti. tex. in. l.1. ff. de cōsti. prin. Bar. Alex. & Ias. latè in. l.1. ff. de iuris. omn. iud. in fin. Barb. in rub. de offi. or.4. co. Bal. in. c. bonæ. el.2. de postul. præla.4. co. versi. sed nunquid præscribenda. ¶ Et Rex habet de

2 iure fundatā† intētionē suā in iurisdictiōe. tenet l.9. ti.14. lib.3. in or. regali. & Guido papa sing. 661. §. quid. & singulari. 823. §. omnia. & in cōsilio. 88. & Ioan. faber. in. l. cūctos populos. C. de summa Tri. & fide catho. Bar. in. l.1. §. cū vrbē. ff. de offi. præ. vrb. & Montal. in glo. ordin. Rega. in parte, prescribere cōtra regē. 1. co. vbi si nō recognoscit superiorē in suo regno de iure cōmuni quoad iurisdictionem, siue quoad ius reddendi, & vsum gladij exercendi, fundat intētionem suā in toto regno.* Et. l.2. tit.1. parti.2. quasi in fin. sed non est dominus singulorum, vt ibi. & in. l. bene à Zenone. C. de quadri. præscrip. Sed bene habet suam intentionem, fundatam quoad dominium ciuitatum, villarum & castrorum regni. vt Grego. Lopez in. l.1. titul.18. par.2. etiā si ab alio posideantur vt ibi.* Et quid in alijs infrà dicetur. ¶ Et sic. ꝙ vniuersitas, vel ciuitas, deficiēte, vel expirāte correctore seu pretore, non pōt cognoscere de causis, nec constituere iudicem, qui de eis cognoscat, quia non habet iurisdictionē: sed si officium correctoris expirauit, talis corrector per se, & per suos officiales debet exercere iurisdictionē vsq; in aduentu successoris. vt in. l. meminisse. ff. de officio procōsulis & lega. & ibi Bar. & doct. & dicetur infrà in. c.5, in glo *suspendidos.* in nu.6. ¶ Tamen princeps† priuato non

3 pōt cōcedere suā supremā. iurisdictionē. vt Bar. in. l. ꝓhibere. §. planè. ff. quæ. vi. aut. clā, & Bal. in. l.1. §. in initio. ff. de of. præfe. vrb. n.6. ¶ Quia Imperator, seu Rex, nō pōt donare claues Imperij, seu regni: nec pōt viscera Imperij euiscerare, quia esset homicida suę dignitatis. vt. ff. de vsuc. pro emp. l. cū fundū. §. si tutor. prout tenet Bal. in. c. licet causam. de ꝓbati. n.7. nec ea; quę sunt sibi reseruata, prout tenet Restau. Castal. in dic. tract. de Imperatore. q.110. tomo.5. tra. fol.71. vbi quoq; ponit casus, q sunt principi reseruati. ¶ Francisc. de Aret. in rub. ff. de verb. obli. col.3. quoq; dicit, ꝙ Imperator nō possit renuntiare suo exercitio ī manib' habētis dominiū directū in præiudiciū successorū, quibus post mortē ei' debet deferri Imperiū. per tex. in. c.1. in fine de valua. decrepit. ætat. in vsi. feu.* Et vi. tex. in. l.4. tit.26. par.2. & l.17. tit.1. lib.6. ordi. & Greg. Lopez in. d. l. par. allegādo Bal. vbi nec per contractū, nec alio mō pōt princeps regalia concedere in preiudiciū successorū: & sicut nō pōt iura eorū subuertere, ita nec minuere: qđ ꝓcedit etiam in minima alienatiōe regaliū: ꝙ intelligo in perpetuū. sec' ad vitā regis cōcedētis vt ī. d. l. par. & ordi.* ¶ Et ideo dicit Ang. in. l. vsuca. ff. de vsuc. ꝙ cōtra regē, & Imperiū, & ecclesiā Romanā super reseruatis ecclesiæ, vel Imperio in signū culminis, aut priuilegij prælationis nō currit præscripti. vt Ioā. And. in. c.1. de cleri. ęgrot. lib.6. & vide

nota q etiam si expiret officium correctoris talis corrector debet per se exercere jurisditionem usq ad aduentum successoris

vide infrà.n.11.¶Attamē talē ordina.iure principis vel suo beneficio vniuersaliter quis exercere potest iurisdictionē.vt in.l.more maiorū.ff.de iuri.om.iudi.cū.l.sequēti.& tex.in.l.1.tit.15.lib.2.in ordina.regali.Montal.in.l.1.tit.7.foro.l.lib.1.in gl.1.vbi quoq; vide,quis pōt cōstituere iudicē, & iurisdictionē dare.¶Et quia suprà dixi, ꝙ Rex fundat intētionē suā in iurisdictione.Idē dic in iurisdictione dominorū,ducū, Marchionū.& Comitū. & aliorum: quia quilibet, qui habet territoriū limitatū ab antiquo, habet fundatā intētionē de iure cōi infra metas eiusdē ad exercēdū in qualibet parte ius, qđ in toto vniuersali exercet. vt in.l. si pupill⁹.§.territoriū.ff.de verbo.signifi.& tenet Ioan. faber in d.l.1.C.de summa tri. & fi. catho.col.3.ver. sed tu pone.vbi quoq; dicit, ꝙ imo oīa cēsentur teneri à domino territorij.vt Specul.in ti.de loca.§.nūc aliqua.ver.86.&videtur quasi expressum in.c.quo iure.86.distin. & in.§.fi. quib.mo.feu.amitta.& tenet Guido pa.in singula.661.§.quicquid.& vide tex.in. c. cum personæ. de priuile. in.6.& in.c.omnes basilicæ.16.q.7. & vide eundē Guido.sing.823.&Bar.in.l.1.ff.de offic.præ.vr.& per gl.in.l.quicūque.C.de fundis limitro.lib.11.in.gl.2.per Innoc.in.c.ex literis.de iur.patro.& Guid.pa.cōsilio.88.n.1.& Bar.in.d.l.1.§.vrbē.nu.5.&.9.¶Appellationes tamē eorū ad principē pertinēt.vt est tex.singula.in.l.9.tit.4.par.5.¶Et an de iudicibus positis in dictis villis, & locis per ipsorū dominos, appelletur ad regē vel ad dominos ipsorū:vide quę tāgam in.c.38.infrà.eo.Licet ibi,& hic sup hac parte, & quęst. nullā med:ā sententiā intendo proferre, sed ad maiestatē regiā relinquo,siue remitto, vt suum velle faciat ad cōmodū suorū regnorū, & subditorū.¶Attamen libere pōt appellari à dominis locorū per suos vassallos ad regē,vel ad suos prętores:& dicti domini locorū tenētur appellationi deferre,& appellātes non impedire: nec aliquod dānū in personis, seu bonis inferāt, quia Rex sub sua protectiōe suscipit.vt in.l.14.&.15 ti.16.lib.3.in ordin.regali.&in.l.1.ti.1.eo.lib.& tex.sing.in.l.7.tit.4.lib. 2. in eisdē ordi. & per.l. Guadalajaræ,quā ponā ad literā,quia nō est impressoribus tradita.in.d.c.38.infrà.eo.vbi ponūtur pœnæ cōtra contrariū faciētes:quę cōfirmatur per regē Ioānē secūdū Pinciæ, seu Vallisoleti,anno.1442.petitione.33.*Et vi.l.22.titu.13.partit.2.& ibi Gregor.Lopez in glo. *o le embargassen*:quinimo non valet homagium, seu pactū factū cū iudice, vel cū alio qui tenet eum captū ne appellet ad regem, nec querelā de eo faciat text.in.l.17.ti.26,par.2.quē vi.*¶Licet de iure cōi graui⁹ puniūtur:quia Comites, Duces, & Barones iura Regis & superioris vsurpare nō tenētur,nec prohibere vassallos appellare,seu reclamare ad regiā curiā de eorum patratis in eos criminib⁹:aliàs in crimē læsæ maiestatis incidūt vt tenet Lucas de pē. in.l.si quis post hāc. C. vt nemo ad suū patroci.lib.11.col.8.& vide Mōt. in gl.ordi.in parte,appellatio.ver. appellari potest liberè à dominis locorum. ¶Et ibi vide, an habeat locū cùm appellatur in locis ecclesiæ tēporalis iurisdictionis.subiectis.& tex.in.ca.Romana.§.debet.de appel.in.6. & in c. si duobus.eo.ti.&.c.ꝙ clericus.de foro cōpetē. ¶Et quid erit in locis subiectis monasterio, vel ordini religiosorum, cùm ecclesia per omnia vēdicet sibi iura principū in terris sibi subiectis quoad tēporalē iurisdictionē.vide gl.in.c.2.de delictis puero. & Calde.cōsi.18.Bal.in additio.ad Specu.in tit. de appel.col.18.ver.quidā episcop⁹ dux. ¶Sed tu vide pragmaticā.9.in libr. pragma.vbi cauetur, ꝙ prælati abbates, & ecclesiæ cathedrales, quæ habēt tēporalē iurisdictionē, si ab eis fuerit appellatū,deferāt appellationē ad regē in tēporalib⁹,nec cōtra laicos super eisdē causis procedāt per cēsurā ecclesiasticā,cū qua pragmatica cōcordat Archi.Florē.in.3.par.ti.24.c.75.in prin.& in fine:dicēdo.ꝙ excōmunicare nō pōt prælatus eos,in quibus habet iurisdictionē temporalē secūdū Hosti.in.c.dilectus.de officio ordi.nisi habeat hoc ex priuilegio speciali vel cōsuetudine,quæ dat etiā iurisdictionē: quæ consuetudo iam sublata est per dictā pragmaticā. *Et est tex.in.d.c.Romana.§.debet de appellatio in.6.& ꝙ ibi notat:& idē tenet Alb. in auth. statuimus. C. de episco.& cleri.nu. 6.inquiens, ꝙ in tēporalibus ab episcopo appellatur ad regē:& idē tenet Greg.Lopez.in.l.7.tit.9.part.1. in gl.*otros prelados*.*¶Et facit, qđ tenet.Bal.in.c. solite.de maiori.& obedi. in princ.vbi ait, ꝙ ab episcopo appellatur ad regē in ijs,quæ episcop⁹ tenet sub rege,& eius recto dominio:& decretū in cōtrariū,esset quædā tyrānia. ¶Et nō solùm iurisdictio,& potestas cōstituēdi magistratum
4 pertinet ad principē : verū etiā talis potestas † trāsmittitur ad filios principū,ducū,& Baronū. vt Bal.in.l.1.C.de emācip.lib.col. 9.& in.l.mādatū.col.3.C.māda.& Bertachi.in tract. gabella.in.1.parte.nu.34.ver.& adde,tomo. 6. tract. fol.51.si habeāt ex priuilegio:aliàs etiā minima iurisdictio non pōt, nisi authoritate principis cōcedi,mediata,vel immediata,tenet. glo. Montal.in.l.2.tit.4.par.3.in prin.vbi per eu de materia.¶Aliàs si quis ab alio deputat⁹,ordinariā gerat iurisdictionem, quicquid fecerit, pro infecto

5 cto † debet haberi, nec necessitas imponitur appellādi ab eius sentētia: vt in. l. 1. C. qui pro sua iuris. & in. l. cùm prætor. §. iudicis. ff. de iudic. & in. l. vnica. C. vt omnes iudic. tam ciuiles quàm crimi. & tenet noster Montal. in. d. glo. ordi. regal. in parte, iudicem ordinarium. vbi quoque est text. in. l. 1. tit. 15. li. 2. in eisd. ordina. ¶ Quia si potestatem à principe non habet iudicandi, si
6 gerit se pro iudice, cùm non sit, incurrit † in crimine læsæ maiestatis, si iurisdictionem exercet dolo malo, sciens potestatem non habere. vt in l. duodecim tabularum. in fine. ff. ad. l. Iuliā maiestatis. & crimine falsi, est reus. vt in. l. qui nomine. ff. de fals. & in. l. maiorem. C. eodem. & idem tenet Franciscus Luca. in tracta. de fisco. in parte, de crimine læsæ maiestatis. ver. Item cum priuatis. numer. 9. in. 6. tomo tracta. folio. 11. & Mōtal. vbi suprà. Et idem tenet Angel. in expresso. in. d. l. duodecim tabularum. vbi asserens se magistratum, qui non est, incidit in maiestatem, & tenetur etiam crimine falsi. vt in. l. eos. ff. eo. Et probatur in. cap. 5. infrà eod. ibi. *que otros no los tengan, ni vsen dellos*. & tex. in. l. omnes stationarij. C. de cohartali. lib. 12. & tenet Ioan. de Plat. in. l. viros. C. de diuersis offi. & apari. iudi. eo. lib. Et vide Guido. pa. decisione. 423. vbi quoq; dicit, quòd est crimen læsæ maiestatis, cū ipse ad illam processerit, eiusq; priuata authoritate: cuius pœna est vltimum supplicium, & cōfiscatio omnium bonorum. iuxta. l. quisquis. C. ad. l. Iul. maiesta. ¶ Sed quid. si aliquis iudex extra suum territorium exercet iurisdictionē contētiosam, an delinquat, & puniatur? videtur ꝙ sic, prout tenet dictus Guid. pap. in. d. deci. 423. vbi ait, ꝙ licet quis habeat iurisdictionem, non debet eam extendere, vel exercere vltra terminos eiusdem, aliàs capite punitur. per text. in. l. si. C. de apparito. commit. orie. lib. 12. quinimo videtur multipharia m deliquisse. s. in. l. Iulia. de vi. publica. & in. l. Iulia. de ambitu. Nā etiam qui cū iusto ti. regnat. terminos suæ iurisdictionis, Imperij, aut potestatis debite in suos subditos excedens, in prædicta crimina incidisse cēsetur. vt Bar. in tracta. de tyrannia. q. 9. quantò ergo magis hęc verificātur in eo, qui talia exercet in nō subditos? ¶ Attamen licet dictus Guido pap. hoc teneat, suus additionator ibi tenet, ꝙ in isto casu non incidit in læsæ maiestatis crimine prædicta faciendo: cum nō intendebat occupare dominiū, vel iurisdictionem, aut Imperium mixtum vel merum regis. vt tenet Lonzi. in cōsilio. 22. ¶ Vide tu. l. 17. titul. 1. li. 1. foroiuzgo. vbi in ista materia est sing. lex. vbi dicit, quòd iudex, qui iudicabit in iurisdictione aliena, vel capit aliquem, soluat vnam libram auri illi, cui damnum fecit: & suus Saion, qui est Algazell⁹, si aliquid ex suo iussu fecit, dentur ei, siue imponantur centum flagella publicè. ¶ Aliā pœnam ponit. l. 7. tit. 7. lib. 1. for. ll. sed melius punitur per. l. 7. titul. 4. parti. 3. vbi tenet, quòd iudices extra territorium neminem capiant, nec compellant, nec iudicent: aliàs iudicatum nō valet, & pignora eorum mandato capta, cum pœna dupli restituant, & si iniustitiam fecerint, patiētur similitudinem supplicij: & vltra hoc tenētur iniuriarum. vt in capit. ex parte. de verbor. signifi. & ibi Innocen. & tenet. Paris de pute. in tracta. syndica. in parte, si iudex processit. folio. 68. Et vide Bald. Angel. & Paul. de Castro. in. l. sicuti. §. Aristo. ff. si seruit. vendi. & Bald. in. l. nō est. quod metus. cau. in. 3. lectura. column. 2. vbi de materia per doctores. & Hippoly. de Marsi. in. l. extra territorium. ff. de iur. omni. iudi. nu. 3 & 4. *. Et vi. peregrina. in parte captio. ī gl. cap. vbi dicit, ꝙ si familia potestatis capit. bānitum extra districtum, debet relaxari, quia captus nō legitime, non enim potest capere delinquētem in alieno territorio iure publico, idest tanquam persona publica, cū ibi sit redacta ad instar priuati: & ideo tradita forma est à iure ꝙ scribat iudici territorij in quo est capiendus vt eum capiat & remittat. vt ibi. & vi. quę dixi, infrà. in. c. 27. in glo. *entregen*: tamen si iudex contra sic illicite captum formauit processum, vel fecit executionem, valet & tenet ꝙ factum est, si appellatum nō sit. Tamen iudex territorij in quo captus pōt suā iurisdictionē vlcisci de quibus per Bal. in. l. requirendi. C. de seru. fugi. col. 2. prout tenet Peregri. vbi suprà, & dixi in. c. 3. infrà ī gl. iurisdict. in princ. & debet relaxari, etiā si capt⁹ sit eum insequendo incidat in iurisdictionē alterius vel territoriū, vt tenet Iaso. in. l. fi. ff. de iur. om. iud. col. 1. & ibi Hippoly. de Mar. nu. 4. & 5 & Bal. in. c. olim de dolo & contuma. in fine de quo latè per Iaco. de Bello Viso. in sua pra. tit. de fuga reorū. nu. 4. & Paris de Pute. in tract. sindica. in parte si iudex ꝓcesit, fol. 68. & Doctor Ant. Gomez contēporaneus me⁹ in suo opere delictorū in titu. de custo. reorū. nu. 5. per quod credo verum esse ꝙ ait Ange. in. l. si quis. C. vbi quis Curia. vel coharta. vbi affirmat, ꝙ debitor pōt capi à creditore, si fugit si est in eadē prouincia & iurisdictione, secus si in alia: quia cū iudex hoc nō posit in alia capere, ita neque pars priuata. Sed si de facto pars capiat debitorem in alieno territorio seu iurisdictione, debet statim pręsentari coram iudice illius territorij. argum. eorum quæ dixi, loquendo in clerico capto à iudice

dice seculari, infrà in c. 47. in gl. *o clerigo*. nu. 4.* ¶ Vnum tamen nota, quòd inuadentes territorium alterius, possunt condemnari per magistratum illius territorij, & non per alium: quia priuatus non condemnat priuatum. tenet Bal. in c. sicut. de iure iuran. nu. 9. ¶ Quoq; talis iurisdictio non solum per regem, verùm etiam
7 per † Papam potest concedi, & dari dictam ordinariam vel delegatam, ordinando episcopum. ¶ Et quoque lex scripta, & consensus vniuersitatis, & cõsuetudo, potest dare iurisdictionem. vt ponit glo. in l. & quia. ff. de iuris. omni. iudi. & ibi Bar. & Docto. qui legit eam, iuncta. l. more maiorum. & per Montal. in d. l. 1. tit. 7. & per Innoc. in c. cùm ab ecclesiarum. de offici. ordin. Tamen Bartol. in dic. l. more. num. 9. intelligit de consuetudine illius populi, qui possit illam iurisdictionem dare, expressè statuendo. ¶ Bar. ibi quoque ponit, an quis vti possit iurisdictione, quam præscribit, & sic, quod pręscriptio det
8 † iurisdictionem vide Barto in consi. 189. & Innocé. in cap. cùm dilectus. de capel. monacho. & Bar. in l. si. ff. vti possi. & late & remissiuè per Bertachi. de Firmi. in suo reperto. in parte, iurisdictio. versi. 173. ¶ Et quia hoc est determinatũ de nostro iure regio per l. 6. tit. 13. lib. 3. ordin. rega. vbi ponitur forma præscribẽdi iurisdictionem ciuilem & criminalem, non est necesse de iure communi examinare: quia ad literam. d. l. ordina. seruatur. Et vide Montal. in gloss. illius. l. in parte, præscriptio. & in l. 5. titulo. 11. for. ll. lib. 2. in gloss. 1. in. 2. colum. & aliquid per text. in l. 6. tit. 29. part. 3. & singulariter per Pala. Ru. in cap. per vestras. §. 1. de dona. inter vir. & vxo. versi. sed pulchra dubitatio. nume. 26. & 33. fol. 82. & Innoc. in capit. nouit. de iudi. Archidi. in capitul. conquestus. in fine. 9. quæstio. 3. glos. in capitul. cùm quidam. de exceptio. lib. 6. & latè Bald. in repeti. l. primæ. C. de emancipa. liberorum. ¶ Sed nolo omittere vnum singul. intelle. ad supradicta, quia licet sit verum, quòd in præscribenda iurisdictione, vel in præscribẽdis alijs iuribus regni aliquando requiratur tempus centum annorum, prout cauetur in d. lege ordina. & in iuribus similibus: procedit, quando directè præscribitur contra regem. secus si contra aliũ inferiorem, cui Rex iurisdictionem, vel alia iura concessit, vel ex præscriptione, vel quouis alio modo sibi quæsiuit: nam cõtra eum sufficit tempus decem annorum cum titulo, vel triginta sine titulo. Ita voluit Bartol. in. l. si publicanus. §. fina. ff. de publica. & vectiga. refert & sequitur Abb. in cap. super quibusdam. de verbo. signific. & Sali. l. vectigalia. C. noua vectigali. institui non poss. & Firmia. in tracta. gabella. in. 1. parte. quæst. 10. ad finem. & Pala. Ruui. vbi suprà. numero. 48. in dicto folio. 83. quod est singula. ad intelle. dict. l. ordina. & tenet singulariter Ang. in. l. vsucap. ff. de vsucap. & est tex. in. c. ad audientiam. de præscription. in fine. & ibi Abb. & Fel. & Martinus Laud. in tracta. de priuilegio. & rescrip. quæstio. 19. tomo. 1. tracta. folio. 91. ¶ Et sic, quod sicut ex priuilegio principis, vel concessione, iurisdictio acquiritur, ita ex præscriptione: & qui ex præscriptione eam acquisiuit, potest ea vti sine pœna. vt in. dict. l. 1. titulo. 15. libro secundo ordinamenti: quia
9 priuilegium, † & præscriptio, sunt idem, & non sunt contraria. vt tenet Bald. in. l. prima. C. de furtis. final. column. numero. 23. versicul. Item quæritur. & tenet Lucas de Penna. in. l. diuina domus. C. de exacto. tribu. libro. 10. column. 4. ¶ Et idem dicit Bald. in dict. l. 1. quod senten-
10 tia. † & præscriptio æquiparantur. Sed requiritur, quod tanto tempore præscribatur, quod contrarium illius memoria non existat. vt in. dict. l. ordina. & Abb. in capitu. cùm à nobis. de præscriptio. per tex. expressum in dicto capit. super quibusdam, de verbor. signi. sed intelligitur in acquirenda criminali, secus in ciuili. vt in dict. l. ordina. & quando præscribitur contra regem, secus si contra alium: vt supra dixi, quia tunc minori tempore præscribitur. ¶ Et qui ea vtitur, si non est tutus præscriptione, incidit in illam pœnam. vt est text. & ibi Montal. in. l. 2. titul. 7. *del officio de los alcaldes*. lib. 1. for.
11 ll. ¶ Hoc tamen non habet locum in suprema † iurisdictione Regis, vel Papæ: quia talis suprema iurisdictio præscribi non potest. vt in dict. l. ordina. nec vtilis iurisdictio exclusiua directè. vt in. l. competit. C. de præscripti. 30. vel. 40. an. & suprà dixi nume. 2. & sic non potest præscribi contra Imperium, vel contra Regem non recognoscentem superiorem, alioquin Imperiũ, vel regnum posset definiri propter præscriptionem subditorum, quod est falsum secundum Bald. in authentica, quas actiones. C. de Sacro sanct. eccles. penultim. column. numer. 4. versicu. tertio. vbi quoque dicit quòd ex his apparet, quòd non potest præscribi, quod non
12 appelletur † ad principem, quia hoc pertinet ad summam iurisdictionem. Sed bene potest præscribi, quod non appelletur ab episcopo ad archiepiscopum, vt ibi per eum. Et idem tenet Bald. in. dicta. l. prima. C. de emancipa. libe. numer. 7. per text, in capitulo, venientes. de iure iurand. & per. l. fina. & ibi Cyn. C. de appel. dicendo, quod inferior non præscribit iuris-

dictionem superioris, maximè appellationis, vt suprà dixi. numero.3.&idem Bald. in dicta authentica, quas actiones. C. de Sacrosanct. ecclesijs. numero. 4. ¶Montal. vero vbi suprà, in dicta.l.secunda.ponit de tribus generalibus iu-
13 dicum, qui iudicare possunt, & vltrà † non potest quis iudicare: cùm omnis iurisdictio est Regis, & ipse est, qui iurisdictionem tribuit, creando magistratum, vel confirmãdo, vel præstando authoritatem creandi, vt dictum est in principio istius glossæ, & facit.l. prima. §. cùm vrbem.ff.de offic.præfect.vrb. ¶Intantũ, quòd etiam minima iurisdictio non potest conferri nisi authoritate mediata vel immediata Regis. vt notatur in dicta.l. & quia. ff. de iur. omni. iudi.&per Innocen. in capitul. Cùm ab ecclesiarum.de offic. ordina. & Bald. in capitul. primo de allodijs.in vsu. feud. Quia iurisdictio est apud regem tãquam apud fontem, à quo fluũt & refluunt aquæ, tanquam flumen ad mare fluit: itaque iurisdictio ab eo per concessiones, vel commissiones, seu confirmationes: sed ad eum refluit iurisdictio per appellationes, per querelas, seu nullitates: de quibus cùm Rex incipit cognoscere, omnibus alijs imponit silentium. vt notat Innocent.in dicto capitulo, cùm ab ecclesiarum. vt tenet Bald. in dict.rub.de allodijs, prima colum. num.2.cum. sequentibus. Et ibi vid. per eum, an iurisdictio potest vendi. Et ibi tenet, quòd apud fiscum non est iurisdictio, sed apud Regem, vt dictum est, qui habet suam intentionem fundatam: quia non recognoscit superiorem in suo regno, vt in.l.deprecatio.ff. ad. l. Rhodi. de Iactu.&in.l.bene à Zenone.C.de quadri.præscri. &in capit.quo iure.octaua distinctio. &. capi. fina.16.quæstione.3.&in capitulo in apibus.7 quæstione prima.&in.l.prima. titu. primo.parti.2.¶Et non solùm Rex Hispaniæ quoad iurisdictionem in suo regno habet fundatam intentionem suam, sed etiàm habet eam fundatam quoad ciuitates.&loca intra regni limites con-
14 stituta. †argu.in capitul. ad decimas. de restit. spolia.& in capitul. 1.de rescripti.in.6.& quoad fruitionem regni debitam, quæ nullo temporis spatio potest præscribi. vt in dict. Lcõperit. C. de præscriptio.30.vel.40.anno. Et quo ad supremam potestatem ius reddendi. vt tenet. d. Montal.in.d.gloss. ordi. in parte, præscribitur contra regem.1.&.2.col.quem vide, vbi dicit secus esse quoad res singulares regni in vico, vel castro existẽtes, quia in istis non fundat suam intẽtionem de iure communi: cùm multa sunt allodia, vt dicit notare Hostien.in capitu.nimis de iure iurán.& Guiller.de Monte Laud.in clemen.Pastoralis. de re iudi & vid.quod not.Specula.in titu.de locato.§.nunc.versic.68.*Et supradixi.in numer.2.allegando.l.2.titul. 1. partit.2.quasi in fine.*¶Et idem dicit in Ducibus, & Comitibus, & dominis temporalibus. vt Abbas.in capit.si diligenti.de præscriptio. num.2. & Felin.ibi.2.col.versicu.ad illud. vbi idem dicit, quòd dominus districtus non est dominus
15 bonorum † infra limites existentium. Cui dicit esse addendã gloss.in.l.fin.& in.l.Barbarius. ff.de offi.præ.vbi tenet, quòd licet omnia dican
16 tur esse principis, † intelligitur quo ad protectionem.& facit glo.fin.in capit. ius militare.1. distin.& Bartol.in prooemi.digestorum.§. omnem.nume.3.Angel.in.l.lucius. ff.de euictio.& Alexan.in consi.112.in.4.volu.nume.6*Et vi. Iac.saltem remissiue in vsibus feudorum.nu.52. &tex.in.c.fi.de officio. archidi.ibi, cum monasterium infrà metas sui diaconatus sit situm & in.c.de xenodochijs.de religio.domi.& singulariter Henricum. in. d.c.si diligenti. de præscriptio.*¶Facit in simili. vbi ea, quæ regalia sunt, de quibus habetur in dicto titul.quæ sint rega-
17 lia. † nullus priuatus potest rationabiliter possidere. vt tenet Lucas de Penna.in.l.quicunque castellorum.C.de fundis limitro. libr.11.¶Vbi quoq; ait, ꝙ etiam si Comites, & Barones, tam ex forma priuilegiorum, quàm etiam ex vetusta consuetudine habent in castris, & terris eorum nonnulla præcipua demanalia, puta iurisdictiones, aquas, & decursus aquarũ, montes, nemora, pascua, fortalitia, & alia huiusmodi, quæ per eorum vassallos possideri non licet, nec præscribi. vt in.l. theberianus.C.eodem titul. quin etiam illa ipse idem Baro, vel Comes alienare, vel in feudum dare non potest vt in constitu. regni Neapoli.in titul. de reuoca.feudo.l. constitutiones.prout tenet dict.Lucas de Penna, & dicit notare Andre.de Isernia in titu.de controuersi.feud.apud pat.capit.1.¶Quid autem & si quis inueniatur præfata regalia in terris regni, aut huiusmodi demanalia in terris Baronum, & Comitum possidere, an cogi poterit ostendere
18 titulum, † & iura suæ possessionis, adeò, quod nisi ostendat, licite compellatur ad restitutionẽ eorum? Quæstio est singularis, & practicabilis: & eam ponit dictus Lucas de Penna.in dict. l.quicunque.C.de fund.limitro.lib.11.pro vtraque parte.& dicit, quod veritas est, quòd domino agente, ad quem ipsæ res de iure cõmuni pertinent, præfertur, vt apertè probatur in capitulo cum contingat.de decimis. in fine.& capi. dudum.§.vltimo. de elect. & quod notatur.2. quæ-

quæstio.5.in principio. ¶ Sic etiam in beneficio ecclesiastico, si quis expolietur, & restitutionem petat cùm illud sine institutione canonica, vel ecclesiastica obtinere non potest. ca. 1. de regulis iur. in sexto, non est restituendus, nisi probet, quòd authoritate superioris, ad quē ex officio pertinet, habuerit possessionem, vt notat Innocē. in capit. in literis. de restitu. spoliato. & Hostien. in summa. eodem titu. §. quando facienda. ¶ Ita etiam quando quis tenet feudum, cuius possessio non cadit in eum, vt clericus mancus, debilitatus, & huiusmodi, nisi doceat in promptu super hoc dispensationem habere, potest spoliari possessione ipsius. vt Andre. de Iserni. in summa. in titul. de violen. l. 1. prope finem. ¶ Fortius ergo tenentur detētatores huiusmodi, in quos iura ipsa regalia, seu bona demanalia non cadunt, ostendere iura, & titulum suæ possessionis: cùm talia per priuatos absque dispensatione possideri nō possunt, nec etiam præscribi, vt dictum est. ¶ Facit ad hanc partem. l. emptorem. in princip. ibi, quia manifestum est. ff. de actio. empt. & l. dolo. ff. de doli excep. & in. l. fina. §. nullo. ff. de liber. exhiben. Vnde vbicunque de exceptione liquere potest per iura scripta, sine probationibus factis, & statim super ea pronuntiandum est, ne partes grauentur laboribus, & expensis. vt Innocen. in. c. cùm inter. R. de electio. Archi. in. c. vlti. de restitutio. spoliator. in sexto. ¶ Maximè habet locum, quando is. qui bona huiusmodi inuenitur possidere, fuit officialis, vel actor regis, vel domini. Nam tales circa hoc sæpius malignantur, & plura bona dominis auferunt, vt in cap. 1. si de feud. fuerit controuer. inter domi. & vassal. in vsibus feudorum. de inuestitu.

¶ Sed dic secundùm Lucam de Penn. vbi suprà, quòd quando ad reuocādum dicta bona ex officio proceditur ex mādato regis, cogitur ostēdere, secus si inter alios priuatos de his bonis causa ventiletur: tunc enim possessor non cogitur ostendere titulum, & ius suæ possessionis. vt Archidiacon. in capit. contra maiorem. 100. distinctio. & Ioan. Andr. in capit. primo. de regulis iur. in sexto. * Et vi. singulariter Greg. Lopez. in. l. 9. titul. 4. parti. 5. in. glos. *otorgadas.* vbi idem tenet. * ¶ Scias tamen secundùm dictū Lucam de Penna, quòd quando præsumptio est contra possidentem, cogitur possessor dicere titulum suæ possessionis, ostendere, & probare. notat Archidi. in cap. quia in additione. 10. q. 3. & in. l. cogi. C. de peti. hæredi. ¶ Sed quid si procurator fisci agat contra possidētem iurisdictionem, castrum, seu baroniam, vtrum cogetur possessor ostendere titulum suæ possessionis, quo, scilicet, res peruenit ad eum, cùm bona huiusmodi non nisi ex Regia concessione possidenti facta, vel ei, à quo ipse ius & causam habeat, liceat possideri, quia talia bona censentur fiscalia. i. ex fisco procedentia. vi. singul. d. Lucā de Penna in. d. l. 2. C. de fundi. patrimo. libro. 11. in fine. & est tex. in. l. 4. titu. 1. lib. 2. in ordi. regali. vbi tenet, quòd tenetur exhibere: quia rex habet fundatam intentionem de iure cōmuni, in habendo iurisdictionem. * Et text. & ibi Bald. & cæteri doctor. in. l. nequisquam. ff. de edēdo, vbi fisco eduntur instrumenta ad intentionem fundandam, & non solum fiscali editur, verum etiam cuilibet de populo si accusat nomine populari: quia accusator sequitur commodum fisci, non proprium secundum. Bald. ibid. * ¶ Ad supradicta redeundo dico, quòd quando iudex est penitus falsus, quia non habet dictam Regiā
19 potestatem iudicandi, † dato quòd iudicaret, frustra faciet: quia non valent gesta per eum, & est exceptio, quæ semper potest opponi. tenet Ias. in. l. præscriptione. C. si contra ius, vel vtili. publi. col. 7. nume. 20. Et ratio quare nō potest aliquis facere iudicem ordinarium, nec habere officium iudicandi, nisi Imperator, Papa, Princeps, vel consuetudo est nam pari nemo potest alium subijcere alteri, nisi ex præeminentia potestatis: cùm ergo sumus natura omnes liberi: ergo per alium obligari, vel iudicari non possumus, nisi hoc datum sit desuper. Ita tenet Innocen. & Bald. in cap. cum. p. tabellio. de fide instru, in fine. iuxta illud, non haberes in me potestatem vllam, nisi tibi datum esset desuper. ¶ Et vi. eundem Iaso. in. d. l. præscriptione. vbi quoque in nume. 18. altercat, vtrum rescriptum
20 omnino falsum † tribuat iurisdictionem, vbi dicit, quòd Bart. concludit quòd sic, quando non habet manifestam falsitatem: cùm propter dubium constituatur in quasi possessione iurisdictionis. Cui reprobat ibi Bald. in. 8. q. tenendo, quòd etiam si pars confiteatur rescriptum esse verum, cùm in veritate sit penitus falsum, adhuc non constitueret in quasi possessione iurisdictionis. Et idem tenet ibi Fulgo. dicens, quòd non potest sibi in mentem cadere, quod si literę, vel commissiones essent funditus falsę, quòd tribuant aliquam iurisdictionem, imò semper potest opponi. per. l. licet. C. de iudi. Et contra Bart. tenēt communiter Canonistæ. in. c. super literis. de rescrip. Innocen. in cap. venerabilis. de excepti. quia falsificator rescripti non debet ex sua falsitate aliquod cōmodū sentire. vt in ca. licet causam. de probatio. & semper, vt dixi, potest

test opponi, quod iudex erat falsus, & omnia per eum gesta sunt nulla.per doctrinam Bartol. in. l.1.C.de iuri.& facti igno.Et ad allegata per Bar. respondet, quod loquũtur in actu celebrato à superiore, concurrẽte cõmuni errore.vt Ang.in.l.2. in.7. fallen. ff. si quis in ius vocatus non ierit. & Imol. in. l. quidam consulebant.ff. de re iudic.co.14.&.29

Asistẽtes,o gouernadores,o corregidores miren biẽ to-

Et facit quod tenet Bald.in.l.2.C. de seruitu. & aqua.col.vlti.versic. nunc de octauo. vbi tenet,
11 quòd obediendum est prælato † minus iniusto qui est in pacifica possessione, dummodo concurrat authoritas superioris:secus in eo,qui nũquam fuit fretus authoritate superioris, sed per falsas literas obtinuit reputari prælatus.Et facit tex.& ibi Ioann. de Plate.in.l.in ijs officijs.C.de diuersis offi.apparito.lib.12.vbi ait,quod gesta à nõ iudice electo,sunt irrita ipso iure:quia nullus debet esse iudex,seu proconsul,nisi prius per sacram approbatoriam principis fuerit approbatus,aliàs contrà faciens punitur. & idem in.l. probatorias.eiusdem titu.¶Quoque adducitur
12 simile de notario,qui nunquam fuit creatus† tabellio, & facit instrumenta tanquam tabellio: quia est penitus falsus, & debet puniri pœna mortis.secus si fuit creatus notarius à principe, licet creatio fuerit inualida propter defectũ personæ,tunc non punitur pœna mortis.Ita determinat Bald.singulariter in.l.data opera. C. qui accusar.non poss.in.16. colum. versi. sed dubiũ est.& istã opini.Bald.supradictam contra Bart. tenet dictus Ias.in dict. l. præsumptione. num. 19.& dicit,quòd licet Barto.communiter reprobetur,tamẽ vult eum defendere per dictũ Cardina.in dicto cap.super literis.& per text. in.d. cap.ex parte. eodem titu.& ibi Panor.4. notabil.& dicit nunquã tradendum obliuioni,quòd vbi contenditur de omnimodo defectu iurisdictionis,ratione dubitationis cõstituitur in quasi possessione iurisdictionis.Et dicit non obstare adducta contra Bart. quia Bart. non negat istud:& quia ex quo semel ista exceptio fuit opposita,amplius opponi non potest. per.l. fina. C.de fide instru.& expressè Bal.in.d.l.1.& ego transeo cum Bald.pro quo est communis opin. cum quo stat Ias.licet postea istud dicat quia de more suo est post communem aliquid addere. ¶Tenendo supradicta contra Bart. limita non procedere quoad respicientia salutem anima-
13 rum,† vt notat Petrus de Ancharra.in cle.abusionibus.de pœnit & remissi. vbi tenet,quòd indulgentiæ concessæ à prælato penitus falso, qui putabatur verus,non minus operantur ad salutem animarum,quàm si essent concessæ à prælato vero.Et ibi infert ad quosdam quæstuarios qui Venetijs multa extorserunt cum falsis bullis:quia idem est, ac si essent veræ bullæ, quantum ad salutem animarum. contrarium tenet Oldra.cõs.76.& Philippus Deci.consi.276.nu. 1.Sed pro Ancharra.est glo.in ca.dudum. de electio.in parte,deceptę.& ibi Bald.num.5.dicendo,quod licet ille,qui non est prælatus, non potest absoluere,vel ligare:tamen illi, qui credunt in eum,non confunduntur:quia excusat publicus error,& bona fides,secundum Bernar. & Innocen.ibi.quòd dicit Bald.nota. Quod dicit intelligendum quoad Deum:quia cor contritum & humiliatum Deus non spernit.Sed quoad forum iudiciorum inspicitur veritas in litigando, & absoluendo,vel quasi possesio cum iusto errore.vt in.l.barbarius.ff.de offi.procon. Et Bal. vbi suprà dicit, quòd fuit quæstio de facto, an cautio vsurarum præstita putatiuo sacerdoti, reddat vsurarium testabilem. Et dicit quòd sic: quia nemini præiudicatur, & prodest vsurario ad pœnitentiam,vel saltim quod per eum non stetit.Facit quod notatur in.l.eum qui.§. in pupillaribus.ff.de iur.iur.&.l.quamuis.ff. de conditio.& demonstra.Sed si est verè prælatus, & excedat modum in concedendo, valet cõcessio in eo,quod potest.glo.in cap.fina.de pœni.& remissio.

SVMMARIVM.

1 *Literas suæ commissionis debet potestas ostendere in concilio ciuitatis.*
2 *Præpositis non creditur sine literis.*
3 *Officiali principis non creditur sine literis.*
4 *Commissio,vel mandatum regis,non potest probari per testes.*
5 *Delegatus,an potest probare suam delegationẽ per testes,sicut procurator.*
6 *Casus,in quibus non requiritur scriptura.*
7 *In omnibus casibus,in quibus scriptura requiritur,si talis scriptura interfit,& esset perdita, admitteretur postea probatio per testes.*
8 *In casibus,in quibus scriptura requiritur, si est perdita solemnitas eius, debet probari per eum,*

qui stat pro solennitate, & non per excipientem.

9 *An iurisdictio, & mandatum de ea vtendo, possit per testes probari.*

10 *In iurisdictionum officijs, tria requiruntur.*

11 *Rescriptum est super omnia custodiendum.*

12 *Rescriptum non prodest sine præsentatione, & antequam præsentetur, non aufertur iurisdictio, nec confertur.*

de las cosas que les mãdamos en las cartas [b] de poder q̃ lle-

b **Cartas.** b Quas literas suæ cõmissionis & potestatis debet iudex ostẽdere in concilio ciuitatis.† vt Montal. in.l.1.tit.7.foro legũ.lib.1.in glo.*enel concejo*.vel iudici, vel maiori ciuitatis, & his, qui cũ eo sunt præsentes: nec est necesse, q̃ maior pars officialiũ ibi fuerit.vt est gl.in.c.si capitulo.de concess.pbẽ.in.6.& tenet Io.de Pla.in.l. obseruare. C.de decurio.lib.10.numer.1.& tenet Montal. in gl.ordina.in parte, ciuitas.& Ang. in authẽt. vt iudic.sine quoquo suffra.colla.2.vbi dicit, q̃ potestas non habet iurisdictionem incontinẽti cùm ingreditur ciuitatem. sed postquam iurat, & administratio sibi decernitur.*& Bal.in.l.meminisse.in fine.ff.de off.proconsul.& legat.* & vide Ioan.de Plate.in.l. fina.C. de consulibus non spar.lib.12, vbi sola electio non tribuit ius, nisi postquam literæ electionis fuerint præsentatæ: quas literas debet ostendere in scriptis. tenet ipse Plate.in.l.2. C. de exemptorib. & exacto.lib.12.& idem tenet Bald.in cap. cùm contingat.de rescriptis.nume.8. dicendo, quòd affirmatiua, & negatiua iurisdictionis vel (proprius loquendo) reuocatiua probatur per scripturam.l.Lucius.§.Sempronio.ff. de legatis.3. Et omnis scriptura.in qua fit mentio probationis, præsumitur posterior, vt notatur in.l. cùm proponatis.C.de codicillis. & facit text. & ibi doct. in cap.super eo.el.2.de appell. vbi tenet, quòd iudex ante præsentationem literarum nõ
2 recipit iurisdictionem. ¶ Aliàs enim† præpositis principis nõ creditur sine literis.tex. & ibi doctò.in.l.palatinos.C.de collatio.fundo.fiscali.vel reipubli.lib. 11. Et idem tenet Ioann. de Plate.in.l.si quis decurio.C.de decurio.libro.10. loquendo in ambasiatoribus, qui debẽt portare literas suæ cõmissionis, & sine eis recedere non debẽt, aliàs nõ creditur eis. Et magis in expresso Ioann.de Plate.in.l. prohibitum. C. de iure fisci.lib.10.num.2.vbi tenet, quòd non creditur
3 † officiali principis, nisi literas commissionis, vel voluntatem principis ostendat, etiam si asserat sibi secretè cõmissum à principe. vt in.l.vnica.C.de manda.principum.& Angel.in consilio.182.in princip.& est tex.& ibi Plate.& doctò.in.l.quicunq;.C.hæc est notiti. scri. memo. probato.li.12. aliàs est de exactoribus & tributo. ¶ Et tale mandatum nõ potest probari per testes, † li-
4 cet regulariter contra.vt est glos.in.l. maritus. C.de procur.& per Bart.in.l.1.C.eo & est tex. in.l.2.titul.10.foro legum.libr.1. quia speciale est in mandato principis, quod debet probari per scripturam.vt in.d.l. prohibitum. & tenet ad literam Paris de pute. in tracta. syndica. in parte, an officialis successor.fol.250.quem vide in libro portatili.¶ Quod dicit Plat.in.d.l.prohibitum.quòd fallit in persona nobilissima, authentica, & honesta.vt est Cardinalis. Sed hoc intellige, quando asserit se habere mandatum super eo, quòd principaliter non ordinatur, nec tendit ad præiudicium alienum, sed ad commodum papæ; vel principis, & ad cõmodum aliorum absque alieno dispendio, vt est in casu dispensationis, tunc sine literis creditur, non autem creditur si est inferior. Secus in his, quæ directò concernunt præiudicium alienum, tunc nullo modo creditur sine pergramante legationis. vt tenet Angel.in consi.182.vbi dicit, quòd sic intelligitur glo.in cap.nobilissimus.97. dist. ¶ Plate in.d.l.prohibitum.dicit quoq;, quòd licet legato non credatur, nisi ostendat literas suæ delegationis, tamen talis delegatus potest pro-
5 bare suam delegationem† per testes, sicut procurator, de quo per Bartol.in.l.1.C.de procura. Tamen contrarium tenet glo.in cap.1.de censibus.in.6.§. postquam.in verbo, in scriptis. vbi
6 ponit casus, † in quibus requiritur scriptura. & in vigesimoquinto casu dicit, quòd ĩ delegato papæ requiritur scriptura.per text.in cap. cùm in iure.de offi.delegat.& per. d.l.vnicam. C. de manda.princip.& in alijs casibus.vt ibi per glo. Et Domi.ibi addit alios.10.casus, in quibus scriptura requiritur. Et Speculat.in titu. de instrumen.editio.§.restat.versic.casibus.nume.14.& ibi in.19.casu ponit idem, quòd in legatione, & delegatione scriptura requiratur. ¶ Sed vltra dictos casus ego addo alios, in quibus scriptura requiritur, scilicet in promissione de non meliorando aliquem ex filijs. vt tenet doctor del Castillo in.l.22.de Toro.in glo.scriptura.versi.nota.

ta. ¶Alius est in licentia iudicis de mittendo aliquem in possessionem: intantũ, quòd talis, missio non potest probari per testes, sed de necessitate debet probari per instrumẽtum, seu scripturam. Est theorica Bart. in. l. fina. in fine. C. de edicto diui Adria. tolle. & Ias. in. l. cùm proponas. la primera. C. de pactis. nu. 3. Idẽ tenet Guid. Papa in singula. 275. vbi dicit, quòd si aliquis possidet, & dicit se fuisse missum in possessione authoritate literarum iudicialium, quòd probat ita per testes, ꝙ talis probatio non sufficit, imò debet probare per instrumentum: sicut cætera acta debent probari per scripturam. per. d. Bart in. d. l. fina. ¶Hac de causa dico, quòd si aliquis in executione, vel venditione bonorum captorum pro dicta executione emit aliquid ab executore vendente, debet habere sentẽtiã, & acta sufficientia, per quæ possit probare valere sententiam, & executionem. vt tenet Bartol. in. l. si cùm nulla. ff. de re iudi. quod nota. ¶Alius est, quando nũtius vult facere executionem personalem: nam nõ potest familia potestatis aliquẽ personaliter capere, nisi ostẽdat licentiam iudicis in scriptis. ita est text. in. l. 8. titu. 14. lib. 2. in ordina. regal. ¶Quod dicit fallere, nisi inueniat delinquentem in fragranti delicto, quia tunc algazellus potest capere sine licentia iudicis malefactorem, & coram iudice ducere. vt text. in. l. 18. eod. lib. & titu. 13. & idẽ tenet Mõtal. in. l. 11. titu. 13. foro legum. lib. 4. in glo. quæ incipit. de la carcel. in fine. & est tex. in. l. neminem. C. de exhiben. reis. & Ias. dicit hoc esse notandum in. d. l. cùm proponas. C. de pactis. num. 4 allegando Bald. in cap. cùm parati. 2. col. de appella. & in. l. consentaneũ. C. quomo. & quando iudex. per tex. in. d. l. missi opinatores. C. de exacto. tribu. lib. 10. & idem tenet Roderi. Suarez, in repetitio. l. 2. titu. de los emplazamientos. foro legũ. lib. 2. in colu. 3. in fine. ¶Et inquantum. d. l. ordina. tenet quòd algazelus põt capere sine licentia iudicis delinquentẽ quãdo est in fragranti delicto, extendo dictã. l. & iura similia, quòd non solùm potest capere in delicto fraganti, verum etiam post delictum cõmissum, quãdo est in fuga, vt tenet Bald. in. l. ictus fustium. in fine. ff. de his qui not. infamia. tenet Hippol de Marsi. in cõsi. 137. nu. 42. vbi tenet, quòd ille dicitur capi, qui post crimẽ cõmissum capitur in fuga. Quod dicit esse notandum. Et ex eo extendo. d. l. regiam. & vide quæ dicam infrà in. ca. 35. in glo. mandado. ¶Alij casus sunt in actibus iudicialibus, & in contractibus, & in alienatione rerum ecclesiasticarum, & in gratia principis, vel inferioris, & in emãcipatione, & in emphytheosi, & in solutione canonis: in istis quoque requiritur scriptura, vt tenet omnia dicta Alex. in additio. ad Bartol. in. l. contrahitur. ff. de pigno. ¶Itẽ est alius in protestatione, in qua scriptura requiritur. tenet Ang. in. l. si cùm venditor. ff. de euictio. & vide alios per Bertachi. de Fir. in suo aureo reper. in parte, scriptura. ¶Sed in omnibus istis casibus, & similibus, in quibus scriptura requiritur, si talis scriptura † intercessit, & esset perdita, admitteretur postea probatio per te-
7 stes. l. testium. in fi. C. de testi. Ita Bart. in. l. 1. §. sufficit. ff. bonorũ posse. secundũ tabul. & in. l. emancipato. vbi etiam tenet Bald. C. de fideicõmis. & Bald. & Salyce. in. l. litigatoribus. C. de appella. & Ias. in. d. l. cùm proponas. C. de pactis. nume. 3. ¶In omnibus istis casibus, in quibus. d. scriptura requiritur, si est perdita solẽnitas, † debet probari per eum, qui stat pro solen-
8 nitate, & non per excipientem: dictum est Abba. vbi dicit esse bene notandum in cap. quoniã contra. de probatio. nume. 20. ¶Attamẽ ego teneo, quòd in casu iurisdictionis, talis iurisdictio & mandatum de ea vtendo, non possit probari
9 per testes, † nisi per literas principis, vt tenet. d. Ioann. de Plat. in. d. l. prohibitum. & in iuribus supradictis. & in. c. Lugduni. 9. q. 2. vbi habetur, ꝙ sine literis non est adhibenda fides legatis. & glo. in. d. c. nobilissimus. 97. dis. Ad idem facit. d. Bald. in. l. falsus. C. de furtis. 6. col. versi. sed pone. numer. 17. vbi tenet, quòd quando alicui est causa delegata, & nondum recipit literas ad exercendum iurisdictionem, quod non potest ea vti, nisi ante omnia fiat præsentatio rescripti, etiam si sciat se delegatum: quia eius iurisdictio pendet ex productione rescripti. quod dicit ibi Bald. esse notandum. & ibi per eius additio. & est tex. expressus in. d. l. prohibitum. Et facit noster tex. inquantum dicit, *cumplan las cartas de poder.* quia si mandatum nõ apparet, quomodo debet adimpleri? qa mãdatũ debet diligenter custodire. vt in. c. cũ dilecta. de rescri. & in. l. diligẽter. ff. manda. Et idẽ probatur in prouisione officij, vbi rex dicit, *dende el dia que por vos fuere recebido al dicho officio. &c.* Et quia si non exhibet cõmissionem, vel mandatum iurisdictionis potest excipi contra eum, & eum non admittere ad officium. tenet in expresso Specu. in titu. de iudi. delega. §. excipi potest. vers. itẽ excipitur. nu. 23. quia in isto casu nõ potest probare per testes cõmissionẽ, quia requiritur scriptura. tenet Spec. in tit. de instru. editio. §. restat. versi. illud quoq; nu. 20. ¶Sed in hoc pũcto tenerem. ꝙ si mandatũ iurisdictionis, quæ in Hispania vocatur prouisio, fuit præsentata cõcilio, vel cõsistorio ciuitatis,

D 2

tatis,& fuit receptũ in iudicẽ: quia tũc fuit exhibita,& præsentata ꝓuisio: si perdit, possit probari iurisdictio & mãdatũ per testes. secus si nũquã fuit præsentatum mandatum, quia tũc nõ potest probari per testes. Ita tenet Abb. in c. cũ olim. de priuileg. in fi. & dicit ibi hoc tenere docto. & ego istam solutionem teneo, licet ille aliter sentiat. & facit glo. in d. c. nobilissimus. 97. dist. in glo. magna. versic. sed pone. Et sic intelligo dictum Ioan. de Plat. in l. probatorias. C. de diuersis offi. apari. lib. 12. vbi ait, ꝙ amittens literas principis approbatorias, potest probare tenorem literarum per peritos,& amissionem,& ꝙ sine vitio suo amiserit. & ibi de materia.* Item intelligo ꝙ non potest probare cõmissionem per testes quando vult explicare mandatum in absentia cõmittentis, secus in eius præsentia. ita Bald. in l. aliquando. ff. de offi. proconsul. & lega. nume. 4.* ¶ In istis officijs iurisdictionum adde, ꝙ tria requiruntur

uan,y aquellas exe
cuten y cumplanse

10 †. s. electio,& acceptio,& ingressus officij. vt tenet Paris de Pute. in tracta. syndi. in parte, in officijs. fol. 108. ante verò non potest gerere. vt in l. prædio. ff. de ferijs. & quia iurisdictionem semper debet præcedere exercitium: & in ea exercẽda collatio superioris requiritur, vt dictus Paris de Pute. vbi suprà. ¶ Vbi quoque tenet allegando Bal. in l. barbarius. & in l. 1. ff. de offi. pręfe. august. ꝙ potestas antea quã ingrediatur palatiũ potestatis, non potest exercere officium: quia non dicitur esse in quasi possessione officij Et Bald. dixit aliquid in l. post aditam. C. de impub. & alijs. & in l. 1. C. de testa. Et idem Bald. in d. l. vnica. C. de manda. princip. dicit: quòd quis probando quasi possessionem officij, nil agit, nisi probetur per literas concedentis. l. decernimus. C. de episco. & cleri. & in l. probatorias. & in l. si q̃. C. de diuersis offi. Et idem Bald. in l. 1. C. de transa. tenet, ꝙ differentia est inter officiũ & exercitium eius. prout tenet. d. Paris de Pu. vbi suprà. & sic speciale est in literis principis.
11 vt gl. in d. l. vnica, vbi Bal. dicit, † ꝙ rescriptũ est super omnia custodiẽdũ ne amittatur: quia si nõ apparet de iurisdictione, nullũ esset iudiciũ. per gl. in c. cũ in iure. de offic. delega. Et facit quoq; dictũ Bal. in l. 1. C. vt lite pendẽ. vbi ait, ꝙ rescri
12 ptũ nõ prodest † sine pręsentatiõe: & anteaquã iudici præsentetur, non aufertur iurisdictio, nec cõfertur: & dicit istã esse veritatem. Ad quod facit, quod not. Inno. & Host. in c. ex cõquestiõe de resti. spol. pe. colũ. & in l. ea quę. C. de tẽpor. app. in integ. resti. pet. Et est gl. in c. audita. đ restit. spoli. & glo. in l. eius qui in prouinciam. ff. si cert. pe. & Bald. in l. falsus. C. de furtis. in. 7. col. vbi idẽ tenet in ep̃o deposito, vel trãslato. & idẽ in tabellione. & glo. in authẽ. đ tabellio. versi. si verò præter. colla. 5. in parte, documentis.

SVMMARIVM.

1 *Iudex debet seruare formam suæ commissionis, & ab ea non debet recedere: alioquin quod vltrà agit, non valet. num. 7.*

2 *Superior non potest ratificare gesta per illũ, qui asserebat se esse iudicem.*

3 *Etiam non valent gesta, quæ fiunt præter, vel vltra mandatum.*

4 *Non valent gesta contra mandatum, etiã si partes consentiant in transgressione formæ, vel mãdati. nume. 6.*

5 *Forma data à statuto, non potest inquisitus renuntiare.*

6 *Rescripti forma, quæ est merè in fauorem partium, potest renuntiari: Secus si est data à lege, vel concernit publicam vtilitatem, vel partes contradicunt.*

7 *Mandatum debet obseruari in specifica forma amplia vt hic.*

8 *Forma mandati est seruanda, & ab ea non licet recedere, etiam si conditio mandantis efficeretur melior.*

9 *Iudex apponens manus ad annexa mandato, non dicitur excedere fines mandati. numer. 27. Extende etiam ad casus similes, & æquipollentes.*
Idem dic in mandato procuratoris, arbitri, & testis.

10 *An vendita vacca, væneat vitulus.*

11 *An qui tenetur ad emendationem damni, teneatur ad expensas.*

12 *An transactio super sortem, operetur super pœnam.*

13 *Liberatio super principali, an extendatur super annexa,*

14 *Arbiter, an potest cognoscere de cohærentibus,*

bus, & connexis.
15 *Sententia, an valeat super non petitis.*
16 *Dispensatio, an extendatur ad contigua.*
17 *Sententia, an extendatur ad connexa.*
18 *Fideiussor, an censeatur obligatus ad connexa.*
19 *Tutor, an teneatur pro non gestis.*
20 *Præbenda confertur canonicatui.*
21 *Mandatarius ad eligendum potest postulare.*
22 *Iudex datus ad testes recipiendos, potest recipere confessiones.*
23 *Iudex datus ad cognoscendum de compromisso, potest inobedientem condemnare in pœnam cõpromissi.*
Et contumacem in expensis condemnare.
Et de fructibus, & de terminis solutionis iudicare.
24 *Arbiter incidenter potest cognoscere de restitutione in integrum.*
25 *Mandatum habens de vendendo, potest rem vẽditam tradere.*
26 *Procurator ad vendendum, potest vendere, & dominium transferre, habita fide de pretio.*
27 *An in mandato iurisdictionis veniant cõsequẽtia ad petita.*
28 *Commissio cum clausula, cum incidentibus & dependentibus, quid importet,*
29 *Procurator licet possit necessaria ad causam, nõ tamen grossa.*
30 *Connexa vt sint aliqua, quid requiritur ad hoc.*
21 *Iudex, vel perquisitor, non potest cognoscere de rebus, vel personis in commissione non contentis.*
32 *Sententia lata contra formam rescripti, est nulla.*
33 *Delegatus: qui in commissione excedit, an ordinarius potest se intromittere.*
34 *Delegatus, qui delinquit in legatione, an possit conueniri coram ordinario loci.*

c Mandado. c A quo mãdato nõ debet recedere: & de-
1 bet seruare formã suæ cõmisionis. † text. in. l. quicũq;. C. de exacto. & execut. lib. 12. & in ca. cùm dilecta. de rescrip. & in. l. diligenter. ff. manda. alioquin quod vltra agit, non valet. vt ibi. & in. c. venerabilis. de officio delega. & tenet Specula. in titu. de iudice delega. §. sequitur. & in. l. 20. titu. 4. partit. 3. vbi non debet excedere metas suæ iurisdictionis, aliàs reputatur priuatus. & text. in. l. quicũq;. C. de exempto. & exacto. lib. 12. ibi, hoc tantum potestatis arripiat, quòd mandatum curiæ suæ specialiter approbetur: per quem dicit ibi Plat.

gũ que por ellas les fuere mandado. c Y

quòd nullus: ergo officialis de palatio principis, missus ad aliquam prouinciam, non plus potestatis sibi vsurpare potest, quàm in scriptura mãdati sibi officij continetur, & sic tale mandatum debet in scriptis ostendere. vt ibi. & dixi suprà in glo. cartas. in princ. Et præsumitur dolus in iudice, qui authoritatem suam interponit contra authoritatem legis. vt in. l. 1. C. de fide instrumẽ. & iur. hastæ fisca. lib. 10. Et quoque dicitur, per iniuriam fieri illud, quod fit contra ordinem. l. ait prætor. §. permittitur. ff. de minorib. & Baldus. in. dict. capitul. cùm dilecta. in prin. Quinimo dicit Bald. in cap. ex parte. de rescrip. num. 3. quòd qui excedit fines potestatis sibi concessæ, præuaricator est mandati. per text. quem dicit laudabilem. in. l. militaribus. C. de decuri. li. 10. Et quia quis nõ habet plus de arbitrio, nisi quãtũ habet ẽ mandato. vt in. l. qui Romæ. §. Calimachus. ff. de verb. obliga & Bal. in. c. abbatem de rescri. nu. 2. vbi in nu. 3. quoq; dicit quòd parẽdũ est mãdato expresso omni circuitu, nisi circuitus esset necessarius: quia ea quæ sunt ordinis, non debent omitti. ¶ In tantum non valet, quòd si aliquis in aliqua causa cognouit tanquam delegatus, qui non erat: licet ille, qui de-
2 legare poterat, ratificet, † non valet processus, nec sententia. ita tenet Bartol. in. l. obseruare numer. 6. ff. de offic. procon. & lega. per glos. in. l. licet. ff de iudic. & Bar. & Paul. ibi. *Et singulariter. Bald. ibi in. §. post hæc. num. 7. & Inno. in. c. prudentiam. de offi. delega. num. 7. *Et feli. ibi. *& tenet Oldra. in. l. isthac. C. de iure fisci. lib. 10. num. 12. & tenet Syluest. in parte, consensus. versi. 5. licet Angel. in. d. l. obseruare. dicat, quòd de plenitudine potestatis papa potest ratificare sententiam latam à iurisdictione carente. de quo per Bar. in. l. 1. C. vbi de crimi. agi opor. Et vi. singulariter Abb. in cap. significasti. de foro competen. num. 21. vbi dicit, quòd communis opi. est, quòd non põt ratificari per proprium iudicem, & ibi nume. 22. an sententia nulla cõfirmata à partibus valeat in vim pacti* dic quòd sic in vim pacti. l. 2. C. cõm. vtriusq; iudi. & Ang. in. l. sciendum. ff. de ædili. edicto & in. l.

& in.l.vnica.C.qui per sua iurisdi. & Bald. in.l. cum qui.ff.de iur.omn. iud. num. 2. vbi etiam per Bald.quid de eo qui incipit cognoscere de quadam causa & non habebat literas delegatorias sed pendente processu recipit eas vtrum pocessus valeat,affirmat quòd non per glo. in. l.instar.C.de iur.fisci lib.10.quam approbat ibi Bald.& vtrum post sententiam processus ratificari posit quod non tenet.glo. in.l.si mater.§. hoc iure. ff. exceptio. rei. iudi. cuius contrarium tenent doctores.in.l.si tutor. C.in quibus causis in integrum. resti. de quo per Bald. in.l. Iulianus.ff.qui satisdar.cog. col. fi. vers. quinto quære. Et si à principio delegans non habet iurisdictionem delegandi,licèt ex post facto pendente processu adepta sit iurisdictio,non potest ratificare:quia superueniens iurisdictio non firmat retro factom a iudice incompetēti: ita Bal. in.l.in causarum.C.qui pro sua iurisdictio.& peregrina in parte iudex.q.11.in.glo.suę in fine.* ¶Et nedum si aliquid fiat contra mandati for-
3 mam,sed etiam si præter,vel citra. † vt Ioann. And.in.d.c.prudentiam.supra, verbo, iura. dicens per illum tex. æquiparari citra, contra, & præter. ¶In tantum hoc procedit, etiam si par-
4 tes consentirent † in transgressione formę datæ in rescripto Bart.in.l.de his. ff. de trāsac. & Butrig.in.d.c.prudentiam.23.col.& Bald.in.l.1.C. qui admit.& in tracta.schismatis.3.col.vers.prædictis quoq; accedat.posito in rub.C.si quis aliquem testa. prohib. ¶Et ideo dixit Ioann. de Imol.in.l.quidquid astringendæ.ff.de verb.obl. 1.col.quòd si millies partes sint in cōcordia, vt forma non seruata habeatur pro expressa,nil operabitur talis conuentio, vel voluntas ipsorū: quia omnis solennitas, seu substantialis forma, est publici iuris:vt in.l.terna.ff. de testa. & in. l. nemo potest.ff.de legat.1. & ideo non læditur pacto priuatorum.¶Et facit quoque: quia partes non possunt vti clausula,pro expressis habētes.&c,vt in.c.qui ad agendum. de procura. in 6.&.l.sed si quis.§.quæsitum. & ibi Ange. ff. si quis cautio. licet secus est in princip. l. omnes. & ibi Ange.C.de præscrip.30.anno.& quia for-
5 ma † data ab statuto inquisitus renunciare non potest.tenet Feli.in.d.c.cùm dilecta.colum. 12. ¶Quod dicit non procedere,quando forma re-
6 scripti esset merè in fauorem partium.† vt Abb. in cap.fi.§.is autem.de offi.dele ga.quia tunc de consensu partiū potest omitti:imò sufficit tacitus cōsensus earum secūdùm eū.per gl. notabi. in.c.olim.el primero.eod.tit.ibi, scientibus partibus.Quia prædicta procedunt, quādo forma est data à lege,vel in rescripto,& cōcernit publicā vtilitatē,vel partes cōtradicunt.& tenet Abb. in cap.super quæstionum.§.verum.de offi. delega.¶Et quia ibi Feli.ad istam regulā, q̄ manda-
7 tum debet obseruari in specifica forma, † ponit duodecim ampliationes in.d.c.dilecta.ibi te remitto, quæ in summa sunt hæ. ¶Prima, quòd debet custodiri etiam in eo,quod verisimile est de mente concedentis,sicut illud, quod est pro forma expressa.¶Secunda,etiam si transgressio formæ induceret faciliorem expeditionem cōmissionis.¶Tertia,etiam si partes consentiant, vt dictū est.¶Quarta etiam si solēnitas, quæ est de forma,sequatur actum,¶Quinta, etiam si a alius subrogetur habenti expedire actum cū forma. quia tacitè censetur subrogatus, etiā quoad illam formam.¶Sexta,etiā in sententia arbitri, quæ est lata contra formam compromissi, quia est nulla,etiam si partes emologauerint.vt in. c. examinata.de confirma.vtil.vel inutil. ¶Septima,etiam in statutis.¶Octaua,etiam si solennitas data pro forma,sit leuis.¶Nona,etiam si forma impleretur per æquipollens. ¶Decima, & etiam si habens formam limitatā ad præparationē actus,vellet ipsum actum nedum præparare sed expedire.quia actus nō tenebit propter trāsgressionē.Quas ampliationes,& alias vi.per.d. Feli.amplè.¶Sed ego vltra eas do tibi aliam singul.quod forma mandati est seruanda:& non licet eam extendere,posito quòd excedendo cō-
8 ditio mandantis efficeretur melior. † tenet singulariter Andre.Sicul.Barb.in.d. cap. prudentiam.de offi.deleg a.8.col.per text.singu.in.l.3. §.in bello. ff. de re. milita. & ego allego Ioann. de Plat.de quo oblitus est Barb.in.l.Seruum.C. de dil ito.lib. 10.nu.1. & voluit sentire Feli.in. d.ca.cùm dilecta.col.11.Ampliatione prima,dū dicit,quòd mandato nil boni videtur addendū. Et narrat illud de Iulio Cæsare, qui cùm in domandis hostibus quinque annorum spatiū sibi permissum pertransisset, licet gloriosè triumphasset,honor tamē sibi debitus denegatus est nec vrbē ingredi permissus est,coquòd vltra terminum sibi præfixum moram traxisset. quod facit secundum Plate.vbi suprà contra nuncios & ambasiatores,qui aliquid agunt vltra quod habent in mandatis,quòd etiam si bene gerant, sunt puniendi. per dict. §. in bello. Quod dicit ibi additio,quòd obseruant Veneti, qui acriter puniunt suos ambasiatores,si agunt vltra,quòd eis mādatum fuerit,siue bene,siue malè agant.* Vid.Guillier.Benedi in rep.C.rainuntius detestam. in verbo in eodem testamento relinquēs. num.69.*¶Quod facit contra istos procuratores,& nuntios ciuitatum, & villarum huius regni,

gni, qui mittuntur ab ipsis: qui aliquando excedunt mandatum, & instructionem, quam ab ipsa ciuitate portant: quia debent puniri, etiam si bene gerant vtilitatem reipublicæ. Quod ego aliquando volui punire, saltem in ammissione salarij. Et ibi glo. in. d. §. in bello. dicit. quòd facit pro prælatis contra subditos: tenet illa glo. non sit Accursij secundum Bart. ibi. & facit in simili quod tenet Angel. in consil. 225. quasi in fine. vbi tenet per. l. fi. C. de negotijs gestis. & per. l. si pro te. ff. mandati. quod ingerens se domino inuito, quantumcũq; domini negotia bene gerat, & de suo expendat, non repetit per dicta iura. licet contrarium teneat glo. & malè. in. l. soluẽdo. ff. de negotijs gestis. de quo plenè per Barto. in. l. stichum, §. fina. ff. de nouatio. ¶Si iudex po-
9 nit manus ad annexa mandato,† nõ dicitur excedere fines mandati. est glos. in. c. licet ergo. 8. q. 1. loquẽdo in iudice delegato: & quia tale mãdatum extenditur ad casus similes, & æquipolentes. vt in. l. fi. §. fi. ff. manda. &. tenet Alex. in consil. 40. in. 5. volu. nu. 11. & Feli. in cap. translato. de constitu. col. 5. vbi dicit, quòd idem est in procuratore, & in arbitro. vt Inno. in cap. dilectus. de arbitris. & idem est in teste. vt Bal. in. l. perẽptorias. circa finẽ. C. sent. recur. non poss. & Hippoly. de Marsi. in repeti. rubr. ff. de fideiusso. nu. 189. vbi tenet quod Felin. & Paul. de Castro in consi. 28. & Abb. in consi. 62. in. 2. volumi. pro quibus dicit Hippol. quòd est tex. in l. sed ades. §. si quis mulierem. ff. loca. & Bald. in cap. 1. de capi. qui. curiã vendi, & in. d. c. transla-
10 to. vbi dicit, quòd vẽdita vacca,† venit vitulus qui est in corpore, & etiam vitulus natus, quinõdum pascitur herbis. Et faciunt alia plura singularia in materia dicta per Felin. in dicto capitu. translato. & in cap. causamque. de re iudi. in. 2. &. 3. colu. Et Hippoly. vbi suprà tenet, quòd ille, qui tenetur ad emendationem damni, tene-
11 tur etiam ad expẽsas,† quæ fiunt occasione dãni. vt in. l. si seruus. §. rumpi. in verbo, verũ sumptus. ff. ad. l. Aquil. & Alexan. in. l. 2. in princip. ff. si quis cautio. vbi quoque dicit quod transa-
12 ctio facta† super sorte, operatur etiam super pœna tanquam super cõnexo. Quod sequitur Feli. in cap. super literis. de rescrip. 13. col. vbi quoque dicit, quòd iurisdictio super principali, extenditur ad connexa. Et idem, quod liberatio fa-
13 cta super principali, extenditur ad cõnexa, †& dependentia, etiam non expressa secundũ Feli. ibi, & Abb. in consilio. 18. in. 2. volu. vbi arbi-
14 ter† potest cognoscere de cohęrentibus, & connexis, etiam si in cõpromisso non sit dictum. Et facit quod dicit Ioan. de Ana. in cap. licet heli. de simo. vbi ait, quòd valet sententia super non
15 petitis,† quando non petita sunt cõnexa. vel dependentia: quia illud, quod est de appenditijs. dicitur ad propositum, & pertinet ad articulum vt Bald. in. l. testiũ. in. 3. col. C. de testi. & Ang. in. l. iam dubitari. ff. de hæredi. institu. & quia di-
16 spensatio† extenditur ad contigua. glos. in cap.
17 quia in tantũ. de præben. Item sententia† extẽditur ad connexa. vt habetur in. l. si cùm tibi. C. de iud. & ibi Bar. & Hippoly. de Marsi. in. d. repe. vbi in num. 187. & 188. tenet quòd est idem in fideiussore, quando obligatur pro aliqua ad-
18 ministratione, † censetur obligatus pro omni actu cõnexo ad illã administrationẽ. argu. in. l. Lucius. §. Paulus respondit. ff. de administra. tuto. & ibi Bar. ¶Et facit quod dicit Bart. in. l. non quasi. §. 1. ff. rem pupilli. salu. for. vbi ait, quòd si tutor quædam negotia pupilli gessit, & quæ-
19 dam non, quod tamẽ pro nõ gestis etiam† tenetur, & hoc propter cõnexitatem. Et potest esse ratio: quia cõnex[illegible]m. & dependentium idem est iudicium: & idem iudicamus de connexo, quod de principali. vt in. l. perinde. §. si seruum. ff. ad. l. Aquil. & Bald. in. l. quid ergo. §. sufficit. ff. de iudi. cõtra. tutel. ¶Idem quoq; est de col-
20 latione præbendæ consuetæ† conferri canonico, quia cõfertur canonicatus: nõ quia sit accessoriũ, sed ratione connexitatis. arg. in ca. si quis obiecerit. p. q. 3. & Imol. in cap. cùm. m. de constitut. col. 18. & Felin. in dict. cap. trãslato vbi latissimè de iuribus illorum cõnexorum. & Hippoly. de Marsi. in. l. 1. §. frater diuus adrianus. ff. de quæstio. nu. 8. vsque in finẽ. ¶Adde quoque, quod mandatarius ad eligendum potest postu-
21 lare.† glo. in cap. Innocens. 22. q 4. & in capit. cũ in causis. de electio. Et quia iudex, seu executor faciens id, quod non multum differt à mandato, non dicitur fines mandati excedere. vt ibi glo. in. d. c. innocens. Et sic iudex datus ad reci-
22 piendũ testes, potest recipere cõfessiones, † & dicetur confessio iudicialis: quia hoc est iuxta mandatum, licet non sit mandatum. tenet Rota decisio. 24. in antiquis. in titul. de probatio. & in antiquiorib⁹ in titul. de testibus. decis. 3. ¶Et idem Rota in decisio. 1. de arbitris. in antiquis. dicit, quòd iudex datus ad cognoscẽdum de cõ-
23 promisso, ad finẽ vt obseruetur,† potest inobedientem condẽnare ad pœnam compromissi. ¶Item talis arbiter potest in sua sententia condẽnare contumacem in expensis, ita Inno. in. c. ex parte. de arbitris. ¶Itẽ iudicare de fructibus, & de terminis solutionis: quia ista cõtigua sunt compromisso, licet in eo non expressa. & sequitur Abb. in. c. cùm dilectus. de arbitris. colu. 5.

D 4 ¶Quo-

¶Quoque arbiter poteſt incidenter cognoſce-
24 re de reſtitutione in integrũ.† Et eſt ratio: quia
non eſt extra compromiſſum, ſed ipſi negotio
inhæret. & ſecundùm Angel. in. l. ſi vacãtia. 2 8
col. C. de bonis vacan. lib. 1 o. & quia ratione in-
cidentiæ ampliatur iuriſdictio. vt Abb. in capi.
1. de in integr. reſti. Et ideo dicit Butri. & Imol.
in capit. cùm inferior. de maio. & obedi. quòd ſi
mandetur iudici, vt aliquem capiat, & condem-
net, certè poteſt eum abſoluere, ſi meretur, quia
hoc eſt contiguũ mandato, niſi eſſet merus exe
cutor. Et idem eſt in teſte, vt latè Feli. in. d. cap.
cauſamq;. de re iudi. 2. &. 3. col. vbi quoq; tenet,
quòd habens mandatũ de vẽdẽdo, poteſt etiam
25 rem venditam tradere.† vt Angel. in. l. ſi quis
prohibuerit. ff. de publici. Et quod procurator
datus ad vendendum, poteſt vendere, & domi-
26 nium transferre, habita fide de pretio, † aliter
non interueniente pecunia. tenet Abb. in capi.
olim. el primero. de offici. delega. colũ. 2. exce-
ptis caſibus, vt ibi per Felin. & per docto. in. l. à
diuo pio. §. ſed ſi emptor. ff. de reiudi. ¶Et li-
27 cet mandatum iuriſdictionis † ſit ſtrictum, ve-
niunt conſequentia ad petita. vt Bald. in. l. fina.
2. col. C. de fideicommiſſ. liberta. & Innocen. in
cap. epiſcopi. de rebus eccle. non alienan. dum
dixit, quòd legatus datus vt reducat ad proprie
tatem malè alienata, poteſt cognoſcere de poſ-
ſeſſione, tñ ſuper extraneis nõ poteſt cognoſce
re. vt Bald. in dicto cap. cauſamque. ¶Et Felin.
in dict. cap. cum dilecta. col. 1 8. verſicu. limita ſe
cundo. tenet, ꝙ quando iudex facit illud, quod
non multum differt à mandato, non dicitur ex
ceſsiſſe fines mandati, dummodo ſit vicinũ mã-
dato. Et quando dicatur vicinum mandato, vel
connexum, tractat ſingulariter Felin. in cap. ſe-
des. eodem titu. de reſcri. col. 4. verſicu. & pro
hoc vltimo. allegando Aegidi. de Bellame. de-
28 ciſione. 3 2 8. vbi dicit, quòd ſi Papa † ad inſtãtiã
alicuius commiſit cauſam, adiecta clauſula (cũ
incidentibus, & dependentibus, & connexis)
intelligitur de his, quæ ſunt eiuſdem naturæ, cu
ius eſt ipſa cauſa, ſcilicet de iudicialiter agitan-
dis. de quo dicit, nunquam obliuiſcaris. & quia
conceſſa iuriſdictione in genere, veniunt ea, ſi-
ne quibus iuriſdictio non poſsit expediri, etiam
ſi ſit maioris iuriſdictionis. per. l. quotiens. C.
de iudic. vt Bartol. in. l. 2. colu. 2. ff. de iuriſdict.
omnium iudicum. Sed hoc intelligit Felin. vbi
ſuprà, dummodo ſint eiuſdem ſpeciei. Facit ad
idem, quod tenet Rota. deciſione. 2 3. in titulo
de procuratorib. vbi ait, quòd licet procurator
29 poſsit neceſſaria ad cauſam, † non tamen groſſa
quæ poſsit dominus: ſicut offerre ſe ad ſpontè
confitendum, conſentire teſtium examinatio-
ni, ſine citatione, & ſimilia, quæ non veniunt in
mandato: ſicut ne donatio, aut liberalitas, ſecun
dùm Felin. vbi ſuprà in tertia col. verſicu. & di-
cit Rota. ¶Tuquoque nota ſingular. verbum
Felin. in dicto cap. tranſlato. de conſtitu. 5. colũ.
vbi tenet, quòd ad hoc, vt aliqua ſint connexa,
30 † non ſufficit, quòd eodem tempore ſint facta,
niſi ſimul. Quod ego iam pluries practicaui: &
in quadam comiſsione Regia, virtute cuius, qui
dam perquiſitor in ciuitate Placentiæ procede
bat contra priuatas perſonas de cauſis, quæ nõ
erant expreſſæ in cõmiſsione, nec in ipſius pe-
titione, & volebat eam extendere ad eas ratio-
ne verborũ contentorũ in dicta prouiſione, ibi
ſobre lo annexo, e connexo: ſed quia illæ iniuriæ nõ
erant factę tempore, quo iniuria principalis fuit
facta, ſed poſtea, non poterat ille iudex de hoc
cognoſcere: & non obſtante allegatione partis
declinãtis iuriſdictionem, ille perquiſitor protu
lit ſententiam in eos: quæ ſententia in cauſa ap-
pellationis fuit reuocata in curia regali: & iudex
qui eam tulit, fuit in expenſis condemnatus, &
in ſalarijs. Quod ego ei dixi anteaquam pronũ-
tiaret, & noluit credere mihi. Et allegaui quo-
que ei, quòd illæ iniuriæ non erant deductæ
principi in petitione, nec habebat in mandatis,
vt de eis cognoſceret: quia iudex delegatus, ſeu
31 perquiſitor, non poteſt cognoſcere de rebus, †
vel perſonis in commiſsione non contentis, vt
in capit. 1. & gloſſ. de offi. delega. & in cap. cùm
olim. eodem titul. tenet ad literam Specula. in
tit. de iudice delega. §. ſequitur. verſi. Item ad e-
ius officium. numer. 2. & text. in. l. 2 0. titul. 4.
partit. 3. verſicu. *Otro ſi dezimos, que el delegado nō
ſe deue trabajar en otro pleyto entre ellos, ſino en aquel
que ſeñaladamente le fue encomendado que libraſſe*. Et
rectè fuit condemnatus ille perquiſitor in red-
ditione ſalarij, & in expenſis: & in ſua ſententia
fuit nulla pronuntiata. ¶Et facit quòd ſententia
lata contra formam reſcripti & commiſsionis,
32 eſt nulla. † tenet Paulus de Caſtro in. l. cùm que
rebatur. ff. de re iudica. & Paris de Pute. in tra-
ctat. ſyndica. in parte, iudex an ſi iudex mandat
dicto.ca.hoc etiam.& gloss.in dict.l. non quicquid.§.fina. non rectè probant, quòd teneatur ex illo titul. nec doctores in dict. titul. dicunt. ¶Angel. tamen in dict.l. mancipia.C. de seruis fugi.aliter distinguit,dicendo,quòd vbi pœna reperitur terminata ratione negligētiæ, tūc vera sit opi.Barto.quòd conueniatur in factum ad interesse: sed vbi non reperitur terminata, tunc sit vera opin. glossæ in dict. §. cùm autem. l.primæ.C.quomodo,& quando iudex. & in.l. si quis in conscribendo.C.de pactis.& tunc debet attendi,si negligentia est dissoluta: quia esset propriè dolus,& tenebitur tunc in solidum. Aut annumeratur culpæ, tunc tenetur quantū iudici ęquum videtur pro modo culpæ:quę certè est bona distinctio. ¶Vide tu Alexandrum in additio.ad Bartolum in dicta.l. fina.ff. de vari.& extraordina.cogni.vbi ait, quòd magis debet puniri negligens facere iustitiam, quàm malè iudicans: quia negligens indistinctè tenetur parti ad interesse,& sic ad verā æstimationem litis.vt in dicto.§.in eum. Sed malè iudicans,si per imperitiam iudicauit,tenetur in quantum iudici æquum videbitur:quòd minus videtur,quàm vera litis æstimatio.per.l.si filius. ff.de iudic.Et idem Alexand.in dicto.§. cùm autem.in fine. de damno infecto, ait, quod si per imperitiam iudicauit, tenetur in quantum bono viro visum fuerit, qui habet condemnare ad totum interesse, vel minus, secundùm qualitatem culpæ. ¶Ratio huius potest esse:quia negligens facere iustitiam, non videtur habere aliquam excusationem: sed ille, qui malè iudicat, & administrat, licet malè, si per imperitiam facit,magis videtur tolerandum. ¶Sed debet videri, an imperitia iudicantis fuit supina, quia tunc tenetur ad veram æstimationem. vt notat gloss.in dict. principio. institutis. de obligatio. quæ ex quasi delict. nas. & tunc est idem,quod in negligente. Secus quando non fuit supina ignorantia,vt quia errauit in difficili lege, quæ opini. Alexandri videtur quoque bona. Et idē videtur tenere in dicto. §. in eum. numero.4.licet non clarè,vbi tenet, quòd sibi placet, quod vbi non reperitur pœna determinata iudicis negligentis,debet attendi,an per imperitiam neglexerit facere iustitiam, & tunc tenetur ex illo titulo, de obligationi. quæ ex quasi delict. nas.& quòd si errauit in articulo dubio & difficili,mitius teneatur,quàm si in re clara. ¶Aut si dolose denegauit facere iustitiam, seu dare audientiam, prout in dubio videtur,præsumendum,scilicet,quòd dolo recusauerit.argument. textus in.l.si procuratorem.§.dolo. & in.l. dolus.ff.mandati.tunc tenetur indistinctè in solidum ad verum interesse. vt in dict.l. si filius.ff. de iudic. & videtur esse de mente Speculatoris in titulo de disputationi.& allega.§. final. versiculo.sed quid,si vellet supplere. ¶Et quòd iudex negligens teneatur ad interesse, indistinctè est communis opinio,vt Alexan.in additio. ad Bar.in.d.l.fi.ff.de vari.& extraord. cog. in additione magna.in fine.& idem tenet Par.de Pute. in.d.tracta.syndi.in verbo ,iudex vt non arguatur.nume.3.& singulariter Ludo.Roma.in consilio.339.versi.quod ad secundum. vbi tenet, ꝙ contra regentem,seu iudicem denegantem, vel negligentem iustitiam facere, actio datur parti damnificatę,quæ recuperat ex iudicis facultatibus omnem iacturam sibi ex iudicis negligentia illatam.& est tex.qui idem tenet in.l.8. titul. 7.for.ll.lib.1.& ibi noster.Montal.quem vi. Licet tex.in.l.2.tit.2.for.ll.libr. 2. videatur tenere contrarium, scilicet, quòd non teneatur ad pœnam propter negligentiam. ¶Sed non est contra,imò est pro opi.Bart.& sequacium quòd nō meretur pœnam,sed ad interesse tenetur,vt dictum est.¶Sed hoc fallit, quādo pro eodem negotio potuisset adire plures iudices: quia si primus aditus neglexit facere iustitiam , non propterea facit litem suam, quasi non censeatur dānificare petentem,ex quo ad alium potuit habere recursum.tenet notabiliter Barto.in dict.l. dies cautioni.§. si tam vicini. ff. de dāno.infect. nume.1.quod dicit esse notandum. Sed Ange. ibi dicit, ꝙ non credit esse verum dictum Bart. quia postquam ille est aditus coram alio iudice non debet reus vexari,vt in.l.1.in fine. C. de assertio.tollen.& ei non est imputandum, si ad alium non recurrit. Nec obstat secundum eum dictum Bartol.quia loquitur,& potest procedere,quando officium iudicis foret ordinatum, solùm in subsidium,& ob necessitatem alterius superioris,qui postea de facili non potest adiri. ¶Tamen Alex. in. d.l.fi.ff.de vari.& extraord. cog.dicit,ꝙ re vera ille.§.si tam vicini.non probat dictum Bar.&.d.l.fina.C.de assertio. tollen. non facit:quia ibi iudex aditus non erat negligens,vt ibi per eum.& per Ioan.de Imol.& per eundem Alexand.in dicto. §. si tam vicini. vbi idem tenet.& quoque Paul. de Castr. Sequitur omnino Angel.contra Bart.& dicit,ꝙ opi. Angel.est vera,in nume. 2.& non est tenenda limitatio Bart.& sic ꝙ ad totale interesse tenetur ex negligentia,quæ absorbet ius partis. ¶Sed vide tu Amode.inst.in tracta.syndica.colum. 18. versic. optima conclusio. vbi transit cum dicto Bar.in.d.§.si tam vicini.& sic ꝙ non teneatur, si

potest consequi ab alio iudice eius successore.
Et hoc tenet, licet Ang. teneat cōtrarium. ¶Ta
men ego concordarem, ꝙ si ex negligētia in to
tum perditur ius partis, ita ꝙ ab alio iudice suc-
cessore cōsequi nō potest, ꝙ teneatur, & sic pro
cedat dictum Angel. secus si à successore potest
cōsequi, quia tunc nō tenetur, & sic intelligatur
dictum Bart. quæ mihi vera concordia videtur.
¶Item dico, ꝙ ex negligentia ex qualibet parte
litis, facit iudex litem suam, & tenetur ad inte-
resse particulare. tenet Bal. in. l. si quando. C. de
testibus. nu. 1. & in. d. l. argentarius. §. tunc. ¶Et
dicit idem Bal. in. l. non solū. C. de commerc. &
merci. per tex. ibi, ꝙ negligentia in iudice, facit
eum puniri tanquam cōsocium criminis. ¶Et
Bart. & Ioan. de Pla. in. l. vnica. C. publicæ læti.
lib. 12. dicūt, ꝙ officiales, qui maleficia dissimu-
latione non puniunt, sunt acriter puniendi. &
idem tenet Ioan. de Pla. in. l. omnes iudices. C.
de delatori. eo. lib. & tenet Paris de Put. in tract.
synd. in parte, negligentia. num. 9. folio. 164. Et
plus tenet, ꝙ iudices negligentes in puniendis
sceleratis, puniuntur sicut ipsi scelerati. per. l. fi.
~~C. ne sacrum~~ bapti. reite. & in. l. si quis in hoc ge
nus. C. de episcopis & cleri. ¶Talis enim negli-
29 gentia debet probari, † quia pro officiali præsu
mitur, & nil præsumitur omittere. vt Bal. in. l. 2.
C. qui accusar. non pos. & Abb. in capit. auferte.
de præsumptio. nu. 5. tenet, ꝙ tātā est iudicialis
authoritas, ꝙ semper pro ipso præsumi debeat,
donec probetur aliquid legitimè contra ipsum.
vt in cap. in præsentia. de renuntiatio. in princi.
& in cap. causam. de re iudi. ¶Et Alex. in addi-
tio. ad Bart. in. l. herennius. §. gaza. ff. de euictio.
tenet, ꝙ præsumitur iudicem suum officium re-
ctè exercuisse. vt in. d. c. in præsentia. & C. bonę
memoriæ. de ele. & c. quoniam cōtra. de proba.
vbi quoque dicitur, ꝙ præsumitur pro notario.
vt notatur in. l. quotiens. in princi. ff. de hæredi.
institu. ¶Et ꝙ præsumatur pro iudice, tenet idē
Ioann. de Platea in. l. monetæ. C. de delato. libr.
10. numer. 4. quia multum præsumitur pro eo,
vt in. l. si quis. C. de officio ciuili. iudi. & Bald. in
l. obseruare. §. proficisci. ff. de offic. proconsul.
& leg. 10. q. & tenet Ias. in rub. C. vt omnes iudi.
tam ciui. quàm crim. nu. 7. ¶Et facit, quia dice-
retur inquisitio scrupulosa, quādo redarguitur
quis de negligentia, seu culpa, & ista non debet
exigi ab officialibus, nisi de imperitia: quia diffi
cile esset omnia prouidere: vnde plurimi non
syndicantur, nisi de furtis, & baraterijs. vt tenet
Angel. & Paul. de Castro, in. l. si seruus vetuit.
ff. de lega. 1. ¶Et probationes cōtra officiales de
bent esse claræ, & euidentes: & ideo sacramen-
tum in supplementum probationis in isto casu
deferri non potest, nec debet. Et hoc potest es-
se, licet ipse non dicat: quia sufficit, ꝙ officialis
præstet diligentiam, quam potest. vt in cle. 1. §.
porrò. & ibi Cardi. de hæreticis. ¶Et non solum
iudex dicitur negligens in supradictis, verum
30 etiam quando noluit † recipere libellum queri
moniarum, & si non fecit restitui damna dānū
passo. vt Bal. in. d. l. mancipia. sed hoc intelligo,
qn̄ petitū est, vel delictum cōstat ex confessio-
ne rei, aliàs secus. vt Innoc. in ca. cùm oporteat.
de accusa. & Bal. in. l. 2. ad finem. C. de edendo.
& in repet. l. cunctos populos. C. de summa tri.
& fid. catho. ver. incidēter. & doctor del Casti-
llo in. l. 48. de Toro. in gl. *a restituyr.* 3. col. & de-
cisi. Tolos. 22. vbi quoq; tenet, ꝙ licèt quis fusti
31 getur † debet detineri in carcere, donec satisfa-
ciat parti, & fisco, aliàs iudex de suo soluet. &
vi. Pari. de Put. in dict. tracta. syndi. in parte, se-
quitur modò alia quæstio. folio. 82. vbi de hoc.
*Et idem tenet Peregrina in parte. furtum. q. 6.
in glo. mutilabitur. in fi. & Sylua. nuptial. folio.
96. col. 3. in fi. & dicta Peregrina in parte inqui
sitio. in princi. & Bald. in. l. congruit. de officio.
præsid. * Sed hodie fur nō detinetur in carcere
propter res furatas, per quādam pragmaticam
factam per nostrum Carolum Regem in incly-
ta Pincia. 18. die Iunij. anno. 1538. vbi statuitur
ꝙ quādo aliquæ personæ fuerint in carcere de-
trusæ, & aliqua cōdemnatione affectæ propter
furta, quæ antea perpetrarūt, & in suis proprijs
personis ad veram executionem perductæ fue-
rint: nullaq; bona habuerint, quibus creditori-
bus satisfaciant cedendo bonis, prædicti admit-
tantur ad dictam cessionem bonorum, quanuis
debitum à crimine, siue delicto dependeat. * Et
vi. quæ dixi in ca. 18. infrà in glos. *qual conuenga.*
nu. 6. * ¶Sed hoc voluit intelligere Angel. in. l.
1. ff. de priua. delictis. quādo processum est per
viam inquisitionis. secus si per viam accusatio-
nis: quia tunc si malefactor confessus est male-
ficium, & alia plura, vt in fure contingit, illa cō-
fessio soli accusatori prodest, & non alijs, se-
cus si fuit processum per viā inquisitionis: quia
quando per inquisitionem proceditur, omni-
bus furtum passis intelligitur facta confessio,
ex quo est facta iudici inquirenti, qui omnium
personam repræsentat, secundùm Ioan. Andr.
in additio ad Specul. in titul. de accusat. §. 1. ver-
sicul. quid si latro. ¶Quoque dicitur iudex ne-
gligens in iustitia administranda, quādo remit-
32 tit partes † ad arbitrū, adeò, quòd potest cōueni
ri ad omne damnum & interesse, putà quando
iudex, qui partem coram eo iustitiam prosequi
volen-

volentem pronuntiando remisit causam ad arbitrum, non dicitur facere iustitiam, sed neglexisse: quia eo ipso, ꝙ vna ex partibus, spreto arbitro, apud iudicem causam prosequitur, cōpromissum dissolutum esse censetur: quia est in potestate vnius compromittentium compromissum soluere per accessum ad iudicem, dum tamen pœnam in compromisso adiectam soluat, in qua ex hoc incidisse censetur. vt in. l. sed si in seruum. §. fi. cum. l. sequenti. ff. de arbitris. & sic potest redire ad iudicem, si talis iudex remittit ad arbitrum, est in negligentia. & casus expressus in. l. si cùm dies. §. quęsitū. ff. de arbitris. vbi cauetur, ꝙ si arbiter, coram quo pars intēdit suā iustitiā prosequi, pronuntiat partem redire debere ad iudicem, vel reni compromissuram in alium arbitrum, coram quorum altero iustitiā consequatur, non censetur arbiter pronuntiasse, sed potius pronuntiare neglexit. & huius est ratio secundū text. ibi, & in. l. qualē. §. dicere. co. tit. quia officium arbitri est sua sententia totalē finem imponere controuersiæ: sed ista sentētia, per quam pronuntiat coram alio litigādum esse, controuersiæ finem non imponit, sed coram alio nouæ litis suscitationem inducit. ¶ Ita igitur in proposito, cuius incumbit officio finem imponere liti. l. quidam æstimauerunt: cum similibus. ff. si cert. petat. pronuntians se exonerando, cùm dicit super ea re coram arbitro litigandum esse, nō dicitur iustitiam fecisse, nec finem liti imposuisse, sed impōnere neglexisse: quia non totalem finem liti dedit, imò controuersiæ nouam suscitationem coram alio fieri voluit. vt est casus huius quæstionis in dicto. §. quæsitum. prout tenet singulariter Ludouicus Romanus in consilio. 339. quem vide. ¶ Tu tene regulam generalem, quòd iudex dicitur negligēs, quādo nō procedit in causis, in quibus tenetur procedere ex officio suo. vt Bald. in. l. gallus. in principio. ff. de liberis & posthum. vbi si potestas tenetur inquirere, & non inquirat, tenetur de negligentia. Et Ioannes de Imola quoq; ibi dicit, quòd cùm potestas teneat ex necessitate officij purgare prouinciam malis hominibꝰ. vt in. l. congruit. ff. de offici. præsi. necessariò sequitur, quòd verbum, potest, importat eandem necessitatem: & ideo si fuerit negligens, tenetur de negligentia in syndicatu. & idem tenet Paris de Puteo in tracta. syndica. in dict. ver. negligentia. numero. 8. Et Alexand. in dicta. l. gallus. numer. 4. vult tenere contra Bal. dicendo, ꝙ regulariter procedi non potest per viam inquisitionis. vt in. l. rescripto. §. si quis accusatione. ff. de muneri. & hono. & in. l. 2. §. si publico. ff. de adulte. Tamen Alex. ibi dicit, ꝙ dictum Bald. in se est verū, quādo lex ꝓcedit per modū regulę, & nō per modū fallētiæ. & Iaf. quoq; ibi sequitur dictū Bal. licet cōtra eū opponat: quia ibi loquitur in statuto, qđ loquitur ꝑ verbū pōt, ꝙ nō importat necessitatem: secus in lege, quæ inducit necessitatē. vt in. c. 1. de cōstitu. & vbi suprà per eos. ¶ Et licet gloss. in di. §. si publico. in verbo, sine accusatore. ponat casus, in quibus iudex potest ex officio procedere, scilicet in crimine suspe. tuto. & in charta falsa, & in calumniatore, & in falso, & in notorio, & regulariter sit contra: tamen Barto. & Ange. ibi dicunt, quòd non sunt fallētiæ: quia veritas est, ꝙ inquisitio nō solùm potest fieri ad delicta inuenienda, verum etiam ad puniēda. & Bart. ibi dat regulas. ¶ Prima, ꝙ iudex pōt inquirere per denūtiationē officialis. vt in. l. ea quidem. C. de accusatio. & in. l. diuus. ff. de custo. re. ¶ Secunda, quòd iudex potest inquirere propter incidentem cognitionē: quia vbicunque iudex incidenter cognouit de crimine, potest de eo cognoscere per inquisitionem. vt in dict. §. si publico. ¶ Tertia est, quòd iudex potest per inquisitionem procedere, propter generalem inquisitionem præcedentem, vbicunque iudex in generali inquisitione comperit aliquem deliquisse, in eodem casu potest ad inquisitionem specialem descendere, & reū condemnare. & ita intelligitur dict. l. congruit. de quo latè per Fran. de Are. in capi. qualiter, & quando. el. 2. de accusa. §. debet. colum. 7. versic. super prima. q. Bart. & Bart. in. l. 3. §. præterea. ff. de suspe. tuto. ¶ Quarta est, quòd ꝓpter magnū dolorē, seu magnā offensam vbicunq; cōmittitur crimen coram iudice, de illo per specialem inquisitionem potest procedere. vt probatur in calumniatore. vt in. l. 1. C. de calumnia. & in falso teste. vt in. l. nullum. C. de test. & cùm falsum instrumentum coram iudice produxit. vt in. l. pe. C. de probatio. & idem est in alijs delictis, si committūtur coram iudice. vt in. l. eos. ff. de falsis. & de eis per Barto. ibi. ¶ Quinta est propter immensum crimen. Sunt enim quædam delicta enormia, in quibus potest quis accusari sine metu calumniæ, vt in falsa moneta, & in crimine maiestatis, & in omnibus alijs, in quibus sine metu calumniæ potest quis accusari, in illis potest iudex inquirere: & inquirendo iudex habet magis largas habenas, quàm credatis, & hoc de iure communi secundùm Barto. & Angel. in dict. §. si publico. ¶ Sed iam hodie de nostro iure regio per quandam pragmaticam factam per nostrum Regem Carolum iubetur, quòd iudices ex officio procedentes, vel à querelis partibus

bus desistentibus, nō procedant in casibus leuibus.* In tantum dicitur iudex negligēs & tenet ꝗ licet præsens, vel alius officialis qui mittitur ad prouinciam regendam sit negligens inueniēdo, non ex hoc excusabitur præsens qui est in officio actualiter si sit negligens in officio, & ex hoc aliqua damna succedant in prouincia sibi commissa, imo durius punitur. tex. & ibi Greg. Lopez. in. l. 3. tit. 18. par. 2.* ¶ Tamē ego in omnibus delictis, quæ ad meam notitiam veniunt, habita informatione, iubeo delinquentes capere: & capti, facio partem requirere, vel dum in
34 absentia procedo, & eam interrogare, † si vult accusare delinquentem, compareat infra triduum, aliàs pro non parte pronuntiabitur, & in causa procedam, faciendo iustitiam: & tunc si offensus est in mora, vel dixit se nolle accusare, procedo per inquisitionem, aliter non facta ista requisitione, iudex non potest procedere ex officio suo. Ita dixit glo. notabi. in cap. presbyter si à plebe. 2. quæst. 4. Quam pro singul. cōmen. Bal. in. l. senatus. C. qui accusa. non pos. dicens, quòd ratio est: quia præferendus est, qui maius ius habet. Idem tenet Cepol. per illam gloss. in cautel. 27. incipiente, Tu scis. & tenet Hippoly. de Marsi. in sua practi. cri. §. constante. num. 39. & in consilio. 53. nume. 10. & in consi. 35. nu. 7. & in consili. 135. nu. 7. & in. l. vnius facinoris. §. cogniturum. numero. 46. ff. de quæstio. ¶ Aliàs sententia lata, offenso non requisito, non præiudicaret offenso, & iudex tenetur in syndicatu, si absoluit delinquentem. Ita tenet Paris de Put. in dict. tracta. syndica. in parte, dicit constitutio regni. nume. 10. folio. 137.* Et sic quòd per istā contumaciam non agendi, vel non accusandi à iudicio excluditur. in. l. titia. ff. de accusation. & tenet Bald. in. l. 1. ff. si quis ius dicenti. non ob temp. 1. lectura. nume. 3. Sed circa hoc quæritur an requirantur plures monitiones, vel saltē vna sufficiat gloss. in authen. de hæred. & falci. §. si quis autem, colla. 1. in verbo. monitus, tenet ꝗ vna tantum requiratur, quam approbat Angel. ibi & Ioan. de Imol. in. c. si hæres & in. c. nos quidem. de testam. licet Ange. ibi in dict. auth. nu. 15. dicat ꝗ vera opinio est, ꝗ nisi iudex bis moneat actorem vt agat, infrà dictum terminū & reum, ꝗ excipiat intra terminum prælibatum ꝗ non obstante lapsu termini actor agere poterit: quia ius quæsitum actori ad agendum perpetuo, & reo ad excipiendum, iudex non potest eis sua interlocutoria tollere nisi bina monitio interueniat, ne authoritas iudicis sit delusoria: vt. l. si prætor. ff. de iudi. tamen licet Angel. hāc dicat esse veram opinionem, cogitandum relinquit: quæ omnia dicta Angel. congerit. Ias. vbi alios allegat in. l. 15. apud quem. C. de edendo. numero. 11. & 12. & in fine remanet cū opinione Bartol. ibi quòd vna tantum requiratur: quā sententiam Barto. dicit communiter esse approbatam, pro qua est tex. in capit. licet. de accusatio. Vbi fuit semel monitus vt accusaret, & pro ea facit quod tenet Bald. in. l. qui crimen. C. de accusatio. nu. 17. versi. 8. vbi tenet quòd ista requisitio seu monitio fit ad intimandum, seu ad exhortādum si vult accusare, & sufficit vna monitio: vt in. l. 1. §. 1. ff. de lib. agnoscendis. & in clementina. 1. de hæretic. & istam affirmat Oldral. in consil. 3. asserens, quòd si alicui accusatori certum tempus ad accusandum præfigatur per iudicem post illud tempus non poterit accusare per dictā. l. titia. qui omnis ille qui non venit ad accusandum intra tempus præfixum à iudice, videtur expresse negare se accusare velle: vt in. l. sica. C. qui accusar. non. & in. l. si ego. ff. de nego. gest. & probatur in. l. ab accusatore. §. destitisse. ff. ad turpilia. & quia si intra terminum non venit, edictum siue decretum propositum continere videtur, vt in. l. nonnunquam. ff. de collatio. bonorum: & pœna autem non parentis decreto prætoris est, vt prætor ei iurisdictionem suam deneget vt in. l. sed & si per prætorem. §. sed etsi. dum decreto. ff. ex quibus causis. maio. & ibi istam quæstio. determinat gloss. ordina. in verbo: vt quia statuit tempus, vt per ista & alia fundamenta satis vtilia tradit Oldrald. in dicto consil. ex quibus inquit quòd fuit repulsus accusator & obiector: & ita est tenendum, quòd vna sola monitio sufficiat, & si intra eam & terminum præfixum à iudice ad accusandum non venerit, iudex procedat ex officio contra delinquentem, imponēdo silentium illi, cui competit ius accusandi: attamen anteaquam imponat istud silentium debet iterum citari accusator, saltem quo ad hoc vt silentium sibi imponatur, & accusatus absoluatur ab instantia iudicij: & si non comparuit post istam citationem imponetur sibi silentiū: tenet singulariter Abbas in dicto capitul. licet. de accusatio. numero. 5. & sic possunt reduci ad concordiam dicta per Angel. in dicto. §. si quis autem, quòd sit necessaria bina monitio, vna scilicet ad accusandum intra terminum, alia ad imponendum sibi silentium: quia in termino non accusauit, quod nota: & istam concordiam sentit Matthe. de Afflict. in decisio. Neapolitan. decisione. 264. numer. 3. & 4. Quòd intelligo nisi in prima monitione, respondit se nolle accusare: nam tunc imponitur sibi silentium sine alia moni-

monitione iuxta gloss.mag.in fin.l.fin. ff.de re
stitu.in integr.& ibi Bartol.& Angel. in tracta.
maleficiorum.in princi.numer.77. Ias.in dict.l.
15.apud quem.nume.11. Adeò ꝙ transacto ter
mino,& imposito silentio,minor non restitui-
tur ad accusandum. text. in.l. auxil.in princ.ff.
de minori.& gloss.in clementina.2.de procura-
to.in verb.grauiora,& ibi Abbas, & tenet Bal.
expresse in dict.l.auxilium,in princi.affirmans,
quod si minor omisit accusare infra terminum
sibi statutum non restituitur postea ad accusan
dum,& Bald. in. l. scio illud.ff. de in integrum
resti.& Pala.Ruui.in rep.capitul.per vestras de
donatio.in prin.§.26.nu.13.Et tenet Albericus
de Rosa.in rub.C.de in integrum resti. asserens
quòd minori in executionibus pœnarũ nõ est
productum restitutionis auxilium per dictam
l.auxilium.*¶Supradicta intelligo in crimina-
libus,in quibus iudex inquirens pro offensa al-
teri facta, dicitur assumere partem accusatoris.
vt Bartol. in dicto.§. si publico.& Bald.in dict.
l.neganda.C.qui accusa.non pos.& in.l.15. qui
reus.ff.de publi.iudic.& Paris de Puteo, vbi su-
prà.num.9.¶Secus est in ciuilibus, in quibus iu
35 dex† denegãdo officium suum,parti non tene
tur in syndicatu, licet à tali denegatione possit
appellari,si multum lædat.Ita Ias.in.§.superest.
institu.de actio.nume.66.& idem tenet ibi An-
gel.numero.6.&.7.Et idem tenet Paris de Put.
in dicto tracta.syndicatus in parte, iudex, qui
potest ex officio suo aliquid facere.foli.193.al-
legando Angel.in.l.iustitia. ff. de iustit. & iure.
vbi idem tenet:& plus dicit,quòd in commissis
arbitrio iudicis, non potest appellari. vt penè
in capitulo.2.de iura.calum & Ioann.de Imol.
in.l.2.ff.de pub.iud.Quod est verum, vt Ias.vbi
suprà,quando residet in mero arbitrio:quia tũc
denegando,non dicitur grauare partem,& quã
do iudex parum lædit, secus si nimis. & opin.
Ias.tenet Abb.in capitulo.1. de dilatio. numer.
7.& in capitulo.ex parte.de test.numer.8.& in
capitulo.præterea.eodem tit. De quo vi.Innoc.
in capitul.fina.de ferijs.vbi dicit,ꝙ sic debet in-
telligi.& Paul.de Castr.in.l.videamus.§. fina.ff.
de in lit.iura.& Hippolyt.de Mar.in.l. quæstio-
nis modum.ff.de quæstio.nu.66.¶De quo ar-
ticulo,an si iudex excusetur, si malè arbitratur,
vi.dictum Pari.de Put.in dict.tracta.in parte,ar
bitrium.folio.52.& in parte. potestas.folio.56.
Et quia in casibus,qui relinquuntur arbitrio iu-
dicis, quos ponit ad longum dictus Hippolyt.
in dict.l.quæstionis modum.in principio. ff. de
quæstio.& Bald.in sua practica,in titulo.de offi
cio iudic.& Segura in repeti.l.primæ.§. si vir.ff.
de acquirend. possessio. columna prima. folio
13.iudex ipse non tenetur reddere rationem de
eo,quod facit,secundùm Ioann. Andre.in rubr.
36 de offic. delega.¶Ita nec ipse iudex† potest re
dargui đ eo,quod facit in ipsis:quia semper prę
sumitur moueri ex iusta causa. vt Innocent. in
capitulo qualiter & quando.el. 2.de accusat. te-
net singulariter dictus Hippolytus de Marsili.
in dict.l.quæstionis modum.numer.65.*Sed si
iudex qui habet arbitrium ex forma statuti si
enormiter grauat, punitur,quia ratione enormi
tatis præsumitur dolus,secus si modicè etiam si
statutum diceret ꝙ statur arbitrio & voluntati
iudicis:quia totum hoc debet intelligi sanè: te-
net Peregrina in parte sententia. & quęstion.9.
in gloss.& iudicantis,& Cyn.in.l.fina.C.de do-
tis promissione.*¶Alios casus,in quibus iudex
dicitur negligens,vid.per dictum Pari.de Pute.
in dict.tracta.syndi.in parte negligentia.per di-
scursum. ¶Sed qualiter probetur negligentia
37 † alicuius iudic.dic breuiter, quòd si tenebatur
ad aliquod factum limitatum certo loco & tem
pore,probato,quòd id non fecerit, probata est
negligentia. Iste est textus in.l.3.§. si ad idem.
ff.de re mili.¶Et in simili si aliquis colonus con
duxit aliquam possessionem per quinque an-
nos,& in istis quinque annis debet vites alleuia
re,& hoc non facit,probata est negligentia sua:
si autem tenetur ad aliquod factum in genere
non limitatum certo loco & tempore, & tunc
diuersi sunt modi probandi neglĩgetiam prout
tenet Lanfran.de Oria.in repet.capit. quoniam
contra.de probatio.in parte, testium depositio
nes.numero.187.& ibi ponit quid debet proba
re ad obuiandum negligentiam.¶Sed quia su-
prà dixi, qua pœna iudex negligens punitur,
38 quæritur an perdat salarium † propter suam
negligentiam.Ias.in.§.præterea.Instit. de actio.
columna.3.numero.14. tenet quod sic, allegan
do Angel. in.l. si vacantia. C. de bonis vacan.
libro.10.& licet Ias.non alleget est tex.expres-
sus in.l.iudices.C.de anno.& tribu.libr. 10. qui
idem tenet & Montalu. in gloss. ordina. regali.
in parte, iudex. & Bartol. in. l. Meuia.ff.de an-
nuis legatis. idem Bartol. & Plat.in dicta.l.iu-
dices.Et ratio huius est secundùm Plat.ibi, quia
huiusmodi negligentia est lata culpa, & dolus
præsumptus.vt in.l dolus.ff.mandati.& est tex
tus quoque expressus, quòd perdat salarium in
l.fi.in fine.C.de vesti.& olori.libro.11. Sed Bar
tol.& Plat.ibi dicunt esse speciale in negligen-
tia adhibita circa executionem tributorum, &
aliarum exactionum fiscalium propter magnũ
periculum, quod inde sequitur. Sed in iudici-

bus prætoribus, & Correctoribus distinguitur: quia propter negligentiam commissam in officio non priuatur iudex toto salario, nisi quando negligentia respicit totum tempus officij: aliàs autem pro parte temporis, qua non fuit negligens, salarium debetur. argument. in. l. si fundum. in verbo, simpliciter. ff. locati. & ita tenet Barto. in dict. l. Meuia. & Bartol. & Plate. in dicta. l. iudices. & quoque Paris de Puteo. in dict. tracta. in parte, contra magistratum. numero. 5. folio. 178. vbi quoque ita intelligit.* Sed si potestas seu prætor est condemnatus in syndicatu propter alia non debet reddere salarium præteriti temporis: quia satis est quod puniatur vt debet puniri: tenet Peregrina. in parte iudex. quęst. 5. in gloss. quinquaginta & singulariter Paris de Puteo. in tracta. syndicatus. in parte condemnatus. numer. 1. folio paruo. 85.* ¶ Idem est in tu-
39 tore, † vel curatore: quia propter negligētiam perdit commodum, seu salarium, quod habet. vt gloss. in dict. l. iudices. Quod facit ad. l. 2. titu. 7. for. ll. libro. 3. vbi tutores ratione laborum debent habere decimam partem fructuum rerum minorum, quia amittunt istam partem, si sunt negligentes in totum: & si pro parte temporis, pro ea parte amittunt, pro qua fuerunt negligētes, vt suprà dictum est. ¶ Corrector tamen seu
40 alius officialis † remotus ab officio, propter culpam non debet habere salarium. notat Bald. in l. Nensenius. ff. de excusa. tuto. & Montalu. in gloss. ordina. regal. in parte, Corrector. & in dicta. l. iudices. C. de anno. & trib. libro. 10. ¶ Sed sciendum est, an iudex, vel alius officialis remo-
41 ueri potest ab officio propter negligentiam †. Paris de Puteo in dict. tra. syndi. in parte, qualiter arguatur folio. 179. numer. 7. dicit, quòd nō remouetur, sed tenetur in syndicatu, allegando Baldū. in dicta. l. mancipia. C. de serui. fugitiu. vbi Bald. distinguit, dicendo, quòd officialis perpetuus non debet deponi, nisi culpa inducat depositionem, vt quia deliquit in officio. vt de susceptori. & archa. l. fina. & talis dicitur extinctus, & nunquam ad officium redire potest. vt in authentica de armis. in fine. colla. 7. ¶ Aut est officium ad tempus, vt officium potestatis, & tunc propter enormia cessari potest. vt in. l. finali. C. ad. l. Iuliam repet. sed hoc solummodo debet facere, & remouere superior. vt in authētica de defenso. ciuit. §. interdum. Pro minoribus autem culpis non deponitur ab officio, sed punitur tempore syndicatus. vt in. l. prima. C. vt omnes iudi. tam ciui. quàm cri. ¶ Et Ioann. de Platea in dicta. l. iudices. numero. 2. dicit, quod potestas, vel alius officialis, qui est negligens in officio, potest propter negligentiam, & etiam propter suspicionem remoueri, & salario priuari.* Et vi. l. 16. titul. 7. parti. 1. vbi deponitur prelatus propter negligentiam, & ibi Greg. Lopez & potest etiā remoueri propter nimiā crudelitatē & abusum: vt Bald. in. l. si dominus. §. domi norum. ff. de his, qui sunt sui vel alieni. vbi distinguit.* ¶ Sed inquantum tenet, quod propter suspicionem potest iudex remoueri, non dicit verum, quia non remouetur, sed alius iudex sibi adiungitur. vt cauetur in. l. prima titul. 5. libr. 3. in ordin. regali. & in. l. apertissimi. C. de iudi. Et tenet idem Platea. in. l. nulli scriniario. C. de numerarijs actuari libro. 12. numer. 3. vbi ait, quòd idem est in tabellione, quòd quando recusatur, non remouetur in totum, sed datur sibi adiunctus, vt fit de iudice ordinario, & sic seruatur consuetudo, vt ibi tenet. Idem tenet Montaluus in gloss. ordina. in parte, tabellio. ¶ Bald. quoque in dicta. l. mancipia, dicit, quòd iudices maiores propter enormia delicta in officio commissa remouentur, propter leuia, & minores culpas expectatur tempus syndicatus. Officiales verò minores de facili possunt remoueri. vt in. l. 2. C. de sportul. & in. l. nā & magistratus. ff. de iniuri. vt tenet. d. Ioannes de Platea in dicta. l. iudices. ¶ Vbi dicit idem esse in famulo, & stipendiario inobediente, & negligente. Tamen in casu. l. fina. ad. l. Iuli. repet. potest remoueri Corrector propter delictum. vt notat Bartol. in. l. libertus. §. in quæstionibus. ff. ad municipal. ¶ Et illud, quod est dictum, quòd ex negligentia non remoueatur, intellige nisi sit negligens ex culpa, quia tunc potest remoueri. gloss. in. l. 2. §. miles. ff. de infami. sed debet remoueri à superiore. vt dic. Paris de Puteo. in dict. versicul. qualiter arguatur. & in parte, officialis propter negligentiam. folio. 177. dicit, quòd quoque fallit. quando negligentia est magna, quia tunc remoueri potest. vt in capitul. ad monasterium. de statu mona. secus si parua. argumen. in capitul. quicquid. 1. quæstione. 1. & nisi maius inde præiudicium possit generari. & sic intelligit. l. carcerari. ff. de custo. reo. quia negligentia omnia lædit, vt in. l. 2. C. de naufra. & in authentica, de quæst. ad finem. ¶ Item remouentur si sunt abiecti: & si quis fuit negligens in adimplendo mandatum: & si sit contra id, quod est expresse sibi mandatum. vt in. l. qui fiscales. de nauicula. C. Nam non eo ipso, quod mandatum non impletur, contēnitur. vt in dic. l. qui fiscales. & in capitul. si quis autem. 10. distin. vt ibi per dict. Pari. de Puteo. ¶ Ex quo in
42 fero, † quòd licet in prouisionibus Correctorum

rum

rum rex det illis potestatem ponendi locum tenentes in officijs, & remouendi ad beneplacitum, non debet remoueri nisi ex iusta causa expressa in iure: quia vltrà quòd esset dedecus hoc facere, vt Ioann. de Plat. in dict. l. iudices. dicendo, quòd maximum est dedecus remoueri ab officio, quasi de eo dominus non confidat, non potest remoueri, nisi ex iusta causa expressa in iure, vt dictum est. Facit textus in. §. cùm igitur. in authentica. de non eligen. secund. nuben. collatio. 2. & glos. in summa. 15. quæst. 8. quam pro notabil. allegat Bald. in authentica. ex testamento. C. de secundis nupt. tenet Alexan. in. l. etiam. §. licet. ff. soluto matri. numero. 7. vbi tenent, quòd priuationis pœna nō habet locum, nisi exprimatur à iure. vt posui, & dicam infrà in capitulo. 9. in gloss. *so la pena de la ley*. Et facit text. & ibi Plat. in. l. ordinariorum. C. de cohartalibus. libr. 12. vbi tenet, quòd officiales cuiuscūq; magistratus ordinarij, tam præsides, quàm alterius, ex nulla quantumcunque honesta causa potest licentiari ab officio, nisi primus reddat rationem officij. * Et tenet latè & singulariter. Guillerm. Benedict. in repetition. capitul. Raynantius. de testament. in parte, duas habens filias. nume. 37. cum pluri. seq. vbi in nume. 38. dicit, ꝙ quando debet reuocari, ex causa debet audiri in suis defensionibus adeo ꝙ si sine causa & pro sua voluntate destituerētur. eis succurritur per remedia iuris ordinaria etiam possessoria. & reuocans tenetur ad omnia præparamenta, interesse & damna in foro conscientiæ, & etiā contentiose & per superiorem debet in hoc cōdemnari ad resarciendum secundum eum ibi. numero. 44. 45. & 46. argument. text. in. l. 1. §. cepisse. ff. de pollicitatio. & inquit quòd in curia Burdegalen. fuit salubriter ordinatum, ꝙ iudices Basilitij & Senescali & cæteri magistratus suos non possunt sine causa in curia Parlamēti ipsis auditis causa cognita locum tenentes mutare, ꝙ nota contra istos correctores, quia quotidie eos reuocāt ex eo quia eis nolunt pecuniam conferre seu partem fructuum seu expensarum officij & quia hoc nolunt facere, prætores falso perperam contra dictos loca tenentes proponunt vt remotionem colerent quod est iniquū, & ideo rex ad hoc euitandum, eos debet prouidere. vt dixi, infrà capit. 4. * ¶ Sed an potest corrector aduocare ad se causam aliquam, & iubere suo loco tenēti, vt de ea nō cognoscat? Videtur ꝙ sic, vt tenet Paul. de Castr. in. l. iudiciū soluitur. ff. de iudic. num. 6. loquendo in potestate, & suo vicario, qui habēt iurisdictionem ordinariam eiusdem tribunalis. vnde cum potestas seu Corrector sit superior, potest à suo tenente iurisdictionem auocare, vel sibi inhibere, quòd in aliqua causa non procedat, & sic auferri sibi exercitium: & tunc non valebit, quod faciet per dict. l. iudiciū soluitur. * Et facit quod tenet Peregrina. in parte, iudex. quæst. 5. in gloss. officium, ꝙ superior potest inhibere inferiori ne iudicet quando inferior recognoscit iurisdictionem ab ipso superiore, aliàs non potest vt dicit notari Hostien. in cap. volentes. de officio legati. & Archidiaco. in cap. de prima. 11. quæst. 1. * Et sic patet in prouisionibus officiorū: quia potest vti iurisdictione per se, vel per suum locū tenentē, quē potest remouere in totum, à fortiori inhibere, ꝙ in aliqua causa non procedat, ad se eam aduocando. Et licet hoc sit de iure, tamen non est faciēdum per Correctores: quia vbi ceptum est iudicium, ibi debet accipere finem. vt in. l. vbi acceptum. ff. de iudic. & quia si locum tenens est suspectus potest recusari, ipse associabitur, iuxta. l. 1. titul. 5. libro. 3. in ordina. regali. ¶ Vltra supradicta dico, quòd ad hoc, vt iudex teneatur ex negligen-
43 tia, requiritur, quòd requiratur † à parte: quia post talem protestationem tenetur, aliter non. Ita Bartol. in. l. damni. §. Sabini. in fine. ff. de damno infecto. & Bald. in capitul. iudices. numer. 6. de pace iura. firma. per. l. argentarius. §. cum autem. ff. de edēdo. & per. l. cum seruum. C. de seruis fugiti. vbi Bald. quoque tenet, ꝙ iudex non debet ponere quem ad torturam, nisi petatur à parte. & Bartol. in. l. dies cautioni §. hoc autem. ff. eod. titul. de damno infec. latè Alex. in. d. l. de pupillo. §. si quis ipsi. ff. de noui oper. nuntia. & Anto. in capitul. venerabilis. de iudic. & Abbas in capitul. fin. de rescrip. column. fin. nume. 16. vbi omnes tenent, quòd negligentia iudicis nō præsumitur, nisi post protestationem, & interpellationem: quia non tenetur officium suum impartiri non postulatum ad vtilitatem priuatam. vt in dict. § hoc autem. & ibi Bartol. & docto. & latè Paris de Puteo in dict. tracta. syndicatus. in parte. an & quando. folio. 40. vbi idem tenet. ¶ Ex quo infert Abbas in dict. capitul. fi. in dict. num. 16. quòd si statuto caueatur, quòd si iudex non finiet quæstionem infra certum termi num, debeat soluere pœnā certam: quod iudex non incidit in pœnam, si nō fuerit petitum, seu interpellatum à partibus, vt decideret infra terminum. Quod facit ad. l. 1. tit. 15. lib. 3. in ordi. regali. quæ lex ponit pœnam iudicibus non pronuntiantibus infrà terminum illius. l. quia in illam pœnam non incidunt, si eis non fuit requisitum, vel protestatio eis non fuit facta. ¶ Quoque facit pro iudicibus, qui vocantur

del regimiento: quia si infrà terminum sibi datum postquam est appellatum causam no diffiniunt. vt in.l.6.titu.de las appella. in ordina. regali. & in pragmatica facta per nostrum Carolum regem in curijs Vallisoletanis, anno 1523. in ordine cōsil.95. in qua cauetur, ꝙ incidant in pœna ibi contenta, & in interesse partis appellantis: intelligitur, si fuit eis requisitum, & protestatum, aliàs secus per supradicta. * Et tenet expressè Ange.in consil.140. incipien. quidam Matthæus, & sequitur Iaso.in.l. properandū.§. sin autem vterq;.C.de iudic.nume.6.* Et idem tenet Abb.in capitul.penul. columna pe. de iudic.& Cataldi.in tract. syndicat. in versicul.42. incipiente. Adde quòd iudex.& Barb.in capitulo.consuluit.de offic. delegat. columna.4. Hippolyt.de Marsi.in sua practi.crimina.§.nunc videndum.numero. 4. Pro quo dicit, quod facit textus in.l.prima.§.magistratibus. ff. de magistra.conueni.vbi dicitur, quòd magistratus, qui non dedit tutorem, vel curatorem minori, tenetur. Quod est verum, si interpellatus fuit, aliàs secus. Quod tenet Ioan.Calde.in consilio.3.titulo, de pœnis. vbi si per statutum imponitur iudici pœna, si non administrauerit iustitiā: si nō fuit petitum per partem, non cadit in pœnam, vt tenet Hippolytus de Marsilijs in.l. vnius facinoris.§.cogniturum.ff.de quæstion. numero. 4.cum sequentibus.& Ioann. de Platea in dict. l.iudices.numero.4. vbi ait, quòd officialis non præsumitur negligens, nisi fuerit protestatum. allegando Bald.in dicta.l.damni.§.Sabini.& tenet idem quod Abb.in dict.c.finali. de rescript. de iudice non decidente causam infra terminū, quòd in pœnam non incurrit, si ei non fuit protestatum. Et faciunt notata per Andre. Barb.& Anto.Fran.in additio.ad Abb.in capitulo.licet ex suscepto. de foro compet. in prima additione.vbi idem tenet, allegando plura iura. ¶ Ad
44 quod facit.quia iudex † semper præsumitur paratus reddere ius: quod probatur eo ipso, quòd non probatur contrarium.vt glossa in.l.prima. C.de testamen.milit. & sic pro iudice præsumitur.vt in.l.2. C de offi.ciuil.iudic. & quòd si nō appareat de interpellatione, præsumitur iudex paratus reddere iustitiam. ¶ Quæ interpellatio debet fieri post conclusionem in causa, quando fit super processu concluso.vt in dicta.l. ordina. in authentica, Item si appellatum. & ibi Bald. C.de tempo.appella.& per eundem in additio. ad Specul.in titulo, de appella.§.primo. versicu. mora. & per Ioann.de Imol. & Philipp. Franc. in capitulo.ex ratione.de appellatio. & Alexā, in dicta.l.de pupillo.§.si quis ipsi pretori. prout tenet dict. Anto.Fran.vbi suprà. ¶ Vbi quoque ait, quòd iudex, qui non facit id, quod ab eo petitur per partem, non allegata ratione quare nō facit, dicitur esse negligens. Et hac de causa semper ego soleo respondere protestationibus factis contra me, quæ in nostra Hispania, requirimientos vocantur, ne videar negligens, & consentire. Quia vti ait Bald. in capitulo primo, de milit.vasa.qui contu.est. in vsi.feudo.nume.primo, qui non loquitur, & obmutescit, iustitiam denegare videtur. Et sic, quòd iudex requisitus de iustitia, vel de expeditione causæ nil respondens, dicitur esse in mora, & iustitiam denegare. Quod etiam voluit Philipp.Franc. in dicto capitulo, ex ratione.in.2.quæstione. circa 5.impedimentum. & quòd ex isto casu poterit ab eo appellari, vt Abb.in capitulo. dilecto. de appellat.& Alexand. in.l. de qua re.ff. de re iudica. ¶ Supradicta intelligerem. quòd iudex requisitus, si est negligens puniatur, procedat
45 † quando lex ponit pœnam iudici aliquid non facienti ad vtilitatem priuatam in dictis.ll. regalibus, & similibus. Secus in his, quæ non ponunt pœnam, nec præcipitur per legem: quia iudex in his, quæ expediuntur, ex officio suo requisitus, non tenetur in syndicatu, licet denegādo possit ab eo appellari, vt dixit Ias. in dicto.§. præterea. & hoc in ciuilibus. vt textus. & ibi Paulus de castro in.l.non quicquid. ff.de iudic. Quia illud, quod per legem arbitrio iudic.committitur, non compellitur, nec tenetur iudex facere, si non vult, licet facere possit: & ideo si non facit, non tenetur: secus si per legem iudici præcipitur, vt in exemplis ibi positis per eum, & per doctores. Quod intelligo, quando est quæstio inter priuatos: quia in vtilitatem priuatā iudex non tenetur interponere officium suum non petitum, si non respicit reuerentiam alterius iudic. vt in.l. eos. in fine. & in.l iudicibus. C.de appellationib. Et licet respiciat vtilitatem partis, si non respicit miserabiles personas, vel actum pium, si iudex non prætendit probabilem ignorantiam, tenetur interponere, licet nō sit petitum inter miserabiles, vt in dicta.l. prima.§.magistratibus suprà allega. Tenet Bartolus & Alexander. late in dicta.l. dies cautioni. §.hoc autem. ff.de damno infect.numer. secundo.vbi vi. quæ dicantur causæ piæ. & Angelus de Aret. in dicto.§. præterea. Institut. de actio. numero. trigesimo nono. vbi dicunt, quòd secus est, quando non tale officium respicit principaliter publicam vtilitatem, quia ex mero officio illud tenetur imponere. vt in dicta l. congruit. ff. de officio præ. Idem tenet Abbas

bas in capitulo. prout. de dolo & contuma. numero decimonono. ¶ Et etiam in criminalibus si non sit petitum, tenetur procedere, aliàs tenetur prout latè dixi suprà versicul. tene regulam generalem. & tenet dict. Pari. de Puteo in dicto tracta. in verbo, negligentia. infrà quãtum tempus. in principio. Et Bartol. in dicta. l. congruit. numero. 3. dicit, quòd iudex debet facere inquisitionem generalem facti, & ista est permissa: quia debet generaliter inquirere, vt malis hominibus prouincia purgetur. Et dicit, quòd ista est practica, quam in principio sui regiminis rectores faciunt generalem inquisitionem: sed specialis inquisitio contra certam personam, est prohibita regulariter: quia sine accusatore nemo punitur. vt in dict. l. rescripto. §. si quis. ff. de muneri. & honori. Quod dicit, quòd fallit in casibus notatis in dicta. l. 1. §. si publico. ff. ad. l. Iuliã, de adulte. & ibi Bartol. quos suprà posui. ¶ Tamen in illis secundum eum non debet iudex inquirere, nisi indicijs præcedentibus, aut fama publica, vel ad relationem nuntij iurati. ¶ Sed tu tene, quòd iudici est permissum de iure ad publicam vtilitatem & vindictam de quolibet crimine inquiri, quicquid senserit gloss. in. l. ea quidem. C. de accusatio. quia accusatio de quolibet crimine est permissa, ergo inquisitio, quæ succedit loco eius. vt in capitul. licet Heli. de simo. & in. l. cùm patronum. §. primo. ff. d iure patro. & sic ad eundem effectum, ne delicta remaneãt impunita. licet Salycet. in dicta. l. ea quidem. dicat, quòd hoc ei non placet. ¶ Vide tu Angelum de Areti. in tractat. malefi. in parte, hæc est quædam inquisitio. versiculo secundo, principaliter. numero. 30. vbi in hoc ponit veram conclusionem, dicendo, quòd aut iudex procedit faciendo inquisitionem specialem contra certam personam, nullo alio præambulo præcedente, propter qđ iudici vere, vel præsumptiuè sibi cõstet de aliqua præsumptione legitima illã personam delictum perpetrasse, & tunc non potest procedere: & hoc modo dicit esse intelligendam gloss. in dicta. l. 2. §. si publico. Et potest esse ratio, vt iudicum malitia refrænetur. vt in l. 2. in fine. ff. de custod. reorum. ¶ Si verò præambulo legitimo præcedente, propter quod apparet iudici verè, vel præsumptiuè illam personam perpetrasse illud delictum, potest formari specialis inquisitio: & quando clamor validus peruenit ad aures iudic. quòd eius subditus diffamatus sit de aliquo delicto. vt in capitulo. qualiter & quando. de accusatio. & in. l. tertia. ff. de officio præfecti prætoris. ex eo, quia contra diffamationem ex inquisitione generali iudex deueniat ad specialem. vt in. l. quarta. ff. ad legem Iuliam, repetitio. Quia tale delictũ non potest amplius sub dissimulatione transire: maximè quando scandalum potest oriri. vt in dicto capitulo. qualiter & quando. Quod dictum Angeli ad literam seruatur. Quia statim, quòd delictum ad notitiam iudic. peruenit, illicò facit suam informationem, & procedit contra delinquentes, alias teneretur in syndicatu: quia diceretur stare per iudicem, quando sibi liquet, vel in suam notitiam venit, & non procedit. Secus si sibi non liquet, secundùm Bald. in. l. si de meis. §. ex compromisso. ff. de arbitris. & Paris de Puteo in dicto tracta. in parte, negligentia. numer. octauo. ¶ Quo modo probatur negligentia cõtra iudicem. Vi. Bartol. singulariter in consilio. 102. & latissimè dictum Paris de Puteo in dicto tracta. in parte, qualiter arguatur negligentia iudicis. & ibi vi. casus negligentiæ. & quoque quomodo iudex probat diligentiam ad hoc ne teneatur in syndicatu.

¶ Ad supradicta adde, quòd quando iudex tenetur ex negligentia, intelligitur quando est leuis, vel lata. Secus si est leuissima, vel casu fortuito, vt Amodeus iusti. in tracta. syndicatus. folio quinto. capitulo, de secundo ad bannum iuris. Et ibidem folio. 16. columna tertia. versiculo, similiter tenet, quòd non syndicatur officialis de negligentia, nisi sit dissoluta, & dolo proxima, & ita dicit quòd seruat consuetudo: quia inquisitio de negligentia, dicitur scrupulosa. Sed quia supra dictum est, quòd ad hoc, vt iudex teneatur, debet requiri, vel protestari. Quæ
46 ritur, an † sit necesse, quòd pluries requiratur, vel sufficiat vnica interpellatio? Bartolus in. l. mora fieri. ff. de vsuris. tenet, quòd sufficit vnica interpellatio, nec requiritur, quòd semper instet. & ibi Angelus idem tenet in fine colũ. per glossam ibi. quam dicit notabil. & idem tenet Ioan. de Plat. in. d. l. iudices. nume. 4. C. de anno. & tribu. lib. 10. per. l. titia Seio. §. vsuras. ff. de leg. 2. vbi Barto. idem tenet, dicendo, quòd sufficit, quòd quis semel interpelletur per iura suprà allega. imò in tali requisitione, seu interpellatione non tenetur quis dicere peremptoriè: cùm quælibet interpellatio sit peremptoria, sicut in dilationibus, quæ dantur ad probandum. Et interpellatio, quæ fit iudici, sufficit quòd interpelletur semel, vt perpetuò videatur stare per iudicem: nec habet necesse singulo die iudicem interpellare. vt ibi tenet ad literam Bart. & Abb. in consilio. 7. in secundo volumi. & Paul. de Castro in consilio 27. Et Ioann. de Imola ibi, in. d. §. vsuras.

§.vſuras.ſequitur opinio. Bartol.dicendo,quòd vnica interpellatio ſufficit. Quod tenet Amodeus iuſti.in tracta.ſyndicatus folio.6. in parte, de tempore.ſequendo Barto.in dict.§.vſuras. Et idem tenet Alexan.in.l.de pupillo.§. ſi quis ipſi prætori.ff.de noui operis nuntiatio.numero.3. cum ſequētibus,vbi dicit, quòd regulariter iſta eſt communis opinio.& hoc eſt tenendum. Licet Ioan.de Ana.in capitulo. ſi quis. de accuſatio.in fine.videatur contrarium dicere,dum ait, quòd quando monitio fit in iudicio, requiritur trina monitio,aliàs ſufficit vnica:quia intelligitur,quando talis monitio fit parti à parte: ſecus quando fit iudici per partem, per ſupradicta. ¶Quod fallit in petendo libellos dimiſſorios. vt in cle.quanuis.de appella.& quando in cauſa appellationis interpellat iudicem, vt cauſam finiat,quia requiritur,quòd ſumma ope inſtiterit, quòd cauſa terminetur. vt in.l. fina.§. illud. verſic.Summa ope.C.de tempo.appell. & ſic q̄ opi.Barto.in dict.§. vſuras. habet locum in cauſa principali, non in cauſa appellationis: quia vltra hoc regulariter vna monitio ſufficit.Et vltra allegata per Bartol.eſt gloſſ.in capitulo, cupientes. in verbo, propoſita.de electio. in.6. & gloſ.in capitulo primo.in verbo,requiſierit.de hæreticis.& gloſ.in capitulo.ſi epiſcopus. 18.diſtin.& Innoc.in capitu. cùm nobis olim. de electio.¶Præterquàm,quando vnus iudex requireret alium iudicem ſibi parere,quia tunc requiritur trina. vt eſt gloſſa in capitulo. cauſam. de officio delega.¶Vi.alias fallentias per dict. Alexand.in dicto.§.ſi quis ipſi prætori. numer.5. &.6. ¶Modò ſciamus,ſi illud, quod iudex ſoluit propter ſuam negligētiam, ſi poteſt à parte
47 recuperare. † Angelus in dicta.l. mancipia.C. de ſerui.fugi.in principio. tenet,quòd quando iudex facit litem ſuam, faciendo, ſcilicet, malè ſententiando,non poteſt habere recurſum contra illum,in cuius fauorem tulit iniquam ſententiam,quia ſui delicti pœnam ſuſtinet. ¶Secus autem ſi facit litem ſuam negligendo: tūc ſi ſoluit id,quod in obligatione verſabatur, habet recurſum contra eum. Caſus eſt ſecundùm eum in.l.miſsi opinatores.C.de exacto.tributo. libr. 10.Quod dictum Angel.ſequitur Paris de Put. in tractat.ſyndi.in parte,lis ſua,numero.5. folio 160.vbi per eū.& Amodeus iuſti.in tracta.ſyndicatus.in parte, item in eo quòd plures innocētes. 2.colum.verſic.Item tenetur ſi tulit. vbi ait, quòd ſi malè iudicat.tenetur:& ſi ſoluit,non repetita parte pro qua iudicauit: quia ſoluit pro ſui quaſi delicto.licet contrarium teneat Angelus in.l.ſi ſtichum.§.ſi mādato. ff.de ſolutio. vbi ait, quòd debent cedi actiones ab eo cuius ſoluit. ¶Sed concordatur vt ſuprà:ſi per dolum iudicauit,actiones non debent cedi. Secus ſi per imperitiam,culpam,vel negligentiam, quia tūc debent cedi. & ita procedit opi. Angel. & idem tenet latè Cataldi.in tractat.ſyndica. quæſtione 44. quæ incipit, Adde an officialis. & idem q̄ Angelus,tenet Bald.in.d.capitul.iudices.de pace iura.firma.in vſi.feud.nume.2. & idem tenet Angelus in.l.ſed eximendi §.hoc iudicium. ff. nec quis eum qui in ius voca.vi exi. & ibi magis latè Alexand.numero.2.& in.l.ſi quis dolo.§.1. ff.de re iudica.Et quoque tenet idem Alexand. in additio.ad Bartol.in. l.prima. ff. de appellat. in additione magna, quæ incipit, habet regreſſum.in fine.vbi tenet,quòd iudex,qui in ſyndicatu condemnatur, & ſoluit expenſas litis, in quibus negligēter omiſit condemnare partem victam calumnioſè litigantem,poſsit eas repetere.vt eſt dictum ſingul.Specula.in titu.de impen.§.poſtremò.verſicul. illud. per dictā.l.miſsi opinatores. ¶Quod Imola impugnat, & bene ſecundùm Alexand.vbi ſuprà per.l.ſi tertius.§. celſus.ff.de aqua pluui.arcen.& ante eum contrarium tenuit Bald.in.l.ſancimus. ad finem. C. de iudic. tamen ſecundùm Alexan opini. Specula.poteſt eſſe ſalua in vno caſu, ſecūdum Roma.in dict.§.celſus.ſcilicet, quando expenſæ litis eſſent promiſſæ in contractu, quia tūc etiam poſt iudicium finitum iure actionis peti poſſunt ſecundùm gloſſam in.l.nō ſolum. ff. de rei vendi.& in.l.3.§.ſi rem.ff.de legatis.3. meritò ergo iudex illas repetere poteſt. Quod Alexand. vbi ſuprà dicit eſſe notabi. de quo vi. latè dict. Paris de Puteo in dict.tracta.in parte,an iudex, qui facit litem ſuam: & ſoluit expenſas litis. folio.163.& Alexan. an additio.ad Bart. in dict.l. miſsi opinatores. ¶Sed hoc intelligit Alexan. in dicto. §.hoc iudicium. quando ſoluit illud, quod tenetur, tunc à debitore principali repetit:ſecus quando ſoluerit illud ad quod tenebatur, ſed aliam rem. Et facit quod tenet Angelus in.l.ſtichum.§. ſi mādato meo. ff. de ſolutio. vbi ait, quòd quando ex negligentia condēnatur iudex, quòd ei ſunt cedendæ actiones contra debitorem, vt recuperet. & Paul. de Caſtro ibi dicit,quòd ita conſuluit,& totum collegium Florentinum.& ſic debet intelligi dict. Paul. de Caſtr.in.l.filiusfamilias iudex.ff. de iudic.numero.8.& Montalu.in.l.2.titulo.2. for.ll.libr. 2. in gloſſa, *pierda lo que ouiere.* vbi indiſtinctè tenent, quòd iudex non repetit illud, in quo fuit condemnatus. Quod intellige, quando fuit condemnatus propter imperitiam, & propter malam

lam sententiam, & sic in agendo: secus quando condemnatur propter negligētiam. Et ita quoque tenet Alexan. in additio. ad Barto. in. l. fina. ff. de varijs & extraordi. cogni. in additione magna in medio. Et miror de nostro doctore de Palā. Ruui. in repeti. capituli, per vestras: de dona. inter vir. & vxorem. folio. 107. numero. 10, vbi indistinctè tenet contrarium, dicendo, ꝙ si iudex, qui malè iudicauit virtute suæ iniquæ sententiæ, pars pro qua lata fuit, aliquid obtinuit, quòd si postea tempore syndicatus petitur à iudice, quòd poterit iudex dicere parti petenti dirigas actiones, & remedia tua contra illum, ad quem pecunia in condemnatione deducta peruenit meis sumptibus, & meo periculo, quod audietur, & interim ab instantia absoluetur. Et dicit ita tenere Pari. de Puteo in. d. tract. in verbo, iudex malè iudicans. fol. 56. versiculo, attamen ego. in libro magno, sed in portatil. est fol. 150. qui in expresso tenet di. Palat. Ruui. & loquitur, quando malè iudicauit, & non in negligente. Sed hoc ego non tenerem, quia est cōtra opinionem communem.

SVMMARIVM.

1 *Iudex qui rectè iudicat, stateram habet in manibus, ita quòd condemnet condemnandum, & absoluat absoluendum.*

2 *Iudex non debet declinare ad dexteram, nec ad sinistram.*

3 *Iudex in vtroque penso iustitiam & misericordiam debet habere.*

4 *Iudex puniens aliquem, misericordiam facit.*

5 *Iudex sine causa an potest mitigare pœnam, vel multam à canone, vel à lege inflictam.*
Et quid ante sententiam, vel post.
Et quid si est iudex inferior. numero. 18. 21. & 22.

6 *Iudex, an potest remittere pœnam propter paupertatem.*

7 *Bannum an potest remitti propter paupertatem.*

8 *Infamiæ pœna post sententiam non pōt remitti.*

9 *Leges ex causa licitum est transgredi. nu. 11.*

10 *Causæ, propter quas pœna minuitur. Et si iudex vidit se errasse in sententia syndicatus communis petat restitu. in integrum cuius rigore poterit addere.*

12 *Dans alapam potestati, potest suspendi.*

13 *An pro vno furto magno posit quis suspendi. & numero. 15.*

14 *Propter seditionem leges transgrediuntur: & suspenditur sine processu, & ordine iudicij.*

15 *Repertus in crimine, non potest appellare, & ad executionem proceditur contra eum.*

16 *Fur absconditus in domo, an debeat mori.*

17 *Ponens scalas ad domum, vel muros alicuius, punitur.*

19 *Propter inhumanitatem criminis punitur animal, & homo rationalis.*

20 *Propter inhumanitatem criminis corpus mortuum suspenditur.*

22 *Iudex, qui ex aliqua euidenti vtilitate venit cōtra statuta, non tenetur in syndicatu.*

23 *Iudici debet constare delictum, quando ex causa excedit leges.*

24 *Iudex quando procedit per denuntiationem, vel inquisitionem potest ex causa leges transgredi: secus si per accusationem.*
Hic ponuntur aliæ fallentiæ.

25 *Iudex ita debet iudicare magnum, sicut paruū.*

26 *In pœna pecuniaria plus puniuntur maiores, quàm minores: nobiles, quàm ignobiles.*

27 *Plus punitur inferior, quàm superior ex eodem delicto.*

28 *Nobiles, & honestiores ciues decapitantur, plebei suspenduntur.*
Fallit, vt hic.

f **Derechamente.** [f] Rectè iudicando, 1 staterā in manu gestat†. gl. in ca. cùm æterni tribunal. de re iu. in. 6. in verbo, stateram. &. c. omnis qui. 45. distin. & sic, ꝙ cōdemnet condēnandum, & absoluat absolueddū.

derechamente f, guardādo nuestro

¶ Vnde Aristo. vt refert Cicero, Magistratus virūm ostendit, si ritè, & rectè gesserit. 1. seruato iuris ordine, & iustè iudicauerit, præmia digna fert, vt Amodeus iusti. in tractat. syndicat. in præfatione dicti tractatus. ¶ Et iusto non aduersabitur quicquam malignum. vt in epistola inter claras. & in capitulo, iniustum. 1. quæstio. 3. & capitul. rectè. & iustus est, qui iustitiam facit. vt in dict. capitul. iniustum. ¶ Et non

2 non debet declinare † ad dextram vel sinistram. vt in capi. qualiter & quando. el. 1. de accusa. & in. l. vbi. C. ad. l. Corn. de Fal. & in ca. cùm inter. de excep. & ideo vocatur sedens in medio. vt in capitulo, quoad consultationem. de re iudica. & tenet Specula. in titu. de aduoca. §. 5. versiculo. Item de iustitia. nume. 13. & idem tenet Specula. in dict. tit. §. 6. versicu. cum suum bonũ. num. 33. vbi latè vide. ¶ Quia nõ est iudex, si in eo iustitia non est. vt in capitul. 1. 22. quæstion. 2. & gloss. in. l. 2. titulo. 2. for. ll. lib. 2. in glossa. 2. ¶ Et
3 in vtroque penso † iustitiam & misericordiam in criminalibus debet habere. Misericordiam dico, & rigorem debet seruare: non quòd simul exerceat ea circa aliquem, sed quia si opus fuerit, & causa subest, debet esse misericors in dispensando: si causa non subest, debet rigorem seruare in iudicãdo: vel quod semper habeat misericordiam etiam occidendo hominem: & si non per mitigationem pœnæ, saltem per compassionem. vt est textus in. l. 41. titul. 5. parti. 1. in fine. vbi tenet, *que la verdadera justicia con duelo se deue hazer.* & vi. quæ dixi infrà in gl. *el derecho a las partes*. in princ. ¶ Quia ex hoc facit mise-
4 ricordiam †, cùm facit, vt quis conteratur inter flagella, & nec fiat deterior: vnde eo ipso, quòd iudex punit aliquem, misericordiam facit. vt in capitulo. ei qui. eadem distin. & qui facit finem peccato misericors est. de pœnit. distin. vlti. capitulo vlti. in fine. vt tenet gloss. singula. in dict. capitulo. omnis qui. ¶ Quia iudex sine causa
5 † non potest pœnam mitigare à canone vel lege inflictam. vt in capitulo, si quem pœnituerit. 2. quæstione. 3. ibi: tamen legis potestas aduersus eum exercebitur: nam facti quidẽ quæstio, in arbitrio est iudicantis: pœnę verò persecutio, non est eius voluntati, mandatur, sed legis authoritate reseruatur. vt in capitul. iudicet. 3. quæstione. 7. & in. l. si operis. C. de pœnis. & in. l. prima. ff. ad Turpil. ¶ Sed illum textum intelligit ibi gloss. in dicto capitulo. si quem pœnituerit. in verbo, voluntati. sine causa: cum causa verò potest, vbi ex causa, ex persona, & ætate, & ratione scandali potest iudex arctare, vel pœnam augere. vt in. l. aut facta. §. vlt. ff. de pœnis. ex persona. vt in. l. capitalium. §. vlti. ff. eodem. Ætate, vt in capitulo. tanta nequitia. 86. distinct. ratione scandali, vt in capitulo. in primis. prima quæstione prima. Quas causas, & alias, ponit textus singula. in. l. 8. titul. 31. partit. 7. quem vi. & Paris de Puteo, in dict. tracta. syndica. in parte, cõpositio. folio. 96. numero. 4. in libr. portatil. vbi ait, quòd ex causa videlicet, ex persona, ex ætate, & tempore, & ex loco, ex rei conditione, ex delictorum vniuersalitate pœna mitigatur. ¶ Et hoc ante sententiam, vel in ipsa sententia, non autem post. vt in. l. cùm quærebatur. ff. de re iudi. & in. l. pœnam. C. de pœnis. & textus in. l. 2. titu. 22. parti. 3. versicu. la tercera. & textus in. l. 5. titu. 13. for. ll. libr. 2. & ibi Montal. vbi post latam sentẽtiam nil potest facere iudex, qui eam tulit, sed textus in. l. 3. eodem tit. & Parti. supr. allegat. ponit casus, in quibus iudex post latam sententiam potest moderare, & minuere sentẽtiam ex causa, scilicet, quando condemnatus in centum cameræ regis, est pauper, quia propter
6 paupertatem † potest minuere, quod ego pluries feci. Et est singularis lex ad misericordiam faciendam cum pauperibus delinquentibus, si post latam sententiam pauperes reperiuntur, & tantam pœnam non esse soluendo. ¶ Sed dict. l. partit. semper solitus sum intelligere in multa secus in pœna à iure statuta. vt tenet Bartol. hũc intellectum in. l. prima. ff. si quis ius dice. non obtem. numero. 14. & l. finali. C. de modo mul. in fine. & tenet summa Syluestri. in parte, sententia, numero. 5. & in. l. illicitas. §. fina. ff. de offi. cio præsi. *Et ibi Bal. in. §. præses prouinciæ: & ibi text. & gloss. tenet, ꝙ licet ille, cui facta est remissio efficiatur soluendo non debet exigi, licèt secus sit in illo qui cessit bonis, & Bar. ibi i principio & Angel. *Et vbi suprà per Syluestrũ: & tenet ad literam Alex. in. l. iudex. ff. de re iudic. numero. 3. vbi ait, quòd pœna, quæ imponitur per viam accusationis, tunc officium iudicis est mercenarium, deseruiens actioni intẽtatæ, ideo expirat lata sententia super pœna: vnde iudex pœnam per suam sententiam impositam remittere non potest, etiam pauperi. & idem tenet Abb. in capitul. licet. de pœnis. numero sexto. & idem Alexander in. l. acta. §. de amplianda. ff. de re iudicatã. numero. 3. vbi dicit, quòd est verum in pœna, secus in multa. ¶ Ex quo infert Ias. in. l. si quis id quod. ff. de iurisd. om. iudi. nu. 28. quod licèt sit regula, quod qui non habet in ære, luit in corpore. vt per gloss. ibi. & multa iura similia: est verum in pœna, quæ imponitur à iure limitata, & certa. Secus est in multa, quæ imponitur extra ordinem, arbitrio iudicis, quia illam potest iudex remittere propter paupertatem. vt in dict. l. partitæ. & Bartol. in. l. prima. in fine. ff. de pœnis. & Bal. in. l. certa ratione. in fine. C. quando prouoca. non est necess. & ita tenet Montalu. in dicta. l. partit. in prima gloss. & sic dicit; quòd intelligitur capitulũ. si res. 14. quæstione. 6. & capitulũ. Odoardus de solutio. & notat Abbas in capitulo. si specialis. de officio delegat. numer. 6. vsque in finem, vbi idem

tenet,

tenet, quòd potest ex causa paupertatis remittere multam, etiam iã impositã. ¶ Quod dicit
7 idem esse in banno †, quòd potest remitti propter paupertatem, etiam ex postfacto. Quod ego iam feci, per istum dictum Abb. & iussi tollere & remittere exilium, per me impositũ ad tempus anteaquàm compleretur propter dictã paupertatem. & per dictum Barto. in dict. l. illicitas. & idem tenet Barba. in dict. capit. 7. si specialis. colum. 5. & Ias. in l. centesimis. §. si ita stipulatus. in fine. ff. de verbo. obliga. numero. 17. ¶ Secus est in poena, quia post sententiam non potest remittere, nec diminuere. Quod dicit procedere, etiam si simpliciter condemnauit de delicto, & nil dixit de poena, quia immediatè venit poena iuris, vt in. l. prima. ff. ad Turpillia. & in dict. capi. si quem poenituerit. licet omnes allegent. §. notandum. illius causæ & quæstio. 2. q. 3. quod dicit esse verum, post factũ minuere non potest, quando est talis iudex, qui non potest dispensare in illo delicto, vt in capitulo. at si clerici. §. de adulterijs. de iudi. ¶ Et ꝗ poena imposita per diffinitiuam sentẽtiam iudex minuere, vel augere non potest, sine licentia principis, est text. expressus in dict. l. acta. §. de amplianda. ff. de re iudi. & ibi Bartol. dicit, quòd secus est in multa. & per Bald. in authentic. interdicimus. C. de epis. & cleri. & Paul. de Castro in l. quid ergo. §. poena grauior. ff. de his qui notã. infa. num. 11. & Ange. ibi in fine. & idem tenet Feli. in cap. qualiter, & quando. el grande. de accusa. colum. 20. versicul. ex hac Fallentia. & est textus singula. in. l. 9. tit. 31. par. 7. ¶ Quod dicit Bartol. in dicto. §. de amplianda, quòd est idem in ciuitatibus, quæ non recognoscunt superiorem, & in alio domino, ad cuius bursam poenæ fiscales veniunt, vt Comites, & Barones, qui habent regalia in aliquo loco, vel Comitatu. Sed
8 poenam infamiæ †, vel aliam non possint remittere, & tunc est necesse, ꝗ iudex rescribat principi, secundùm Angelum ibi. & sic alius quàm princeps non potest restituere famam. vid. Bar. & Pau. de Castr. in l. prima. §. de qua re. ff. de postulatio. & in. §. ait prætor. Secus in iudice inferiori, vt dixi: quia iudex non debet poenas statutas à iure differre. vt in. l. seruos. in fin. ff. de vi publica. aliàs punitur. vt in. l. prima. de priuatis delict. & in. l. finali. C. nec sanct. Baptis. reit. quòd non debet esse clementior lege, vt in authentica, de iudic. §. oportet. ¶ Quod est intelligendum verum. vt dixi, post sententiã. Ita quoque tenet Paris de Pute. in dict. tracta. syndica. in dicta parte, compositio. folio. 96. numero quarto, ante sententiam, vel in ipsa sententia secus: quia potest augere, vel minuere ex causa. vt ibi tenet dictus Paris de Puteo. Quæ causæ colliguntur ex. l. si quis aliquid. §. instrumenta. ff. de poenis. ¶ In criminibus leuibus iudex debet leuitatem exercere, in seuioribus seueritatem cum temperamento. vt in dicta. l. respiciendum. ff. de poenis. quia in poenis legalibus iudex potest dispensare, & misericorditer gratiam facere, vt Archidiaco. in capitulo. omnis. 45. distinctio. & Specula. in titulo. de lega. §. generaliter. ¶ Vnde obnoxium est virum statim pro vno delicto punire: quia magis est expectandus, & corripiendus, quàm puniendus. vt in capitulo. plerique. 95. distinctio. ¶ Et omnis iudex terrenus debet imitari Deum. vt in authentica. vt omnes obedi. iudic. prouin. §. eripiat. Sed natura diuinitatis pia est. de consecra. distinct. prima, capitulo. quia diuinitatis. ¶ Et hac de causa consulit Hippolyt. de Marsil. magnus practicus in sua practic. criminali. §. final. qui incipit occurrunt. numero. 7. quòd iudex semper peccet magis in clementia, quàm in crudelitate, & atrocitate: in dubijs potius absoluat, quàm condemnet. nam maiorem honorem consequitur iudex in absoluendo, quàm in condemnando. vt tenet Paulus de Castro. in consilio. 197. incipiente, Visa inquisitione. in fine. Et faciunt ea, quæ tenet Ancharran. in consilio. 23. incipiente, Visa inquisitione, vbi inuehitur contra iudices maleficiorum, qui anhelant ad condemnationem, quando per viam inquisitionis procedunt. & ita tenet Philippus Decius. consilio. 189. & quia iustius peccatur in absoluendo, quàm in condemnando. l. Item Mela. §. si plures. ff. ad. l. Aquiliam. & Philip. Decius cõsil. 175. col. vlti. & vi. l. 7. tit. 1. libr. 1. foro juzgo. & in. l. 1. ti. 1. libr. 12. eo. libr. ¶ Et hac de causa dicit Par. de Put. in. d. tracta. syndi. in ver. cõpositio. nu. 5. quòd quando crimẽ, nõ est liquidè probatũ, licet iudici poenam à lege statutam minuere antè sententiã, vt in. c. circunciliationes. 23. q. 5. & in capit. Innocens. 23. q. 4. & etiam si esset poena mortis: post latã verò non, nisi soli principi. vt Archi. vbi suprà. & quia in condemnãdo minor poena est eligẽda, vt voluit Cardi. Alex. in cap. rursus. qui cleri. vel vouen. 5. colũ. & Cæpola. in. l. si fugitiui. 6. & 7. colũ. C. de seruis fugi. & Nouazi. in sua sylua nuptiali. in vlti. charta. ¶ Et ideo consulit dictus Hippolytus de Marsil. vbi suprà, quòd quando eris iudex maleficiorum, ne cures seueriter ꝓcedere, nec semper imponas reo poenã mortis, etiam lege permittẽte: quia Christus dixit, Nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur, &

tur,& viuat.vt in dict.c.quia diuinitas.de pœn. distin. 1.& facit tex.in authentica.vt non luxu. contra nat.post principium.vbi dicit tex. misericordia Dei non perditionem, sed conuersionem,& salutem vult : & quia melius est errare in misericordia remittendi,quam in veritate vlcisci.tex.est in cap.allegāt.26.quæst.6. & quia scientia,quæ misericordiam vetat, fugiēda est. vt in ca.licet.45.distin.vt latè tradit dictus Hippolyt.¶Fatetur tamen supradicta non habere locum in committente enorme delictum , nec in famoso delinquente,seu in alijs. Et debet iudex recordari, quod ipse est homo humanus, & nō sanctus, & ante oculos habeat iustitiā cū charitate mistam ,& reminiscatur se moriturū, iuxta illud, Memorare nouissima tua,& in ęternū nō peccabis. Et iudex habeat misericordiā, maximè in nō enormibus delictis,quia est sibi arbitriū anteaquàm imponat. vt in.l. hodie. ff. de pœnis. Quia sicut potest imponere grauiorē quàm lex,potest imponere minorem. vt in d.l. &si seuerior. C.eod. de his qui not.infam.& Paul.de Castro in dict.l.quid ergo.§. pœna grauior.quando iusta causa facit, secus si iniusta. vt in exēplis positis in glos. magna illius.§.pœna grauior.¶Debet iudex tamen cauere, vt nō parcat malis:quia parcere malis,dicitur nocere bonis.gloss.in authentica.de manda. princip.§. quòd si delinquenti.in verbo , supplicium. col. 3.& probat text. in.l. 16.tit.4.partit.3.& tenet Ioann.de Plat.in.l.omnes iudices. C.de delato. lib. 10.vbi quoque dicit,quod iudex debet esse seuerus , & grauissimis afficere pœnis eos, qui in consuetudinem deduxerūt delinquere: quia propter consuetudinem delinquendi,potest alterari pœna à iudice de pecuniaria in corporalem, etiam si esset pœna imposita ab statuto ciuitatis,vel castri.vt ꝑ Salyc.in.d.l.& si seuerior. & dict.Plat.vbi suprà.¶Et ideo dixit Innocen. in capitulo primo.de constit.quòd ex causa licitum est leges transgredi †,& Paul. de Castro 9
in dict.§.pœna grauior.numero.2. dicit , quòd propter bonum publicum:quia multis grassantibus in eodem delicto,ad terrorem oportet aliquem grauius punire , vt alius abstineret. vt in dict.l.aut facta.ff.de pœnis.¶Sed cautus sit iudex,ꝙ in sententia faciat mentionem de causa, vt non puniatur;secundum Pau.de Castro.vbi suprà,numer.15.& Felin.in.d.capitu. primo.de constitu.column.29.versicul. ex prædictis adde.& Ludoui.Roma.in consilio. 184. incipiente,dubitatur primo.pe.colum.allegā do Innoc. in capitulo.præterea.de dilatio.& Oldra. consilio.287.&Roma.singula.77.Et idem tenet Feli.in capitul.qualiter & quando.§. ad corrigendos.de accusa.colum.7.vbi tenet , quòd quando iudicē reperitur alterasse pœnam iuris cōmunis,præsumēdum est in dubio, quòd hoc fecerit ex causa.Ita Specula.in tit. de accusatio.§. primo.versicu.quid si iudex ipsum.& hoc credo,licet Paris de Put.dicat, quòd non præsumitur in dict.tracta.syndica.in parte,licet dicatur. folio. 200. in numero. 4. vbi dicit, quòd talis causa debet apparere ex actis,vt non faciat litē suam:quia si non apparet ex actis, non præsumitur pro iudice ad ipsum excusandū.Et tenet Specula.in titul.de senten.§. primo.ver.est autem.numero.8.vnde dicit gloss.ordina. in cap. iudicantem.30.quæst.fin.quòd quando iudex supplet ex officio,incumbit ei probatio causę. ¶Sed causæ quare pœna minuitur, sunt hæ, scilicet senectus,vt in.l.secunda.ff.de termi.amot. & in capitulo.tanta.86.distin.& gloss. in dic.§. pœna grauior.quia nimis senex, habet sensum puerilem.glo.in.l.senectus.C.de donatio.¶Itē ratione ebrietatis.vt in dict.l.aut facta. §. delinquūt.ff.de pœni. ¶Itē est causa minorandi pœnam,quando multùm regi seruiuerat, vel coniurationem detexit.argumen.in.l.si quis.§. hoc quoque.ff.ad Sillania.¶Etiam si est minor ex defectu ætatis. vt in.l.auxilium. ff.de minor.§. in delictis.& capitul.fina.de sent. excommuni. in verbo,ætatis.& in capitul.primo,de delictis puerorum. Et hoc est in se verum, quòd licet minor post delictum efficiatur maior,debet puniri vt minor,de illo delicto facto tempore mi-
10 noris ætatis.† gl.est in.l.sciant. & ibi doctores. C.de legiti.hære.& Hippolyt. de Marsi.in.l.infans.ff.ad.l.Corne.de Sicar.numero.15.& in.l. de minore.vlti.columna.ff.de quæstio.quia ætas facit differentiam pœnæ. vt in capitul. hoc fit.26.quæstione vlti.*Et vi.singulariter Peregrinā in parte pœna.q.5.in gl.puer.vbi distinguit. * ¶Item si magister in discipulum peccauit.vt in.l.item quæritur.§.Iulia.ff.locati.¶Vel si coniunctus in coniunctum,non tamen ex inimicitia,vel odio.vt in.l.prima. C.de emēdatio. propinquo.Et Barto.in.l.vt vim. ff. de iustit.& iur.numero.4. tenet quòd omnis iniuria, quæ fit à parente vsque ad septimum gradum , non præsumitur animo inferendi iniuriam, ergo nō potest dici nisi licita. Et idem tenet Sebastian. Sapia.in additio.ad Abb. in capitul. cùm cōtingat.de foro comp.in additione. quæ est in.5.columna.numer.20.in parte.ordinarium. Quod extēdit, etiam si iniuria fiat fratri seniori.vt per Bal.in dict.l.prima.C.de emenda.propin.¶Tamen Paul.de Castro in.l.cùm oportet. C.de bo

nisq;

nisque libe. numero. 3. tenet, quòd grauior reputatur iniuria, quæ infertur à coniũcto, quàm quæ fit ab extraneo. Idem tenet Angel. in. l. cõductores. C. de delatori. & procuratori. siue autori. prædiorum fiscalium. lib. 11. vbi quoque tenet, quòd plus punitur delictum consanguinei, quàm extranei. Sed hoc intelligerem, quando procedit ex inimicitia, vel odio. vt in dicta. l. prima. C. de emenda. propinquo. & tenet Paris de Put. in dict. tracta. syndica. in parte, quot sunt. quæ faciunt pœnas à iudicibus alleuiari: folio. 201. vbi suprà dictas causas ponit, & quæ infrà sequuntur. Sed in dubio ratio sanguinis tollit præsumptionem iniuriæ. vt tenet Angelus in l. vestem. ff. de iniurijs. de quo vi. Angelum de Are. in tracta. maleficio. in parte, verba iniuriosa columna secunda. * Et delicta inter coniunctos puniunt̃ in atrocibus secus in leuibus, tenet Bal. in. l. si quis violauerit. ff. de rerum diuisio. & ratione coniunctionis sanguinis mitigatur pœna vel est arbitraria: vt Gregor. Lopez. in. l. 2. tit. 8. parti. 2. * ¶Quoque pœna minuitur, si nobilis ex virtute, vel dignitate peccet in ignobilem ex vitio, vel gradu. vt in. l. sed si vnus. §. quædã. ff. de iniurijs. ¶Item si maior in subditum ratione potestatis: vt domin⁹, pater, vel maritus. 11. quæstione. in capitulo, si dominus. ¶Item cùm plurimi sunt peccantes, quia tunc pœna est alleuianda. capitulo non potest. 23. quęstione. 4. capit. & quotiens. prima quæstione. 7. * Scilicet si sunt quadraginta & vltra: vt in. l. 50. titu. 5. part. 1. tamẽ maiores factores & principales sunt puniendi: vt ibi Bart. in. l. aut facta. §. non nunquã. ff. de pœnis. c. Romana nisi. de sent. excom. libr. 6, Abba. & Feli. de exceptio. Bald. in. C. imperatorum de iura. calum. Plat. in. l. vnica. c. vt nullus ex vicarijs prode. lib. 11. & glo. singula. in. d. c. comessationes. 44. dist. * ¶Item persona punientis, vt quia Præsidens est debilis, & imbecillis potentiæ, vt nequeat sæuiorem imponere pœnam. vt in capitulo, quidam. 33. quæstione. 4. ¶Item ratione personæ, vt quia receptauit consanguineum, vel affinem. vt in. l. 2. C. de recepta. vel aliàs peccauit pro salute proximi. vt in capitulo, si quilibet. 12. quæstione secũda & in. l. 2. ff. de recepta. quia affectio sanguinis multùm operatur. vt in. l. prima. §. largius. ff. de successo. edicto. & idem tenet Gandi. in tractat. malefi. in parte, de furi. & latro. 7. columna. numero. 14. loquendo in receptante affinem delinquentem, quia mitius punitur. & idem tenet Hippolyt. de Marsi. in singula. 210. vbi tenet, quòd pœna receptantis bannitum, non habet locum in receptante affinem. & Alexan. in consilio. 144. in secundo libro. ¶Quod ego extenderem in amico: quia ratione amicitiæ pœna minuitur: quia idem operatur maxima amicitia, quod operatur affinitas, seu coniunctio sanguinis. vt Barba. in capitulo. nisi specialis. de officio delegat. columna. 8. & Bartol. in. l. Titia. ff. de verborum obligatio. & vid. quæ dicam infrà in capitulo. 44. & quòd ratione amicitiæ potest iudex remittere pœnam. vt in capit. clerico. 50. distin. & capitu. veniam. 30. quęst. 9. de quo per Barb. vbi suprà in. d. c. nisi specialis. Quod debet intelligi de pœna, quæ applicatur sibi, vel pendet arbitrio suo sine magno detrimento aduersarij. & vi. glos. in. l. cùm allegas. C. de castrẽ. peculio. lib. 12. & gloss. in capit. pe. de testamẽ. num. 6. & gloss. & ibi Abb. in capitulo. relatum. de testamen. Cy. Alexand. & Ias. in. l. exigendi. C. de procurato. & Hippolyt. de Marsi. in repe. l. vnicæ. C. de raptu virgi. numero. 206. ¶Ego etiam extenderem in seruitore alicuius domini, vel famulo: quia ratione delicti commissi per eum, dominus eius mitius punitur: cùm talis famulus, & seruitor reputetur amicus: quia arbitrio iudicis relinquitur quis dicatur amicus. vt tenet Barb. in dict. cap. requisisti. de testa. colum. 25. ¶Item pœna mitigatur, vt quis ad meliorem vitæ frugem reducatur, capitul. conuenientibus. prima quæst. 3. ¶Item ratione personæ intercedentis, vel intercedentium, qui sunt multi vt in capitulo. prodest. 23. quæstione. 5. ¶Item ratione eius, in quem peccatur, vt si est excommunicatus zelo ecclesiæ. ¶Item ratione pietatis, nõ solùm præsentis, sed futuræ: vt propter filios nutriendos. vt in. l. 2. de his qui filios occide. C. & in. l. qui in prouincia. §. primo. ff. de ritu nupti. ¶Item ratione necessitatis: vt si ex præcepto superioris peccauit, quem aliàs iusta potest ratione timere. vt in capitulo. presbyteros. 50. distin. & in capitulo. sicut dignum. §. illis. de homicid. tunc enim pœna mitigatur, licet aliàs non teneatur sibi in atrocioribus obedire. vt in. l. ad ea. ff. de re iudica. & in. l. liber homo. ff. ad. l. Aquiliam. ¶Item causa vniuersalis reipublicæ vtilitatis. vt in. l. ad bestias. ff. de pœnis. & in cap. scias. 7. quæstio. 1. & per dictã. l. ad bestias. tenet Hippolyt. de Marsi. & per alia iura in sua practi. crimi. §. opportunè. nu. 6. quòd mors potest differri alicui, si est insignis artifex. & idem tenet Barba. in. d. c. nisi specialis. de offi. delega. col. 5. ¶Et Ias. in. l. debitoribus. nu. 16. ff. de re iudi. tenet quòd damnatus ad mortem, si populus petit dimitti propter aliquam eius præstantem virtutem, & magnam peritiam artis, vel scientiæ, propter quam est valde vtilis

 ciuitati,

ciuitati, tunc iudex debet superſedere ab executione, donec principi, vel ſuperiori conſulat & Ludo. Roma. in ſingu. 441. & idem tenet Iaſ. in l. 1. ff. de legi. num. 11. & 12. & dictus Hippo. de Marſi. in l. vnius facinoris. §. cogniturum. ff. de quæſtio. numero. 86. & Felin. in capitul. illud. de maio. & obedien. ¶ Item eſt cauſa minuendi pœnam, ſi delinquens, vel eius progenitores ꝓ republica multùm laborauerunt. argu. in l. honor. ff. de pœnis. ¶ Item cauſa ſimplicitatis, vel boni zeli, quibus delinquens inductus exceſsit vt in capitulo, ex tuarum de ſortilegi. nam ſimplicitati venia datur. capitu. ſcriptura. de conſecratio. diſtinctio. 2. ¶ Item cauſa ruſticitatis. vt in l. ſi quis id quod. ff. de iuriſdi. omnium iudicum. & in l. ſecunda. ff. de in ius vocan. ¶ Item cauſa nimiæ & importunæ humilitatis, quam peccans exhibet in ſupponēdo pœnam ſibi remitti. vt in capitul. importuna. de pœni. diſt. 1. ¶ Item cauſa vnitatis, quia peccans vna vice tantum exceſsit. vt in capitul. licet plerunque. 45. diſtin. ¶ Item cauſa infamiæ, & leuitatis. vt in l. prima. C. ſi quis impera. male. ¶ Item cauſa iræ. vt in capitu. ſi quis iratus. 2. quæſt. 3. ¶ Item cauſa debilitatis probationum: vt quia delictum non plenè probatur, ſed per indicia indubitata vt. d. Pari. de Pute. vbi ſuprà, cùm verſic. ſequentibus. vbi latè, an minuatur pœna ratione loci, temporis, & conſuetudinis, & ignorantiæ. Et de pluribus alijs in propoſito, quæ per te vide. & per Montaluum in dict. l. octaua titulo. 31. partita ſeptima. vbi in fine illius gloſſæ. ¶ Quoque tene, quòd cauſa ſubleuandi pœnam, & mitius puniendi eſt, ſi poſt delictum commiſſum ſtetit multum tempus in carcere: vel ſi cōmiſit delictum, & iam eſt multum tempus elapſum, quia mitius debet puniri, quàm ſi delictum eſſet recens. vt notat gloſ. in l. ſi quis diuturno. ff. de pœnis. Nam ibi non ex delicti frequentia excuſatur, ſed carceris, & accuſationis longinquitate reuelatur. & ibi Barto. & aliquid per Hippoly. de Marſi. in conſil. 87. ¶ Et ibi vid. an delicti accuſatio præſcribatur. gloſ. & ibi docto. in l. querelam. C. de falſis. & Abba. in capit. illud. de præſcriptio. numer. 23. & in capitul. licet. de proba. Et Roma. in ſingula. 182. & Abb. in d. capitu. licet. nume. 28. & 29. tenet, quòd actio criminalis non clauditur tempore. vt in ca. ccce. 24. q. 3. vbi habetur, quòd crimina vbicunque claruerint, punienda ſunt. & Bald. in l. fina. penultima columna. C. qui accuſar. non poſ. vbi vult, quòd in pœnis ſpiritualibus nulla currit præſcriptio. & Roman. in dict. ſingul. 182. allegando dict. Specula. in titul. de ſententi. §. quoniam. verſicu. & nota ſecūdùm canones. & tex. in cap. vere omnis. 30. quæſti. 2. quòd dicit eſſe notabil. & idem tenet Bartol. in dicta. l. fina. & Angel. & moderni in l. diuus. ff. de re iudica. & idem tenet Montaluus in dicta. l. parti. in fine. ¶ Alias cauſas, propter quas mitigatur pœna, ponit Boniſaci. de vitali. in tracta. malefic. in parte. de pœnis condemnationis & bannis. numer. 18. cum ſequentibus. & has ponit Felin. in dict. cap. qualiter & quando. el ſegundo. de accuſa. in §. in corrigendis. colū. 6. verſicul. ſed pulchrè dubitari poſſet. ¶ Et non ſolùm poteſt mitigare pœnam legis ex cauſa, verum etiam pœnam ſtatuti. vt tenet Abb. in cap. 2. de emptio. & venditio. in fine. & Speculato. conſcien. in primo tracta. cap. 99. & expreſsius idem Abb. in cap. fina. de conſtitu. fina. colū. numer. 12. & in cap. de cauſis. de offi. delega. nu. 16. vbi ait, quòd iudex ordinarius ex cauſa poteſt augere, vel minuere pœnam à iure ſtatutam, etiam ſi ſit præfixa ab ſtatuto municipali. & idem tenet Franciſcus de Aretio. in conſilio. 131. incipiente. Spiritus ſancti gratia. * Adde vnum quod eſt ſingulare in iſta materia. quòd ſi iudex condemnauit in minus quàm debet, & videns ſe erraſſe vt nō puniatur in ſyndicatu, conſilium eſt, vt communis ſyndicus reſtitutionem in integrum petat: cuius vigore poterit addi in pœna fiſcali, vt tenet Bald. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his q̄ nota. infam. 1. lect. col. 3. n. 5. in fi. verſi. ſed qd ſi iudex: quod inquit bene notādū: quē ſequitur Paris de Put. in tract. ſyndicatus, in parte cōdēnatio. fo. paruo. 81. & idem Amodeus. iuſti. in eo tract. ſyndica. in fi. tractatu. nu. 261. & hoc tene, licèt contrarium teneat ipſe Bal. in additio. ad Specul. in titu. de accuſatore verſi. quid ſi iudex. vt tenet Ferrara. cautela. 14 col. 4. * ¶ Quo
11 que tene, quòd iudex propter atrocitatem †, & enormitatem delicti, poteſt trāſgredi leges, & cōtra regulas iuris pronuntiare. dictum eſt Innocentij, in capi. 1. de conſtit. commendat enim Angel. in l. quod ſi nolit. §. quia aſsidua. ff. de ædilitio edicto. & Bald. in l. prima. C. de preci. impera. offeren. & in l. & ſi ſeuerior. & ibi Saly. C. de his qui not. infami. ¶ Sed Ludoui. Roma. in repetitio. l. ſi vero. §. de viro. 46. fallen. ff. ſolu. matrimo. non tenet dictum Innocē. ſed q̄ tunc ſuperior debet cōſuli. per tex. in l. diuus. in verbo, imperatori reſcribere. ff. de falſ. & facit text. in l. 1. §. ſi quis vltro ff. de quæſtio. ¶ Sed tu tene dictū Innocē. quia eū tenet Iaſ. in d. l. 1. C. de preci. imper. offe. & pro eo allegat text. in l. ſi quis filio exhæredato. §. hæc antē omnes. ad finem. vbi Bald. & alij notant. ff. de iniuſto rupt. &

& text.in cap.felicis.§.cæterum.de pœnis.in.6.
& tex.valde solēnis in.l.si hominem.ff.manda-
ti.quæ lex est vnica & singula. secundùm Bald.
in cap.1.8. col. vt lite non contestata. & per il-
lum text. notat Bald. in.l. omnes populi. ff. de
iusti.& iure.6.col.& limitat omnia iura canoni-
ca dicentia, quòd episcopus nil potest statuere
contra ius canonicum: quia inferior disponeret
contra.l.superioris. quod limitatur, nisi ex ma-
gna causa.& istam limitationē sequitur Panor.
& exclamat de ea in ca.dilecti.el vltimo, de ap-
pella.& in capit.at si clerici.§.de adulter. 5.colu.
de iudic. & in capit.studuisti. de officio delega.
& per.dict.l.si hominem.tenet Bald.in rubri.C.
qui admitt.ꝙ potestas ex causa potest transgre
di statuta, etiam iurata. Et per illã. l. tenet gloss.
in cap.tempora plenitudinis.26.quæst.7.quòd
si Papa iniungit alicui pœnitentiam: episcopus
quanuis inferior potest diminuere. & idem te-
net glos.in cap.latorem.22.quæst.3.¶Et per.d.
Innocen.tenet Bald.in capit.1.§.iniuria.de pa-
ce iura.firman.in princip. ꝙ si aliquis dedit ala-
12 pam † potestati, posset potestas facere eum fur
ca suspendi: quia tã ex magna causa licitũ est le
ges trãsgredi.sed Ias.in.d.l.1.dicit, ꝙ ipsa pote-
stas caueat, ꝙ hoc non posit, ne sit iudex in cau
sa propria per text.& ibi Innoc. in cap.dilectis.
de pœnis. & idem tenet Ias. quem vide in.l. qui
iurisdictioni.ff.de iurisdi.omni.iudic.nu.3. cum
sequenti. ¶Quinimo pro tali casu potest facere
nouam furcam, & in loco cõmissi delicti, vel an
te portam delinquentis eum ponere, & suspen-
dere eum.vt tenet Paris de Put.in.d.tracta.syn-
di.in parte, contumacia.fol.89.num.7. & Ang.
de malefi.in parte, vsque ad locum. & Hippo-
ly.de Marsi.in.d.l.vnius facinoris.§. cogniturũ.
ff.de quæstio.num.90.Et idem, ꝙ suspendatur,
si dedit alapam potestati, tenet Anto. Corset.in
reperto.ad Abba.in verbo, iudex.col.13.allegã
do Bal.vbi suprà. Et nõ sunt plures anni, ꝙ ego
ita in praxim deduxi, & iussi suspendere quen-
dam hominem nigrum in villa de Carmona in
Vandalia me iudice in ea assidēte per nostrũ Re
gem Carolum anno.1530.quia expilauit crines
& barbam algazelo, qui vocabatur Figueroa, &
fregit ei virgam iustitiæ, & accumulaui cũ hoc,
ꝙ ille suspensus erat homo malæ famæ, & sedi-
tiosus.per.l.1.C.de seditio.& erat quoq; raptor
mulierum.per.l.vnicã.C. de raptu virgi.& mo-
tus fui per.d.Bald.in.l.data opera. C. qui accu-
sa.non pos.& per dictũ Bonifa.de Vitali. in tra
cta.malefi.in tit.quibus de causis posit ad mor
tem condēnari.in.2.col.vbi tenent, ꝙ potest cõ
demnari ad mortem, qui manus intulit suo cētu
rioni. & idem dicit de potestate, & capitaneo.
arg. à simili in. l. milites. §. reuertens nullos. ff.
de re milit. ¶Item per. d. Innocen.in dict.capit.
de constitu.tenet Bald. in authen. sed nouo iur.
C.de seruis fugiti.quòd licet pro vnico furto nõ
potest quis furca suspendi, sed tria requiruntur
13 si tamen esset vnum furtum † multùm enorme,
posset furca suspendi, cùm æquipolleat tribus.
arg.& ibi Bald.in.l.si quis tres.§.fina. ff. de ex-
cusa.tuto. quia ex causa licitũ est leges transgre
di.& idem tenet Bald.in cap.1.§.iniuria.num.8.
de pace iura. firman. in vsibus feudo. & Angel.
in.d.l. ꝙ si nolit.§.assidua. ff. de ædilitio edicto
& Angel.Areti.in.§.ex malefic. Instit.de actio.
2.col.& idem Angel.in tractat.malefi.in parte,
vestem cælestem abstulit.vers. nunc sumpta oc
casione.nu.13.vbi dicit, ꝙ ita semel practicauit
Perusij. & Abba.in cap. inter alia. de immunit.
ecclesi.vlti.col.nu.31.vbi dicit, ꝙ dictum Bald.
est notabile. ¶Sed contra Bald.tenet Ioan.Ba-
ptista de Cacialupus in.l.cùm seruus.ff.de con-
ditio.ob caus. vbi ait, ꝙ pro vno furto magno
quis non debet suspendi.& dicit ꝙ ita fuit con-
sultum.& contra Bald.tenet Fulgos. Salycet.&
Paul.de Castro in.d.auth.sed nouo iure. & Ioa.
de Ana.in cap.fina.de furtis.& Bartol.in.l.eum
qui emit.§.idem dicitur.ff.de furti. & idem con-
tra Bald. tenet Augusti. de Arimi.in additio.ad
Angel.de Aret.in tracta. malefic.vbi suprà, vbi
ait, ꝙ sentētia Bald.nunquàm sibi placuit. & ita
obseruaret, si sibi casus obuenisset: quia non est
vrgens causa, ꝙ imponatur pœna mortis, tamē
si iudici videbitur, poterit minuere illam pœnã
statuti, & cõmutare in aliam pœnam minorem
circa mortem. Et istam partē contra Bald.tenet
Ias.in.d.l.1.num.4. C.de preci.impera. offeren.
& dicit, ꝙ est tenenda in consulendo & iudican
do. Quia quando in criminalibus reperiuntur
variæ opiniones doctorum, debet teneri mitior
legis interpretatione.vt in.l.sanctio legum.ff.de
pœnis.& idem tenet Ias.in.§.ex malefic. nu.12.
Institu.de actio. quia consideratur consuetudo
furandi, & non furtum. & per alias vrgentes ra-
tiones, quas ponit dictus Ioann.de Ana. in.d.c.
fina. de furtis. & ideo si quis faciat vnum furtũ,
statutum indulget sibi, & sic secundò idem, sed
tertiò non: quia certè pro vno furto non induci
tur consuetudo furandi.vt in.l.3.C.de episcop.
audi.& glo.in rubr.C.quæ sit longa consuet. &
contra Bald.est text.in.c. furtum. 14.q.vlti.vbi
est text.solēnis, quòd magnum obiectum excu
sat. & in. §. si vero. in authen.vt nulli iudicum.
vbi text.dicit, quòd non vult, quòd omnino vn
quã quis moriatur.& contra Bald. tenet Æneas

de Falço.in additio. ad Abb.In cap. at si clerici. de iudic.in additione,quæ est in num.8. in parte,mensurādam.vbi dicit esse contra Bal. tutiorem opinionem.& idem tenet Cepola, vbi dicit ꝙ contra Bal. est vera opinio in repeti. illius authen.Sed nouo iure.col.42.in fine, cum alijs sequentibus. Et idem tenet Alexan.in additio. ad Bal.in.d.authē.sed nouo iure. nu. 2.in parte, enormi. & dicit hoc verius: quia vt dictum est, dicit consuetudine ponderari furandi, & non furtum:& ꝙ enorme furtum dicitur, licet modicum,si tamen sit valde scandalosum. ¶Et dictū Innocē.in.d.c.1.de constitu.per quod mouetur Bald.dicit Saly.in.d. authenti. hodie.C.de iudi. non obstare: quia intelligitur, & procedit in causis arduis concernentibus statutū publicum reipublicæ, putà, si fuerit vna seditio in ciuita-
14 te,† licitum sit potestati transgredi leges,& facere suspendi sine processu.prout tenet dict. additio.Abb.in.d. c.inter alia. de immunita. ecclesiarum.in additione,quæ incipit,Per contrariam.& idem tenet Bald.in dict.c.1.de constitu. col.5.versi.extra nota.vbi ait, quòd quando periculum,& tumultum imminet, possunt pœna mortis culpabiles puniri absque vllo ordinato processu. Et facit quod tenet idem Bald.in.l.si quis violauerit. ff. de rerum diuisi. vbi in crimine seditionis deprehēsus, potest puniri absque ordine iudiciario.& vi.Bertachi.de firmi.in suo aureo reperto.in parte,iudex maleficiorū.versicul.50.*Idem tenet Grego.Lopez in.l.16.titu. 26.partit.2.* ¶Et in simili vi.Bart.in tracta. de præstan.Cardi.in prima basilica.col.21.vbi tenet,quòd propter euitandum scādalum potest sententia accelerari sine aliqua dilatione. per text.in.l.qui cædem.ff.de sicari. & per alia iura. Et idem tenet Hippol.de Marsi.in repeti. l. vnicæ.C.de raptu virgi.nu.93.cum sequentibus,& in consil.9.nu.19.&.93.vbi tenet,quòd repertꝰ in fragranti crimine, potest sine processu condemnari, & vt sedatur tumultus populi, potest pendente dilatione facere executionem corporalē.vt Augusti.de Arimi.in additio.ad Angel. de malefi. in parte, qui iudex statuit terminum defensioni.in additione fi. in fin.& Cataldi. in suo tracta.syndica.q.197.vbi hoc intelligit,si aliter tumultus populi non potest sedari. vt in.d. l.qui cædem.in fine. ff. de sicarijs. & per alia iura vt ibi per eum.& ꝙ contra repertum in fragranti crimine possit procedi ab executione: & si
15 est condemnatus,nō potest appellare.† vt Hippoly.vbi suprà.*Et facit,quia licet sentētia sanguinis est exequenda publicè & non occulte, nec de nocte,vt condemnati pœna sit multorū metus:vt in.l.5.titu.27.partit.3.& in.l.fi.tit.31. parti.7.est intelligendum nisi esset scandalum, vel forte timeretur ꝙ de familiæ manibus toleretur:vt tenet Grego.Lopéz.in.d.l.5.& facit.l. si quis filio exhæredato.§.hic autem nisi.ff.de iniusto.rup.& Bald.in.l.additos.C.de episcop. audi. & Bertachi. in suo aureo reperto.in parte iudex maleficiorum versi.50.vbi inquit, quòd ita vidit practicari.* ¶Sed de nostro iure Regio in casu Bal.quid tenendum? Montal.in.l.18.tit. 14.part.7.tenet opin.Bald.in.d.authen.sed nouo iure.versi.tertio.tenet.d.Bald. dicendo,ꝙ licet pro primo furto non debet suspendi, est verum,nisi sit vnicum furtum magnū, quod præualeat pluribus furtis paruis. & idem tenet in.l. 6.titulo.5.libro.4.foro legum. in glos.*mucra por ello.* ¶Ego in hoc tenerem, quòd si est furtum cū aggressura, pro vno delicto puniatur pœna mortis.per text. in.l.capitalium.§.famosos.ff. de pœnis.& Abba.in dict.cap.fi.de furtis.in fine.quia tunc dicitur enorme furtum. vt tenet text.in.d.l.18.parti.suprà allega.vbi ait, ꝙ fur non occiditur,nisi sit publicus pirata,aut vt per vim cum armis deprædetur,vel in aliena domo loco, vel ecclesia, seu loco religioso furetur, & quando perforauerit domum furti causa faciendi.vt in.l.6.foro legum,suprà dicta. ¶Tamen Montaluus in glo.d.l.parti.in.1.glo.in fine. dicit,quòd vidit seruare illam.l.fori, & etiam hodie seruatur.& idem tenet in.d.l.6.fori.in glo.2. vbi tenet, quòd pro vno furto multùm enormi fur debet mori: quia deprehenditur enormitas delicti,ex quantitate & qualitate furti, & ex animo delinquentis.vt in.d.l.aut facta.§.sed hæc minor. ff. de pœnis. Et idem habetur in.l.74. del Stylo vbi disponitur, quòd fur debet mori, si ascendat per parietem,vel fenestram, vel per alium locum supra tectū, ingrediatur domū ad furandū. Et idē est, si cū claue,vel cū effractione arcā aperiat. Et idē si reperiatur ianua aperta,& inuentus est latens in domo. Quæ lex Styli est singul.& vi.tex.in.l.qui pignore.§.qui ferramēta.ff.de furtis.& in.§.pen.Institu.de obliga.quæ ex delicto nascun. ¶Sed inquātum.d.l.Styli, in fine tenet,ꝙ si est absconditus in domo, debet
16 mori.† vid.tu Francis.de Aretio.in.l.possideri. §.si rem.ff.de acquiren.posse.vbi limitat singulariter illā.l.in fine: & tenet, ꝙ si fur est inuentus in domo, non tamen mouit aliqua de loco ad locum,ꝙ tunc nō puniatur pœna mortis. de qua in dicta.l. Styli, sed punitur extraordinariè per text.in.l.sacculari..in princip.ff.de extraordi.crimi, quē ad hoc secundū eum allegat Bald. in.l.si qs nō dicā rapere.C.de episc.& cler. & tenet

nota

net sing.Cataldi.in tract.synd.nu.141.tom.14. tract.fol.199.vbi singulariter.*Et late per Thomã Grammati.consi.36.nu.16.&.17.*¶Et sic, ꝗ.dict.l.Styli in fine, dum loquitur, quando est absconditus in domo, ad hoc quòd moriatur, requiritur, quòd amoueat aliquã rẽ de loco ad locum, aliter non debet mori, licet in domo causa furãdi inueniatur, & ingrediatur. ¶Et vltra istos casus contentos in.d.l.parti.& fori, & Styli propter vnum furtum licet magnũ, non potest quis suspendi. Et ita credo, & teneo cum limitatione Francis. Areti.in. d. l. possideri. & postea reperi Catal.in tract.syndica.quest.196.vbi idẽ tenet, quod Franciscus de Aretin.per.d.l. saccularij.§.1.suprà allega.vbi tenet, quòd non punitur vt fur, sed debet dãnari in opus publicũ: vel si iudex vult, potest condemnari communi pœna fustigationis, vel suo arbitrio, quando iste, qui intrauit domum vt furtum committeret, non commisit, quia non potuit. ¶Sed quid si a-

17 liquis apponit scalas ad domum, † ad muros, vel ad fenestras alicuius? Dic quòd si hoc facit causa violandæ castitatis, est pœna mortis. vt in.l.si quis non dicam rapere. C. de episcop. & cleri.secus si mulier non sit casta, sed meretrix: tunc tamen punitur extra ordinem crimine iniuriarum: & hoc verò crimen regulariter est extraordinarium. tenet Bald. in. l. si quis violauerit.ff.de rerum diuisi. Quod dictum Bald. dicit Angel.quotidianum, & notandum.in. §. sancte quoque. Institu. de rerum diuisi.in fine. vbi dicit, quòd licet sit arbitrarium, potest ita esse atrox iniuria, vt etiã mors veniret imponẽda, vt Bal.in.d.l.si quis violauerit. nam arbitrium à lege datum in maleficio, potest se etiam vsque ad mortẽ extẽdere, si sit factũ multùm graue. §.pe. Insti.de iniur. ¶Attamẽ licet ex causa possunt iudices transgredi leges, vt dictum est, hoc non

18 habet locum † in Correctoribus, nec in eius locum tenẽtibus, quia sunt iudices inferiores: sed habet locum in magistratibus maioribus, vt sunt magistratus perpetui, vt Episcopi, Marchiones, Comites, & similes: nõ autem in potestatibus terrarũ, quia iurant seruare leges, & statuta.secundùm Bald.in authen.hodie iurant. C. de iudic.vbi suprà limitat dictum Innocent. in d.c.1.de constitu. ¶Imò secũdùm Saly.ibi, maioribus magistratibus nõ licet, nisi in casibus arduis publicum statum concernentibus. & idem tenet Hippoly.de Marsi.in sua practi.crimin.§. diligenter.nu.176.vbi dicit, ꝙ secus est in minoribus. vt sunt potestates terrarum: quia tales nõ possunt leges, statuta, nec consuetudines transgredi. & idẽ tenet Ias.in.d.§.ex maleficijs.Instit. de actio.col.2.nu.16.vbi tenet allegãdo Roma. ꝙ in transgrediendo leges, debet consuli superior per.l.diuus.la segũda.ff.de falsi. Et licet Ias. vbi suprà dicat, quòd ille tex.non probat, Hippoly.vbi suprà dicit, ꝙ rectè probat. Et idem tenet in sing.244.vbi dicit, ꝙ parcat sibi Ias.quod bene probat: & dicit hoc esse menti tenendũ: quia in hoc multi iudices errant, credentes sibi licere transgredi leges, statuta, & cõsuetudines. ¶Sed Bald.in.c.3.ad finem.de re iudica. & in.d. cap.de constitu.3.col.aliter tenet, dicẽdo, quòd maiores magistratus, præsides, & potestates ciuitatum, & sic Correctores, & eius locum tenẽtes, quia habent merum & mixtum imperium & altam iurisdictionem, possunt leges transgredi: & quòd dictum Inno.defendit assessores, qui pro bono publico quandocũq; statuta trãsgrediuntur, prout tenet Ias.in.d.l.1.& in.d.authen. hodie iurant. & Bald.in cap.Obertus.in quibus causi.feud.amittatur.nu.2.in vsi.feudo. Et sic videtur, quòd isti Correctores, & eius locũ tenentes, qui regunt ciuitates, & villas, ex causa possunt augere pœnã, trãsgrediẽdo leges, quicquid dicat Bald.in.d.authent.hodie iurãt. & Hippoly.in dicta practi. quia hoc tenet Paris de Pute. in dicto tracta.syndica.in verbo, iudex an si iudex mandat aliquid, fo.141.nu.19. vbi questionem supradictam altercat, & remanet cũ dicto Innoc.& quòd eius dictũ habeat locum in potestatibus, & iudicibus terrarum, licet inferiores dicantur, per.d.§.pœna grauior. Nam, vt ipse dicit, si requireretur superioris licentia, nõ esset in potestate iudicis, vt dixit Innocen.quia propter facti atrocitatem multa permittuntur, quæ aliàs non permitterentur. ¶Et hac de causa propter criminis inhumanitatem punitur animal,

19 † & homo rationalis cum eo.vt in cap. mulier. 15.quest.1.vbi pro concubitu cum animali bruto, fit punitio vtriusque ad facti memoriam. vt tenet Beatus archiepiscopus Floren. in. 2.parte tit.1.cap.25.col.2.& Leuiti.18.&.20.ca.& tex. in.l.2.titu.21.parti.7.in fine. ¶Et sic ratione in

20 humanitatis criminis corpus mortuum, † quod non potest post mortem suspendi, vel pœnis subijci, potest suspendi, vel bestijs subijci aut comburi. vt dictus Paris de Pute.vbi suprà. nu. 20. ¶Sic ego teneo cum.d.Pari.de Pute. quòd dict.Innocen.habeat locum in iudicibus infe-

21 rioribus propter † enormitatẽ delicti licitum sit leges transgredi.& idem tenet Philippus Deci. in regula.in ambiguis pro dote.§.quotiens.ff.de regul.iur.vbi tenet, quod per illud dictũ Innoc. infert Bald.in.l.si quis filio. §. illa autẽ.in fine.ff. de iniusto rupt.quòd propter metũ periculi, vel

 scandali

ſcandali interdum permittitur magiſtratibus leges tranſgredi.& idem tenet Bald.in.l.obſeruari.§.proficiſci.q.11.ff.de offi.procõſul.& lega.& facit text.in.l.ſi hominem.ff.manda.& ibi Bar.& Roma.in conſi.428.& Bald.in.l.clari.C.de fideicõmiſ. ¶Ad quod non obſtant ſupradicta adducta in cõtrariũ,ſcilicet,ꝙ poteſtas iurauit ſeruare ſtatuta,& leges:quia intelligitur, niſi iuſta cauſa ſuperueniat:quia in iuramẽto ſemper intelligitur clauſula, rebus ſic ſtantibus. vt in.l.ꝙ ſeruus.ff.de conditio.ob cauſ.da.& quia quæ de nouo emergũt,nouo indigent auxilio. vt in.l.de ætate.§.ex cauſa.ff.de mino.& in.l.fi.ff.qui ſatiſda.cogant.& Bar.in.l.ambitioſa.col.3.ff.de cre.ab or.faci.& in cap.fina.& ibi Abba.de tranſacti.& Alexan.in.l.nemo poteſt.ff.de legat.primo.& poſtea inueni Feli.quaſi omnia congerentem.in.d.cap.1.de conſtit.col.26.verſicu.Fallit ſeptimo regulam.¶Et ibi in colũ.27.tenet,ꝙ iudex, qui ex aliqua euidenti vtilitate
5 † est consensus. Et in quarto casu dicit, quòd quando consensus est authoritatis, seu defensionis magis peccat consentiens defendendo, & authoritatem præstando, quam faciens, & magis puniendus. vt in dict. capit. qui aliorum. Sed in cæteris casibus non. vt. in. d. gloss. Idem vult tenere gloss. in. dict. capitul. qui consentit. inquantum dicit, qui consentit, scilicet per cooperationem, & authoritatem. & gloss. in. dict. cap. notum. & sic intelliguntur iura contraria, dicentia, quod magis punitur consentiens, quã agens, scilicet quando consentit per cooperationem, & authoritatem. ¶ Et quoque dicta gloss. procedit in crimine hæresis & atrocioribus delictis, quia magis peccat consentiens defendendo. vt gloss. in cle. 1. de pœnis. in parte,
6 defensauerit. ¶ Idem dico † in non reuelante crimen læsæ maiestatis, quia videtur consentire, & ab eo committi, qui in simplicem scientiam incidit, licet nulla operatio, vel factum interuenerit. vt in. l. quisquis in fine. C. ad. l. Iuli. maiesta. Et quòd ex sola scientia quis teneatur ex tali delicto, & ex pluribus alijs, notat Bart. in. l. vtrum. ff. de parrici. & plenè Saly. in. dict. l. si quis. §. ad quod.

sentirã q lleuar a sus officiales mas dere

¶ Tamẽ hoc est verum, dummodo sciat, & ꝓbare posit, alias non punitur. tenet. Feli. in. cap. de cætero. fin. col. de re iudi. Tamẽ opi. Bart. & Saly. seruatur in practica. prout tenet Ang. in tracta. malefi. & ibi August. de Arimi. in additio. in parte, & chai tradito la tua patria. ver. quod crimen. numer. 10. vbi per eos. ¶ Et intellige quod punitur. s. si non reuelauit. vt ibi. de qua reuelatione. vi. per Feli. in. ca. quãtæ de senten. excõ. in verbo. si extra gl. & l. 5. titu. 2. part. 7. * Et vi. & cogita, qui vt inquit Feli. in. di. cap. quantæ allegãs Bald. in quodam consil. ꝙ anima Bar. est sepulta in inferno propter suã opinionem & eorum qui sequuntur eam. & curia Pisana lib. 2. capi. 26. col. 3. * Et an per simplicẽ sciẽtiam quis incurrat in crimine læsæ maiestatis & puniatur. vi. latè Hippolyt. de Mar. in. d. l. vtrum. ff. ad. l. Pompe. de parri. vbi in. num. 6. tenet hoc non procedere in sacerdote, cui fuit dictum in confessione aliquod maleficium fiendum: quia licet non reuelauerit, non cadit in pœnã: vt in. capi. omnis vtriusque sexus. de pœnit. & remi. & ibi doctores. & an non reuelãs crimẽ puniatur, vid. quæ posui in. c. 52. infrà eo. in gl. incurra. ¶ Sed noster tex. inquãtũ tenet ꝙ cõ-
7 sentiens punitur, † intelligit glo. vbi est tex. similis in dict. capitulo, quantæ. de senten. excõmunica. scilicet per cooperationem, præstando authoritatem, quia tunc eadem pœna punitur faciens, & consentiens. & sic debent intelligi verba ista, vbi inueniuntur, & iura suprà allegata. quod notat ibi Abb. pro singulari. nu. 5. pro statutis punientibus consentientes certo facinori, vt illi dicantur consentientes, qui cooperãtur ad delictum, saltem præstando authoritatẽ. Secus videtur in eo, qui adhibuit præsentiã nõ authorizabilẽ, nec cooperatiuam, etiam si poterat obuiare, & non obuiauit. quod videtur cõtra supradicta, vbi magis puniuntur consentiẽtes præstando authoritatem, quàm agentes. ¶ Sed certè tex. ibi in. d. capitul. quantæ. in fine, videtur tenere contrarium. Nam ille text. non intendit punire autoritatem præstantes, sed non obuiantes, cùm possunt, secundùm Abba. & Feli. ibi, ideo tene dictam distinctionem

nem glo.in.d.capitul. 1. de offi.delega.quam approbat Feli.vbi suprà,& ibi Barb.in.gl. magna. ¶Et ibi in versic.qui ratione potestatis. notat, quòd habens potestatem contra alium,& vidēs eum percuti,& non prohibens habetur pro cōsentiente,& faciente.Et ponderat ad vnamvalde singulare dictum Bart. † in.l. illicitas. ff. de officio præsi.vbi dicit,quòd si potestas,vel officialis vidit rixantes.& non mittit familiā, licitè potest propter hanc causam deponi. & ita expresse notat Bald. in.l.nullus. versi.Itē nota argumentū C.de summa Trin.& fide catho.& in l. 1.§.quies.ff.de offi.præfect.vrbis.& fuit originale dictum Cy.in.l.seruus.C.de noxali. Quod dictū dicit Feli.in.d.c.quantæ.esse intelligendū sanè duob⁹ cōcurrētibus.s.nisi misisset ad aliud faciendū.& si videt rixam adeò magnam,ꝙ nō possit sedari per illos de familia. ¶Sed videtur, ꝙ iste text.ad Correctores † consentientes non extendatur,etiam si pœna imponatur ipso iure quia hoc est potius ex interpretatione,quæ nō habet locū in statuto,vbi fictus,& interpretatiuus intellectus non habet locum.vt in.l.3.ff.de negotijs gestis.& in.ca.in nostra.de iniurijs. & Abb.in.d.c.quantæ.nu.3.& sic,ꝙnon extendatur ad cōsentientē.Idem tenet Abb.in.c. si culpa. 1.col.de iniurijs.&Anto.in.c.fina.de pactis. col. 1.sed istud est verum,quando verba statuti dirigūtur in personam,putà si quis fecerit sic,secus si dirigerentur in rem,putà,si factū fuerit tale quid,quia comprehendit etiam consentiētes prout in text.nostro cauetur ibi, lleuar.ita notat Bar.in.l.is qui opem. ff. de furtis. & text. & Bart.in.l.aut qui aliter.§.fina.ff. qui vi aut clā. & Paul.de Castro in.l.si necessarias.§. de vēdendo.ff.de pign.actione.& Feli.vbi suprà, in prin. ¶Quoque intellige, nisi lex, vel statutum ex-

10 presse disponat † contra consentiētes,vt in isto text.ibi.ni consentira.& in dictis iuribus, suprà allega.quia tūc in eis habet locum dicta pœna. Ad idem facit tex.in.l. 13.titu.33.de regul.iur.

11 par.7.vbi tenet,ꝙ si dominus † videt fieri malum,& non vetat,cùm possit,videtur cōsentire Facit tex.in.l.quid ergo.§. 1.ff.de his qui not.in fami.& in.l.scientiam. in princi. ff.ad l.Aquili. &.C.de noxali.l. si seruus. Et illa regula habet locum secundum Montal.ibi in. d.l. parti. siue dominus pōt prohibere de iure, siue de facto. vt in.l.in omnibus.ff.de noxalibus. & cap. qui alios.de hæreticis.& gloss.in dicta.l. scientiam. ¶Sed ad hoc,vt isti Correctores de consensu te-

12 neantur,oportet ꝙ sciant, † quòd sui officiales extorquent,& recipiunt istas expensas vltra in dicto aranzel contentas,vel ꝙ sint pręsentes dū eas recipiunt,& intelligentes.arg.glo.in.l. pen. C.de errore aduocato.in vers.præsentibus,&intelligentibus.& facit.l.nō multum.ff. de authoritate tuto.& quod dixit Bar.& docto.in.l 1. ff. de verb.oblig.ibi,vtroq; loquēte,& sermonum efficaciam intelligente.& quod tradit Bal. in.l. testium.C.de testi.nu.8.& ibi Barb. in additio. & Abb.in.c.peruenit.el.2.de testi.cogen. quia si sunt præsentes,& intelligentes, ꝙ extorquēt vltra hic contenta,& tacent, & dissimulāt errores suorum officialiū, est præsumendum cōtra eos.nam error,cui non resistitur, approbatur. vt in.c.error.83.dist.c.qui prodest.&Abb.in.d. c.qui alios.Quod intelligit non solùm in errore fidei,sed etiā in quolibet errore.nam errare pręsumitur,qui errantibus,cùm potest,nō resistit. Sicut quoque dicitur nō carere scrupulo societatis occultæ,qui manifesto facinori desinit obuiare.vt in præallega.c.qui potest. ¶Sed text. noster dicit,ꝙ,tenetur, etiam si ad sui notitiam

13 † non peruenit. ibi, *aunque diga que no lo supo.* & est fortis text.vt quis teneatur ex ignorantia facti.Et potest esse ratio: quia vt dicit Paris de Pute.in tract.syndi.in parte,iudex, an si iudex. fol. 141.nu. 17.iudex nō debet pati illicitas extorsiones,imò ex officio supplere.vt in.l.vbi pactum.ff.de trāsa.& in.l.illicitā.ff.de offi. præsi.

14 ¶Hoc quoq; credo esse:quia † sicut consanguineus tenetur scire facta cōsanguinei. vt. in.l.octaui.ff.vnde cogna.& Pau.de Cast.in l. auūculo.ff.de cōditio.sine causa.nu. 2.& idē latè in.l. de tutela.C.de in integr.restitu.mino.licet hoc sit verum in iuribus sanguinis.vel naturæ,secus in consistentibus in facto:quia scientia nō præsumitur,nisi probetur.vt Bal.in.l. quoniam. C. de iure delibe.& Feli.in.c.Petrus.de homicid. 1 col. ¶Ita vicinus præsumitur scire facta vicini. vt Abb.in.c.quosdam.de præsumptio.nu. 1. & Feli.latè in cap.literis.eod.tit.& Bar.in.l. is potest.col.5.versicu.videamus.ff.de acquiren. hæredi.& Pala.Ruui.in repeti.c.per vestras.de donatio.§. 18.fo.65.co. 11.n.32. sed hoc dicit Bar. in.d.l.is potest.Si erat fama in vicinia,tunc vicinus præsumitur scire facta vicini,aliàs non. Et licèt hoc reprobet Alexan.& Ias.sequitur Sebastianus Sapia.in additio.ad Abb.in.c.quosdam de præsump.in prima additione.vbi Alex.quoque dicit limitari,nisi vicinus,vel cōsanguineus velit probare contrariū, vel nisi cōsanguineus, vel vicinus esset infirmus.Et habet locū in his, quę verisimiliter consueuerūt esse nota consanguineis, aliàs secus, vel nisi eius esset nouus, quia iste potest prætendere ignorantiam. ¶Sic

15 præsumitur,quod Correctores † sciūt facta suorum

16 rum officialium: quia potestates † ciuitatum & sui familiares donec sunt in officio, dicuntur esse ciues illarum ciuitatum. tenet Ioann. de Pla. in. l. ciues quidem. C. de incoli. lib. 10. nu. 2. & latè Paris de Pute. in. d. tracta. syndica. in parte, ciuilitas. fol. 77. ¶ Et tenet Cataldi. in tracta. syn-
17 dica. q. 21. vbi ait, † ꝙ officiales, durãte officio, & tempore syndicatus, debent tractari tanquam ciues, & in eis statuta ciuitatis de ciuibus loquẽtia habent locum. vt in. l. 1. ff. ad municip. & magistratus municipales appellantur potestates. & hoc tene, licet Albericus de Rosa. in. 2. parte statu. q. 177. in fine. tenet contrarium, dicens, ꝙ Rector non dicitur ciuis. Quod intellige in alio iudice, quàm in electo à principe: quia electus à principe, siue à domino loci, vel villæ, efficitur ciuis, & sic sunt ciues, & habitatores: sed intellige quoad honores, secus quoad onera. vt glo. in cap. fi. de parochijs. in parte habitatores. Tamen deposito officio. desinit ciuitas illa. per dict. l. ciues. suprà allega. & Andre. Sicul. consi. 23. vbi quoque dicit, ꝙ est idem in prælato, qui ratione prælaturæ est ciuis, qua deposita, desi-
18 nit ciuilitas eius. ¶ Ex quo infertur, † quòd pro delicto commisso in officio debet puniri pœna ciuium, vbi alia pœna est in Forense, quia est caput ciuium: & ideo debet eodẽ priuilegio gaudere, quo sui ciues gaudent. argu. l. quoad statutum. ff. de testamen. mili. ¶ Et quòd sit ciuis dũ est in officio, est glo. in. l. fi. C. de incolis. & idem est in eius officialibus, & familiaribus, quia eius priuilegio gaudẽt. vt in. l. 1. C. de episco. & cleri. & in tantum est ciuis, quod offendens officialẽ, punitur pęna parricidij. vt dictus Paris de Put. vbi suprà. ¶ Quod facit ad illud, qđ tenet Bald. in cap. ex parte Adę. in. 2. col. per gl. ibi, de testi. quòd stante statuto, ꝙ quilibet possit accusare intelligitur quilibet de populo illo statuentiũ, non autẽ de populo extraneo. prout refert, & sequitur Ias. in. l. si fideiussor. §. si necessaria. ff. qui satisdare cogantur. & glo. in. l. fi. & l. is qui reus. ff. de publicis iudicijs. & Bald. ibi. & Institu. de publi. iudi. in princi. & in. l. 1. §. per consequens. ff. de suspec. tuto. & per Bart. Bald. & Imol. in. l. cum. C. qui accusa. nõ poss. & Alex. in. l. in prouinciali. §. fina. nu. 2. ff. de noui oper. nuntiati. contrarium tenet Ioan. de Plate. in rubri. C. de iure fisci. lib. 10. num. 2. vbi tenet, ꝙ quilibet admittitur ad accusandũ de crimine publico, etiã de populo alieno. & est glo. in. l. 2. §. pen. in verbo, actoris. ff. ne quid in loco publico & eam dicit singula. Ioann. de Anani. in cap. qualiter & quando. el. 2. de accusa. 8. col. versi. 2. nota. ꝙ nõ parochianus. & idem tenet Feli. in. c. dilecti. de maiori. & obedien. col. 3. nu. 2. in fine. dicendo, ꝙ actio popularis competit etiam illi, qui nõ est propriè de populo, sed credo, quòd Ias. non est cõtrarius, quia loquitur in pœna statuti, in qua non admittitur, nisi sit de illo populo, vbi est tale statutum. Secus est in pœna legis generalis regni, quia tũc habet locum quod dicit glo. Plat. & Feli. & sic non sunt contrarij. ¶ Et talis familia potestatis comprehẽditur sub dicto statuto.
19 & potest accusare, † & habere cõmodum applicatum accusatori per dictum statutum: quia dicuntur ciues, dum sunt in officio, vt dixi, & hoc teneo. licet Ange. in. l. debitor. ff. de pigno. vult tenere contrarium, dicens quod positus in loco ad tempus, nõ dicitur positus in loco, nec de loco. vt in. l. ex facto. ff. de hæredi. institu. §. rerũ. & ideo Forenses studentes, non dicũtur esse de loco, vbi studẽt, sed in loco, cùm studere in ipso debeant? Quia hoc non obstat: quia loquitur in priuato, & non in illis, qui officia publica habent. vt colligitur ex dictis per Pari. de Puteo vbi suprà in parte, statutum. ¶ Et quoque tenet contrarium Bal. in sua practi. crimi. in tit. de. q. circa statuta. q. 12. vbi finaliter cõcludit altercãdo pro vtraq; parte hanc. q. ꝙ stante statuto,
20 ꝙ de tali maleficio liceat cuilibet accusare, † & ꝙ accusator habeat tertiã partem, quòd si officialis curiæ, vel familiaris potestatis accusauerit de tali maleficio, non recipiet dictam tertiã partẽ ab statuto concessam, eo quia Corrector, seu potestas recipit salarium per se, & omnibus famulis suis, quo debet esse contentus. vt in authẽ. de iureiuran. Quod præsta. ab his. in princi. Itẽ quia lex cauet, quòd id, quod capitur ab hostibus, efficiatur capiẽtis. vt in. l. si quid. ff. de capti. & postlimi. re. & tunc si milites armatæ militiæ, qui recipiunt stipendia à republica, capiant aliquem ab hostibus, nõ ideo efficitur eius seruus. Et idem dicit seruandum fore in officialibus, & familiaribus terrarum. argu. in. l. nec quid. ff. de incẽd. rui. naufra. & tenet Hierony. Caluilon. in additio. ad Angel. in tracta. maleficio. in parte, ad querelam Titij. num. 43.

¶ Sed practica cõmunis est in toto regno in cõtrarium: & sic, quòd si iudex ex officio procedit vel eius algazelus, vel familiaris accusant, percipiũt dictam partem, quæ accusatori pertinet. Sed contrarium debet hodie seruari, quando iudex ex officio procedit, & non ad petitionem suorũ officialiũ, vel aliorũ, per quãdã pragmaticã factã per nostrũ principẽ Philippũ nomine patris sui Caroli in curijs, quas habuit Valissoleti anno. 1548. l. 45. in qua cauetur, *q̃ si el juez procede de officio, y condenare en alguna pena q̃ pertenezca al*

ca al denunciador, que el juez no pueda lleuar la tal pena que al denunciador pertenesce. Sed hoc intelligerem, quando lex applicat partem pœnæ iudici, ex eo quod sententiã tulit: quia tũc partes, quę pertinent ad seipsum, & accusatorem, non põt sibi vendicare,

chos de los q̃ en el aranzel de aquella

& attribuere. Secus si nulla pars condẽnationis iudici applicatur: quia tunc bene poterit partem accusatoris sibi sumere, si ex officio procedit, cùm inquisitio, & officium iudicis succedat actioni. vt Bart. in. l. infamem. ff. de publi. iudi. & Paul. de Castro. consi. 59.* Et Bal. in. l. 2. C. de edẽdo nu. 25. inquit, ꝙ inquisitor repræsentat partẽ vbicunque permittitur inquisitio, & idem Peregrina. in parte inquisitio. gl. 1. in fin. & est tex. in. l. 11. titu. 2. lib. 1. ordi. in fin. & vi. Peregrin. in parte denuntiatio. colu. 7. versi. quæro de quæstione, vbi tenet, ꝙ licèt per statutum debeatur medietas pœnæ accusatori, ꝙ etiam debetur denuntiatori: quia delator dicitur accusator, & qa vtriusque idem est effectus, tamen credit hoc verum in denuntiatore voluntario, non in necessario. i. qui necessitate officij sibi iniuncti, facit vt est fiscalis: quia præmium nõ debet habere nisi caueatur in statuto, vel edicto, seu præconio: nam turpiter dicitur accipere cum gratis facere teneatur, & quòd debeatur denuntiatori tenet Alberi. in. l. accusatorum. §. incidit. ff. ad turpilia. nu. 2. & idem Alberic. in. l. diuus Adrianus. ff. de custo. reo. nu. 7. affirmans ꝙ iudex qui procedit ex officio per inquisitionem contra aliquẽ succedit loco accussatoris, & videtur capere formam accusatoris & locum partis secundum Abb. in. c. proposuisti. de for. comp. nu. 3. per tex. in. c. ad nostram. la. 2. de iur. iur. & cap. qualiter & quãdo de accusa. tamen hodie familiaris iude. non potest denuntiare, & si denuntiet non habebit partem denuntiationis vt in pragmatic. 30. de Madrid. anno. 1557.* ¶Quoque potest esse ratio nostri text. quòd teneantur etiam si ad sui notitiã non perueniat, quia
21 sunt simul in officio: & illi qui † sunt simul, videtur vnus alteri auxilium dare. vt est notabil. dictum Innocen. in capitulo. continentia. de cleri. percusso. vbi Innocen. quoque dicit,
22 quòd qui est armatus † cum alijs, licet nullum actum faciat, dicitur dare opem. quod dicit Baldus menti tenendum. in. l. raptores. C. de episco. & clericis. & in. l. 1. columna. 2. de serui. fugiti. & in. l. 1. vltim. charta. C. vnde vi. & Felin. in capitulo, sicut dignum. de homic. columna tertia. versicu. septimo & vltimo. vbi hoc extendit etiam si manus ad arma non moueat, dicitur præstare opem. vt ibi latè per eum. & etiam si armatus est à remotis. si per eum efficitur audacior, & offensus timidior. vt

ciudad, villa, o prouincia q̃ es a su car-

Baldus in. l. non ideo minus. C. de accusa. tertia columna. & per Angel. de Aretio. in tractatu malefic. in parte dictus Andreas armatus. in principi. & ibi per Augusti. in additio. ¶Et facit illud, quod tenet
23 Hippolyt. de Marsil. in singula. 400. † vbi ait, ꝙ ad hoc, vt scias quando aliqui dicantur auxiliatores, vel socij alicuius delinquentis, vt possint puniri de auxilio, vel ope, oportet quòd ad hoc fuerint principaliter adunati, seu in simul congregati, vt sunt Correctores, & sui officiales in officio, qui sunt congregati ad exercendum iurisdictionem, & rempublicam gubernandam. per textum. quem allegat dictus Hippol. in. l. 3. §. homines. ff. vi bonorum rapto. & dicit, quòd si omnes delinquentes apparent fuisse in rixa, tunc omnes sunt puniendi. de quo per Bartol. & Hippoly. de Marsi. in. l. in rixa. ff. ad. l. Cornel. de sica. ¶Angel. tamen dicit in. l. Grachus. C. de adulte. quod associans ad delictum perpetrandum, non punitur de homicidio, si principalis licitè occidere poterat, licet ipsi associantes non. ¶Et quòd associantes excusentur, est verum, quando paruerunt, quia erant filij, vel serui, vel vasalli, secus in alijs. vt ibi per Angel. ¶Qualiter autem puniantur, qui præ-
24 bent auxilium, † cõsilium, & fauorem, vide bonum text. in capi. cùm homo. & in cap. si quis. cum sequenti. 24. quęstio. 5. & cap. qui aliorum. 23. quæsti. vlti. & capit. periculosè. de pœniten. distinctio. 1. ¶Et si occidi aliquem, an socij, qui
25 † mecũ erant, puniantur? Vide Inno. & docto. in. c. sicut dignum. de homicidio. & quod notat Bart. in. l. si vendidero. §. raptorem. ff. de furtis. & in dicta. l. fina. ff. de sicarijs. & latissimè per Alexand. in additio. ad Bartolum. in. l. is qui opem. ff. de furtis. & Bartolus. in. l. in furti. §. ope. & l. furtum. ff. eodem. titulo. de furtis. ¶Et
26 si aliquis facit delictum ad commodum † alicuius, licet non perueniat ad sui notitiam, an teneatur? Bartolus. in. l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. ff. de noui oper. nunti. tenet quòd sic, loquendo in familia iudicis verberante appellantem à sententia iudicis, quia præsumitur facere de mandato iudicis. De quo vid. per Abba. distinguentem. & ibi Ioannes. de Ana

lii.capitul. Petrus diaconus.de homici. vbi mul tas fallentias ponit Feli. & latissimè per Barba. in dict. capitulo. 1. de officio delega. columna. 8.cum sequentibus. vbi concludit, quòd vera
27 † conclusio est, quòd delictum famuli impute-tur domino, si cedit ad commodum domini. Vel posset dari distinctio

go fueren puestos,[r] so pena que los pa-

vt ibi per eum, scilicet, Aut dominus, seu cōsanguineus sciuit delictum futurum, & potuit prohibere, & non prohibuit, & tunc imputetur sibi delictum. Aut ignorauit, & tunc non imputetur. Aut sumus in dubio, an sciuerit vel ignorauerit, & tunc quando factum est successiuum tunc præsumitur scientia. Aut est momentaneum, & tunc præsumitur ignorancia. vt Abb. in.capitu.constitutus. de testib. & Bart. & do-cto.in dict.§.si quis ipsi prætori. ¶ Vide tu Alexan.in consilio.69.num.6. in secundo volumi.
28 vbi tenet, † quod delictum factum à filio in re concernente causam patris, præsumitur factum de voluntate patris. Quod dicit saltem esse verum quando aliqua alia præsumptio iudicaret contra patrem. & idem tenet Hippolyt.de Marsil.consilio.3.nume.18.

SVMMARIVM.

1 *Expensas litis quomodo debet iudex accipere. Et quid si habet salarium.*

r Puestos. r Ex isto tex.patet, quòd ex regula iuris expensarum,
1 debet iudex dictas † expensas percipere, secundū regulā, seu aranzel suæ iurisdictionis, & nō secundum aranzel regale. ¶ Et ad hoc dico, quod in prouincijs, vbi plus iudices percipiunt vltra in dicto aranzel regali contenta, ꝙ ea nō debēt percipere, sed secūdum dictum aranzel regale. Et in prouincijs, vbi minus est consuetum percipi, illud debet obseruari, & non dictum aranzel regale, quia in hoc est consuetudo seruanda & ita tenet pragmatica in.d.arāzel contēta.qua si in princip.quā per te vide. ¶ Et an valeat consuetudo in oppositū, vide infrà.ca.7. in gloss.2. ¶ Et nil amplius debet recipere à partibus, nec esculētum, dummodo habeat salarium, ex quo sibi satisfieri potest.text.in authen. scriptū est exēplar. vt iudic.sine quoquo suffragi. colla. 2. & glo.ibi in verbo, auaritiā. & gl.in.§.sunt præterea.Institu.de publi.iudic. Angel.in.d. authē. §.nulli.tenet, ꝙ ille tex.est contra Rectores ciuitatū, qui per castra, & villas mittunt eorū milites ad locorū cōseruationē sumptibus rusticorum.quia puniuntur.vt ibi. & Ioann. Fab. in.l. omnes cognitores.C.ad.l.Iuliā repe. Idem tenet, ꝙ iudices salariati nō possunt recipere esculentū. Et quòd iudex ordinarius salariatus non debet habere esculētū.

gue cō las setenas,[s] aunque digan que

tenet glos.& ibi Fab.& Nicasius de Voerda. in §.plebiscitum. Institu. de iur. nat. gen. & ciuil. nume.4.& glo.in.c.non licet.11.q.3.& in.c.militare.21.quest.1.alia in.c.cùm ab omni.de vita & honesta.clerico.vbi tenet, ꝙ ordinarius nunquam debet habere expensas: nam ideo stipendia, idest, salaria sunt ei constituta. Imò dicit, ꝙ etiam si de mandato principis ad aliam prouinciā proficiscitur, debet expendere illa quæ domi expenderet.vt in authen.de mād.prin.§.illud tamen.colla.3. Sed in hoc senatores consilij regalis iubent, vt habeat. 300. dipōdia pro vnaquaq; die, dum proficiscitur extra suam prouinciam, seu iurisdictionem ex commissione eorum. Vide quæ dicam in.c.9.infrà eodem: in gl. 1.& in.c.6.in glo.salario.

SVMMARIVM.

1 *Simplum, an in septenis contineatur.*

s Setenas. s Quia furi æquiparatur. vt in.l.2.tit.13.foro legū lib.4 & Institu.de obliga.quę ex delict.nas. ¶ Sed an
1 in istis septenis † simplum contineatur, & sic expensæ datæ vltra in dicto aranzel contētæ.tex. in.§.quadruplum.Instit. vi bonorum rapto.tenet, quòd in quadruplo inest rei persecutio, vt pœna triplisit. Ias.tamē in.§.sic itaq; discretis. Instit.de actio.4.notabil.dicit, quod in duplo, vel quadruplo, in quo condēnatur fur, non continetur simplum, & sic res ipsa furto subtracta, & sic duplum, vel quadruplū est tota pœna. ¶ Sed in rapina, & violentia dicit esse secus: quia in ea in quadruplo continetur simplum, & sic rei persecutio. & idem tenet Iaso.in.§.ex maleficijs. in princ.eodem titulo de actio.numero.17.&.18. Et ratio diuersitatis dicit esse secundùm Ioann. Fab.ibi.3.columna.quem sequitur ibi Angel.2. columna.quia magis frequentātur furta, quàm rapinæ, & sic grauius puniuntur, vt magis arceātur.vt in.l.aut facta.§.fina. ff.de pœnis. ¶ Et licet Iaso.in ista ratione cogitet text.in.l.18.tit.

14.part. 7. vult eam tenere, loquendo in fure: & quod in eo pœna dupli, vel quadrupli, in qua condemnatur, non continetur simplum. Et hac de causa semper in casu isto quando proceditur contra iudicem, simplum in quadruplo vel septenis computo: quia cum sint in officijs, magis videtur mihi rapina, quàm furtum. & nõ inducitur omnimoda similitudo. arg. eorũ, quę notat Bart. in l. pessimum genus. ff. de recepta. * Et facit quod tenet Faber. in l. mulier. C. de sponsalibus & Speculato. in titu. de emptio. & vendi. versicu. quid si non fecerit, & text. in l. hoc edicto. §. quærentibus. ff. de public. & vectigali.

SVMMARIVM.

1 *Ex ignorantia an quis teneatur.*

2 *Disposita in sciente, habent locum in scire debentem.*

3 *Scire dicitur aliquando per vehementem opinionem.*

4 *Ignorantia crassa & supina non excusat.*

5 *Ignorans non peccat. num. 8.*

6 *Officialis, qui ignorauit delictum, in syndicatu excusatur.*

7 *Scientia in factis domesticorum & suorum officialium præsumitur.*

Valet statutum, quod ignorantia non possit allegari.

9 *Correctores indagare tenentur factum suorum officialium: & in hoc ignorantia iuris non toleratur.*

19 *Excusatio non potest esse pastoris, si lupus oues comedit, & pastor nescit cùm teneatur inquirere, & curam de ouibus suis habere.*

11 *Facta nobilium personarum præsumuntur nota alijs.*

12 *Prælatus quantumcunque bonus, & sanctus, in se potest grauari, & deprimi ex subditorum excessibus, quos negligenter omisit incorrectos.*

13 *Idem est in patre negligente corrigere excessus filiorum.*

14 *Iudices & rectores dissimulantes ea, quæ praue geruntur ab officialibus suis, puniuntur.*

Et idem est in alijs officialibus.

t **No lo supierõ.** t Nota text. ꝙ quis ex ignorãtia tenetur. † de isto tex. dixi latè suprà in gl. *Ni consentir lleuar.* ver. sed text. noster dicit, vbi, vsq; in fi. ¶ Sed Paris de Pute. vult contrariũ in d. tract. syndi. in parte, rectores. fol. 116. n.

1

no lo supierõ, t Yno

2. vbi ait, ꝙ extortũ à familiaribus potestatis nõ præsumitur extortum cũ eius scientia. vt in. ca. cùm ad sedem. de restitu. spolia Bal. in l. ad inuidiã. C. ꝙ metus caus. nisi esset coniectura verisimilis ad propositum, putà, quòd cõmoditas, quæ prouenit ex tali, peruenit ad potestatem. Et ideo dicit Hostien. ꝙ dominus etiam ecclesiasticus tenetur de violentia per homines suos illata. Quod dicit verum secundùm Ioan. And. quando res, in qua est violentia cõmissa, peruenisset ad dominum, vel quando dominus mandasset, vel ratum habuit. Et idem si fuissent positi ad custodiam illius territorij. Ideo dominus agri tenetur de violentia in eo illata, si sciuit, & potuit prouidere, & nõ fecit. vt dictus Paris de Puteo. vbi suprà. Sed in text. nostro contrariũ cauetur, & credo ꝙ sit speciale in nostro casu: quia prætores debent scire ea, quę officiales sui

2 faciunt: quia disposita in sciente, † habẽt locum in scire debentẽ. vt Bal. in c. 1. §. vassallus. in tit. si de feud. fuerit cõtrouers. inter domi. & agna. num. 1. per text. in l. quod te. ff. si cert. petatur. & in l. pe. C. de pericul. tuto. vbi quoque tenet,

3 quòd aliquando † quis dicitur scire per vehemẽtem opinionem consonantem substantiæ veritatis. l. cùm quidã. §. quod dicitur. ff. de acquir. hæredita. ¶ Quæ vehemens opinio ex inmediatis indicijs nascitur. vt doctores in. l. dolum ex insidijs. C. de dolo. & l. milites. §. oportet. C. de quæsti. & in talibus delictis & similib⁹, quia

4 est † ignorantia crassa & supina, non excusat. vt in. l. nec supina. ff. de iuri. & facti igno. & in. l. 1. ff. de abigeis. & Bald. in. l. error. C. de iuri. & facti igno. 2. col. nu. 7. & Dy. in. l. 1. §. certè. ff. de vẽtre inspi. & l. de ætate. §. fina. ff. de interroga. actio. l. quid si fugitiuus. §. apud labeo. ff. de ædilitio edicto. & Bart. in l. fi. ff. si quis testa. liber. ¶ Contra hoc facit, quod tenet Innocen. in ca. nouerit. de senten. excõmu. in fine. vbi tenet. ꝙ

5 ignorans † non peccat. vt in. l. 2. C. ne sacr. baptist. reite. & ff. de pœnis. l. vlti. & l. 1. C. de sicarijs. ¶ Et facit illud, quod tenet Bart. in. l. qui-

6 cunque. C. de serui. fugi. in fine. vbi ait, † quòd officialis, qui ignorauit delictũ, in syndicatu excusatur. Tamen dictum Bar. licet in se sit verũ, cum intelligo, quando cõtra ignorantem de iure con

re contrarium nõ sit dispositum, vt in isto text.
7 quia præsumitur scientia † in factis domesticorum, & consanguineorum. vt tenet Bal. in. d. l. quicunque. 1. col. num. 3. & dixi supra in gl. ni consentira. num. 14. licet dicat, quòd sępe cõtrarium euenit. nam nescit seruus quod facit dominus suus. vt in. l. eius qui in prouincia. in fine. ff. si cert peta. & nescit soror quid ordinauerit frater. vt in. l. quoniam sororem. C. de iure delibe. & nesciunt absentes, quid faciant præsentes. vt in. l. fin. de decret. ab ordi. fac. ¶ Et sic per istum text. & per supradicta probatur, quòd valet statutum. quòd ignorantia non possit allegari, & idem tenet Bal. in. l. 1. ff. de legibus. nu. 6. & Bar. in. l. diuus. in prin. ff. de falsi. de materia per Alexan. saltem remissiuè in. l. de pupillo. §. nuntiationem. ff. de noui ope. nunti. num. 15. vbi dicit hoc verum, nisi allegaretur ignorantia iusta, vel nisi offerretur probatio in continẽti. vt in. l. status. C. de his qui sibi ascrib. & vide Abb. in. cap. ad falsariorũ. de crimi. fal. nu. 1. & 7. & ibi Ioan.
8 de Anania numer. 1. ¶ Nec obstat dictũ † Innocen. in. d. c. nouerit. quia ipse dicit ibi, quòd licet ignorans nõ peccet, tamẽ punitur. qui ignoranter peccat. Et ideo mitius agitur cum ignorãtibus ius positiuũ. vt in. l. 2. C. de in ius vocan. quàm cùm ignorantibus ius naturale. vt Inno. in ca. cum illorum. de senten. excõmu. per text. in. c. gaudemus. de diuorti. ¶ Et quia isti Correctores non possunt allegare ignorantiam. vt in l. quod vulgo. ff. pro empto. & text. in. l. fin. & ibi Bar. ad hoc notat. ff. pro suo. vbi in facto alieno tolerabilis est ignorãtia: quia tales Correcto-
9 res tenentur indagare † factũ alienum, & sic suorum officialium: quia in hoc nõ toleratur ignorantia iuris in facto alieno. vt tenet Ias. in. l. si res obligata. ff. de legatis primo. col. pe. nu. 36. vbi ait, ꝙ quãdo quis tenetur indagare factum alienũ ratione officij sui, tũc præsumitur illud scire nec toleratur ignorantia. tex. dicit esse notabi. in ca. innotuit. circa finẽ. in verbo, nec probare cogimus ignorantiã. de electio. iuncta gl. & ibi notat Abb. 3. col. & ad idem est tex. in. c. quanuis. & ibi Abb. de regu. iur. vbi dicit text. ꝙ non
10 potest esse pastoris † excusatio, si lupus oues comedit. & pastor nescit, cùm teneatur inquirere, & habere curam de ouibus suis. & idem notat Domi. in. c. vt circa. in verbo, super huiusmodi. de elec. in. 6. & est glo. ibi. & idem Domi. in. c. 2. in verbo, scienter. de tẽpor. ordi. lib. 6. & Abb. in. c. fina. de confessio. vlti. colum. & in consili. 180. quod incipit, in. q. quæ ad præsens vtitur. quia potestas debet velle certiorari qualiter in officio sui Comites & officiales se habeãt, alias ipse tenetur, cùm eos in officio præposuerit: licet eos exhibendo liberetur, maximè si ei possit imputari culpa in non eligendo idoneos. tenet Ioann. de Plate. in. l. cùm ad quamlibet. C. de conditis in public. horreis. lib. 10. in fine. Et
11 facit † quod tenet Iaso. vbi suprà. nu. 37. vbi dicit, ꝙ fallit in factis nobilium personarum, quia ista præsumũtur nota alijs: vnde de facili nõ admittitur allegatio ignorantiæ. vt in. ca. tuã. & ibi Abba. de ordi. cogni. in primo notabil. & facit quod vult glo. notabi. in. l. si tutor petitus. C. de pericu. tuto. ¶ Sed sic est, ꝙ officium iudicis est nobile. vt in. c. 2. de offi. iud. & ibi Abb. & doct. & Specula. eod. titu. §. 1. & Azo. in summa eod. titu. Ergo iudex, qui exercet iurisdictionem, & sic factum nobilium personarum: Imò exercet factum regale, debet scire factum suorum officialiũ, qui exercẽt eandẽ iurisdictionẽ. & ignorantia eos nõ excusat. ¶ Ad idem facit, quod tenet Abb. in. c. licet Heli. de simoni. nu. 2. vbi di-
12 cit, † ꝙ prelatus quantuncũq; bonus & sanctus in se, potest grauari, & deprimi ex subditorum excessibus, quos negligẽter omisit incorrectos. ipse enim videtur eos occidere nõ corripiẽdo. vt in cap. ephesis. 43. distin. &. ca. irrefragabili. de offi. ordi. & ideo prælatura non est modicũ onus: cùm necdum sibi, sed etiam alijs oportet quòd sit bonus. vt in. c. episcopatũ. 8. quæst. 1. & prælatus quandoq; ex hoc punitur, non solùm æternaliter in alio seculo, sed etiam in isto morte violenta, & tẽporali. Ex quo infertur, ꝙ propter peccatum citius quãdoq; quis moritur nec cõplet dies suos. Iuxta illud Psalmistę. Viri sanguinum non dimidiabũt dies suos. gloss. in c. episcopi. 11. quæst. 3. ¶ Et idem, quod dictum
13 est in prælato, dicit idem esse in patre † negligẽte corripere excessus filiorum suorum. tenetur enim ad hoc. c. ad duo ista nomina. 23. quęst. 4. & in. §. necessitate. 47. dist. & cap. nõ putes. 24. quæst. 5. ¶ Et facit quod tenet Ioann. de Plate. in. l. placet. C. de excusa. mune. libr. 10. in fine.
14 vbi ait, quòd iudices, † & rectores dissimulantes ea quæ prauè geruntur ab officialibus suis, puniuntur. vt in l. pręcepit. C. de cano. largitio. lib. 10. & vbi quoque dictus Plate. est enim quidam tacitus consensus negligendo inductus, ꝙ minus punitur, quàm faciens secundũ Plat. ibi. in. d. l. placet. quem vide in. 3. & si. notabi. Et facit in simili quod tenet Ioan. de Pla. in. l. omnes iudices. C. de delatori. lib. 10. & Bar. in. l. vnica C. public. læti. lib. 12. vbi dicũt, ꝙ officiales, qui maleficia dissimulatione nõ puniunt, sunt acriter puniendi. Et ad idem facit, quòd tenet idem Plate. in. l. 1. C. de fundi. & salti. lib. 11. vbi per illum

illum text. dicit, quòd facit ille text. contra caprarios, & saltuarios, siue custodes agrorum cō stitutos à communitatibus, qui videntes alienas bestias damnum dantes, recepto pretio, denuntiare, vel accusare omittunt, quia sunt grauiter puniendi. Et Plat. in l. 1. C. de desertori. mi li. lib. 12. nume. 3. ait, quòd eadem pœna imponitur magistratui, & eius officialibus, qui pœnas per leges statutas gratia, vel dissimulatione pertranseunt. Et nimirum: quia si iudex repertum non vindicat facinus, tegere vt conscius criminosa festinat. vt tex. in l. 2. C. de commer. & mer. lib. 11. vt per Plate. in d. l. 1.

SVMMARIVM.

1 *Iudex curiæ regis, siue alius ordinarius, vel delegatus, seu iudex appellationis, dona aliqua à litigantibus, vel eorum nomine nullatenus exigant seu recipiant, aliàs puniuntur.*

2 *Munus est triplex.*

3 *Dona etiam à sponte dantibus non tenetur iudex recipere.*

4 *Iudex debet seruare præ alijs manus mūdas Deo, regi, & legi.*

5 *Iudex qui dona recipit, tanquam infamis, & periurus eijciatur à curia, & amplius non sit prætor nec habeat officium, nec honorem in domo regis.*

6 *Munera excæcant lumina sapientium, & mutant verba iustorum. num. 11.*

7 *Iudex magis æstimabitur, si dona non recipit, licet de iure recipere possit.*

8 *Officiali, qui mundas habuit manus, multum fauet imperator.*

9 *Inquisitio scrupulosa non debet fieri contra iudicem, qui habuit manus mundas, & de barateria non diffamatur.*

10 *Munus paruum, an possit iudex recipere.*

12 *Munus paruum, vel magnum, attenditur secundum qualitatem & conditionem dantis.*

13 *Munera magna, vel minima quæ dicantur, arbitrio iudicis relinquitur.*

14 *Officialis recipiens mutuò pecuniam, an committat barateriam.*

15 *Dona an possit iudex recipere finito officio.*

16 *Probatio sufficiens contra iudicem recipientem munera, quæ sit.*

17 *Fuga iudicis tempore syndicatus, facit semiplenam probationem, adeo quod de furtis, & baraterijs, & extorsionibus probantur per iuramentum eorum, qui de eis conqueruntur.*

18 *Talis fuga reddit suspectum iudicem, adeò, quòd possit contra eum perueniri ad torturam.*

19 *Fuga officialis, facit eum haberi pro confesso, & conuicto in omnibus his, in quibus erat inculpatus. num. 21.*

20 *Fugere faciens quem de carceribus, tenetur integre soluere omne debitum creditoribus, etiam si talis debitor denuo apprehendatur, & ad carcerem reducatur.*

21 *Officialis ex fuga potest condemnari sine alia probatione.*

22 *Contra officialem fugientem ratione non reddita, creditur sacramento agentis, nisi fuisset reductus etiam inuitus ad locum vnde fugit. numero. 23.*

24 *Casus, in quibus licet officiali fugere tempore syndicatus.*

25 *Fugere non debet officialis tempore syndicatus, etiam ad ecclesiam.*

26 *Successor in officio si viderit vel sciuerit officialem depositum recedere, & non prouidit eum tenere, in syndicatu ipse tenetur.*

27 *Probationes contra officialem debent esse claræ, & euidentes, si à syndicatu non fugit: ideo sacramentum in supplementum probationis deferri non potest.*

28 *Testes plures singulares deponentes per se de furtis, & baraterijs, & extorsionibus, an probent contra iudicem.*

Quid sit furtum, & barateria in casu isto.

v 1 Dadiuas. v Similis textus in. l. 7. titul. 15. lib. 2. in ordina. regali, vbi habetur, quòd iudex † curiæ Regis, seu quiuis alius ordinarius, vel etiam delegatus ciuitatum, vel locorum, vel iudex appellationis, seu supplicationis dona aliqua, aurum, argentū, pecunias, pannos, belluas, comestibilia, seu alia quæcunque à litigantibus, vel eorum nomine nullatenus exigant, seu accipiant: iudex verò contrarium faciens, officium perdat, & alius, vel alterius officij penitus fiat indignus: & quod

& quod accepit, cum duplo restituat regis cameræ: in super arbitrariè, aliàs per regem puniatur secundum doni, quod recepit, quantitatem qui text. est singula. Concordat cum eo text. in l. omnes cognitores. C. ad. l. Iuli. repet. & in authen. demāda. princi. §. oportet. coll. 3. l. plebiscitum. ff. de offi. presi. * Et Peregrina in parte iudex. q. 5. in. glo. recipiet. * & cap. statutum. de rescrip. in. 6. §. insuper. vbi glossa dicit, quòd

recibiran dadiuas,

2 triplex est munus, † à manu, à lingua, & ab obsequio: & ab istis debet iudex se abstinere. vt glossa & docto. in capi. cùm ab homi. de vita & honesta. clericorum. & in. c. & si quæstiones. de simo. & Speculato. in titu. de legato. §. 1. versic. sed quid si. & Barto. in. l. lex Iulia. §. 1. ff. ad. l. Iuliam repet. & notatur in authenti. de iureiuran. quod præsta. ab his. in gl. ¶ Tamen Rex potest dare licentiam iudicibus, vt ista dona recipere possint. tenet Restau Castel. in tracta. de imperatore. quæst. 11. versi. 198. foli. 74. tomo. 5. tra-

3 cta. ¶ Quod extende, quòd etiam † à sponte dātibus ista dona nō tenetur recipere. vt tenet Paris de Pute. in tractatu syndicat. in parte, consiliarij. folio. 194. in princip. vbi latè de ista mate

4 ria. ¶ Quia oportet iudicem sine omni † suffragio præ alijs omnibus mundas seruare manus Deo, Regi, & legi, & nullum contingere lucrū, & cætera. vt in authenti. de mādatis princip. §.

5 oportet. colla. 3. ¶ Aliàs iudex, † qui dona recipit, tanquam infamis, & periurus eijciatur à curia, & amplius non sit prætor, nec habeat officium, nec honorem in domo Regis. vt Montaluus in. l. 2. titul. septimo. libro. 1. foro legum. in glos. fina. & legitur. Iob. capitul. 8. Ignis deuorauit tabernacula eorum, qui libenter munera recipiunt. vt refert Archi. in capitul. quis rectè. 11. q. 3. & tenet Lucas de Pen. in. l. ad splēdidioris. C. de diuersis offi. lib. 12. allegando Iob. cap. 15. ¶ Et vide Paridem de pute. in suo tracta. syndi. in parte, consiliarij officiales. folio. 194. in libro portat. numero. 2. vbi quoque ait, quòd periculosum est illa à litigantibus recipere: quia non dant cum charitate, sed per corruptionem: & qui dant iudici vnam gallinam, dant cum intentione. vt habeant ab eo bouem: & dicunt rustici, quod encænium intrat per portam iudicis, & diabolus exit per fenestram. Et satis lege antiqua prohibētur munera, vbi dicitur, quòd

6 munera † excæcant lumina sapientium, & mutant verba iustorum. Et licet modica sint, rustici solent dicere, Ego portaui ei vnam gallinam, & feci quicquid volui: & ideo incurritur infamia, & nō sunt recipienda. Quia qui dat, putat polluere mentem iudicis, qui mundas debet habere manus. vt in authen. vt iudi. sine quoquo suffragio. §. necessitatē. & §. illud. colla. 2. & ma-

7 gis iudex † æstimabitur, si nō recipiet dona, licet de iure recipere possit. Ergo, dicit dict. Par. de Put. à muneribus cauete, & precauete, & estote contenti stipendijs vestris: quia virtus augebitur, & iustitia munda erit. Nam imperator

8 † multùm fauet officiali, qui manus mundas habuit. vt in. d. §. necessitatem. & §. illud. vbi pollicetur præmium alterius officij. ¶ Quod habet locum in consiliarijs alicuius principis capitanei, vel iudicis, vel Admirāti. vt singular. Bald. latè in consilio. 503. in. 4. volumi. ¶ Et vide tu quoque dictum Pari. de Pute. in. d. tracta. in parte, syndicatur iudex. foli. 35. vbi etiam dicit allegando Ambro. quòd munera à iudicibus affectari, insidere miserrimus animus consueuit. Et facit text. in. l. properandum. §. sint autem vtraque. C. de iudic. & qui aurū diligit, nō iustificabitur. Ecclesiastes. 31. per totū. Hodie verò secūdùm dictū Pari. de Pute. vbi suprà in regno cupiditas satis abundat: ibi quidem imperat aurū, iudicat argētum, remouet passio, promouet affectio, silent Leges & Canones, ratio & æquitas proscribuntur: & ibi nullus quantum mereatur sed omnis quātum dare sufficiat æstimatur: ibi omne tribunal principis expugnatur: ibi nulla integritas, nulla fides: ibi ad iustitiā reddendam non iustus Deo quæritur, sed magis cōtra Deū pecuniæ venerantur: vnde iudices magis potentibus, quàm iustitiam postulātibus deferūt. vt in dict. authen. vt iudi. sine quoquo suffra. §. si

9 verò. ¶ Et cōtra iudicem, qui in officio † habuit manus mūdas, & non diffamatur de corruptione, vel barateria, nō debet fieri scrupulosa inquisitio. vt tenet Ange. in. d. authē. vt iudi. sine quoquo suffragio. §. oportet. col. 3. & Paris de Put. in dicto tract. in parte. per syndicatores. in principi. folio. 18. ¶ Sed quid si munus est paruum?

10 † Domi. in dict. cap. statutum. §. insuper. 1. col. dicit, quòd ex paruo munere, quod consistit in comestibilibus, non præsumitur iudex corrumpi in iustitia administranda. vt in. d. cap. si quæstiones. de simoni. & sic videtur, quòd possit recipere poculētum, & esculentū, quod est illud, quod est potabile, & comestibile, & quòd possit cōsumi paucis diebus. vt dicit ibi tex. & Ioa. Andre. & Domi. & talia minima potest recipere, vt vnum par gallinarum, vt glo. in. l. 9. titu. 7. li. 1. foro legum. * Et tenet Corse. in tractatu de minimis. in fine. 1. tomo tracta. & est. l. singul. in l. 5. tit. 17. pa. 1. quā vi. * Sed hoc intelligit hodie

&

& declaratur per text.in.l.30.eod.tit.15.lib.2. in dict.ordi.regali.post latam sententiam: quia tūc pōt iudex recipere minima comestibilia,& potabilia in parua quātitate à sponte dantibus: quia nō gratis accipitur munus,qđ petenti donatur:qui enim donat, aliū sibi naturaliter obligat.vt glo.in.d.c.& si quæstiones.aliàs si post latā sententiam petit ea,vel ante recipit per se,vel per alios,directè, vel indirectè, incidit in illam pœnam,licet recipiat minima.Secus post sentētiam ex mera liberalitate,quæ liberalitas offerētis omnē suspicionē tollit.vt in.cap.de eulogijs.18.dist.&.c.placuit.prima.q.1.cū similibus.Et per.d.l.Regiā corrigitur illud,qđ tenet Hippoly.de Mar.referēdo plures docto. in.l.lege Cornelia.ff.ad.l.Corne.de Sica.n.4.vbi ait,ꝙ si post latā sentētiā iudici sit data pecunia, tūc valet sētētia,nec dicitur venalis,nec iudex potest cōueniri de barateria.vt Feli.in.c.tua nos.de simoni. & corrigitur in quātū tenet, ꝙ iudex nō potest
11 puniri,quia punitur:quia talia encænia † & dona,excæcāt oculos iudicū,maximè cardinaliū. vt Host.in.d.ca.& si quæstiones. ¶Sed ad hoc, vt.d.l.ordinamēti habeat locū,credo, ꝙ debeāt cōsiderari circūstantiæ,& qualitates personarū dātiū,& recipientiū. Nā à diuite locupleti facilius præsumitur libera donatio, quàm si fit diuiti à paupere.Itē cōsideratur quātitas muneris: nam de facili quis non præsumitur cōferre liberè ea,quæ sunt maximi pretij:quia nemo præsumitur iactare suū.vt in. c. super hoc.de renūtia. l.cùm de indebito.ff.de proba. & Abb. in dict. cap.& si quæstiones.nu.3.¶Et sic ꝙ.d.l.Regia. intelligatur in diuite dāte,non autē in paupere.
12 Et sic,ꝙ quando dicatur munus paruū† vel modicū,seu magnum,est attendēda qualitas, & cōditio personæ dantis.vt est glossa in. l. illicitas. §.nec potentiores.ff.de offi.præsi. vt tenet Antoni.Fran.in additio.ad Alexand.in rubri.ff.solut.matrimo.allegando Rom.in.l.si constante. ff.eodē.¶Sed contra dict.l.Regiam est tex.in.l. prima.C.ad.l.Iuli.repet.& in.l.3.C.de assesso.& in dicta authenti.vt iudi.sine quoquo suffra. §. si quis.& text.in cap.exigit.de censi.libr. 6. vbi nil debet capi ab administratore, seu à iudice quantūcunque modicū.¶Sed solue secundum Abb.ibi,in dicto ca.& si quæstiones.n.8.quòd contraria procedunt in exigente.&. d. l. Regia in sponte dante.vbi quoque tenet Abb. quòd
13 ista minima† comestibilia,& potabilia, quādo dicantur magna,vel parua,non potest dari certa doctrina, sed arbitrio iudicis relinquuntur.
14 ¶Sed quid si officialis† recepit pecuniam mutuo? Dic quòd punitur,quia in eo præsumitur barateria.vt tenet Bald.in.l. 1. C. de calumnia. dicens idem esse in alijs rebus:quia appellatione pecuniæ,continetur vtilitas. & idem esse, si à fœneratore gratis recipit.vt tenet Pari.de Pute.in dict.tracta.syndica.in parte,an si tempore sententiæ fol.93.nume.3.*Et Peregrina.in parte solutio.66.in. gl.iudici: vbi tenet ꝙ in officiali recipienti licèt adijciatur titulus mutui præsumitur barateria inquit esse casum,&ibi Bal.in.l. quis.C.si cert.peta.* ¶Omnia supradicta intel
15 lige,dū iudex est in officio. Sed an finito † officio possit iudex recipere aliquid sibi sponte oblatū,mera liberalitate partis, pro qua fuit lata sentētia? Domi.de sancto Gemi.in dict.c.statutum.§.insuper.col.2.dicit quòd putat,quòd cessante fraude licitè recipiat, quia causa prohibitionis huius iuris tunc cessat, quæ fuit, vt iudicium purè & sine corruptione iudicis procedat vnde cessante causa corruptionis,ex quo pronūtiatum est,debet cessare dispositio istius.l. vt in c.cùm cessante.de appella.& dicit,quòd innuit dict.§. insuper.qui dicit, qualitercunq; , ad excludēdum quēcunque modum munerum : sed non dixit,quomodocunque,& sic videtur voluisse includere solùm tempus, quo durat iudiciū.Et pro hoc dicit quòd facit quod notat glo. in verbo,remissione.in.§.si quid illius. c. statutum.& idem tenet iste tex. infrà inquantum dicit, *durante el tiempo de su officio*. & ibi dicā. ¶Sed
16 vtile est scire,quæ est probatio sufficiens† contra dictos iudices dicta munera recipientes.glo. in authen.vt iudices sine quoquo suffragi.§. necessitatem colla.2.tenet,quòd furtum,& barateria contra officialem probatur per iuramentum aduersarij. eam commendat Bald. in sua margarita.in verbo,officialis.& probat tex.singula.in authen.de collato. §. si per hoc versicu. si vero. collatio.9. & ibi Angel. ¶Sed ille tex. non obstat:quia loquitur in iudice, qui aufugit tempore syndicatus anteaquam adimpleat
17 tempus residentiæ : quia talis fuga † adeò facit semiplenam probationem ; seu præsumptionem, quòd de furtis, & baraterijs, seu extorsionibus per eum factis , probatur per iuramentum eorum, qui conqueruntur de eis, qui aliàs si non fugissent deberent plene probari per testes.vt tenet Ias. in repeti. l. admonēdi. ff.de iureiura.columm.69. numer.145.eo quia
18 officialis per talem fugam redditur † suspectus,adeò quòd possit ad torturam perueniri. quod Ias.dicit diligenter notandum. Et eum vide in.l.vnica.C.vt omnes iudi. tam ciuil. quàm
19 crimin.numer.3.vbi dicit,quòd officialis† tempore syndicatus fugiens habetur pro conuicto

cto,& pro confesso in omnibus his, in quibus erat inculpatus.vt est text.& ibi Barto. qui dicit esse singulari.in.l.consil.C.de assesso. & domestico.&.in.l.lege Cornelia. & Bartol. ibi. ff. ad Sillania.* Et tenet Æneas de Falc. in additio.ad Abba.in capitulo.licet.de for.comp. suprà.numer. 19.in parte fuga.*¶Sed Iaso.vbi supra dicit aduertendum:quia Bart. non bene aduertit ad illum text. qui revera non loquitur quantum ad ipsum officialem fugientem, sed loquitur de subtrahente,& faciente fugere ipsũ officialem.prout etiam loquitur text. in.l. tertia.C.de exactori.tribu.lib.10.& ita dicit,& melius Saly ce.in.l.bonæ fidei.columm. 10. de iur. iur.C. prout eum refert & sequitur Ludo. Roma.& dicit Iaso.esse valde notandum. text. in dicta.l.3.suprà allega.secundum secundam expositionem glos.quòd si facit quis aliquem fu-
20 gere † de carceribus, tenetur integre soluere omne debitum creditoribus,qui fecerant illum incarcerari. prout concordat.d.l.consiliariorũ. C.de assesso.& Bald. in.l.aditos. C. de episcop. audi.& Angel.de Aretio in. §. pœnales.Institu.de actio.& docto. in.l.1.& in.l. sed exigendi. ff. ne quis eum qui in ius voc. ¶ Et dicta.l. tertia est fortior in hoc, quòd etiam si talis debitor denuo apprehẽdatur, & reducatur ad carceres,per hoc adhuc non liberatur ille, qui semel eum fecit fugere,quin teneatur pro eo totum debitum soluere.& ita illum text. pro singul.commen.Saly ce.in dict. l. bonæ fidei. col. 10.& Roma.in.d.l.admonendi.colum. 25. in fine.dicens,quòd ille text.est mirabilis. De hoc, quia non est præsentis materiæ, dicam in cap. 3.infra eo.in glossa, *en fauor de su iurisdicion*.¶Vi
21 de tu Abba.† in capi.veritatis. de dolo & contuma.col.7.nume.30.vbi dicit,quòd ex tali fuga potest officialis condemnari sine alia probatione.& idem tenet Antoni.Fran.in additio.ad Abba.in cap.aduersus.de immunita. eccles. in additione,quæ est in numer.14.Et Angel. in.l. quæsitum.ff.de pigno.tenet, quod officialis fugiens tempore syndicatus,habetur pro confesso,& talis fuga facit semiplenam probationem. Et idem tenet Paris de Puteo,vbi quoque dicit, quòd perdit salarium.in.d.tracta.syndi. versic. dicitur.folio.27.numero.5.& latius in parte,an officialis aufugit.foli.123. vbi facit distinctionem,aut fugit ante finitam administrationem, aut post,& si fuit captus aut non. vbi in fine tenet vnum singula. allegando Lucam de Pen. in.l.ordinariorum.C.de cohar. libr.12. quòd si
22 officialis † fugerat,non reddita ratione, quòd creditur contra eum sacramento agentis, quia fuga eo casu violentię comparatur.Et facit tex. & ibi Barto.& Plate.in.l.si apparitor. C. de cohartali.libro.12.vbi si officialis criminosus fugit,& se absentauit,est citandus,adiecta conditione,quòd nisi infrà talem diem venerit, contra eum feretur sententia:quo non veniente,cõdẽnari potest,quantumcunq; etiam lis non fuerit contestata,& sic absens,potest condẽnari ad mortem,attenta qualitate delicti.vt notat Bar. in.l.pe.§.ad crimen.ff.de publicis iudic. quia vt dictum est,habetur pro confesso de delicto, de quo impetitur, tam ipse, quàm eum subtrahẽs, & occultans.vt in.dicta.l.consiliariorum.dummodo in tali edicto,vel citatione dicatur,quòd nisi venerit infrà talem terminum in citatione appositum,contra eum feretur sententia: nam tunc eo non veniente,condemnari poterit. Et non sufficit,si dicatur in citatione,aliàs procedemus contra te quantum de iure poterimus, vel prout iuris fuerit, vel iustitia mediãte: quia tũc non poterit fieri sententia cõtra eum:quia ista verba non habent vim perẽptorij termini secũdum Ioann.de Platea,ibi. ¶Quod limita, nisi
23 officialis postquam aufugit,etiam † inuitus fuisset reductus ad locum vnde fugit,quia tunc sua fuga non facit amplius plenam probationem, sed debet plene probari. vt tenet Iaso. in dicta. l.admonendi.in dicta colum.69.numer. 145.& idem tenet Hippolytus de Marsil.in sua practica crimina.§.diligenter.nume.45. & idem in repeti.C.de probatio.nume.260. ¶Est tamen ad
24 uertendum,† quod in vno casu est officiali licitum fugere dum est in syndicatu, & talis fuga non facit probationem contra eum,putà,quando ipse officialis fugit aliqua ex causa, putà timore partialitatis contrariæ,vel capitalis inimicitiæ,vt quia minati fuerant officiali, quòd deposito officio ipsum malè tractarent,quia tunc fuga nullam contra eum probationem faceret. vt in.l.quid si fugitiuus.§ apud Labeonem.ff.de ædilitio edicto.& tenet Amodeus Iusti. in tractatu syndicatus.in parte, Item in eo quòd dictus potestas. versiculo tertio.* Vel si recessit. post triginta dies:nam tunc licitum est sibi.l.6. titul. 16.lib.2.ordi.& Pragmatic. facta per nostrum regem Philippũ en Madrid.anni. 1564. adeo quòd tenet Iaso.in repe. l. admonendi. ff. de iur.iur.num. 177. quòd si detineatur post finitum tempus licitum est sibi aufugere, quod intelligo vt vadat ad superiorẽ:vt infra.*¶ Vel etiã quando recessit animo reuertendi,& reuersus fuisset.arg.in.l.3.cũ gl.§.emãsor.ff.de re militari. & tenet Baldus in. l. prima. C. de seruis fugitiuis.& tenet Andreas de Iserna.in constitution.

tution.regni humanitatis. Et hac de causa consulit Paris de Puteo in dicto tractatu, in parte, an iudex vel officialis. fol. 124. in libro portat. numero. 3. & 4. officialibus, qui suspicantur de grauaminibus in eorum syndicatu, & vidēt electos syndicatores eorum æmulos, & timent opprimi iniustè, vt constituto procuratore, recedant, appellantes, vel se grauantes, & de iniusta electione syndicatorum, vel de loco non tuto, vel alio grauamine inferendo, accedant ad magnam curiā, idest, ad cōsilium regis, & ibi se pręsentent, offerendo velle stare ad syndicatum coram ipsis, & recessit propter locum non tutum allegādo iustas suspiciones, quia excusatur à fuga, & recessu: quia qui vadit ad superiorem, non dicitur fugere. & Speculato. in titul. de compe. iud. adi. §. effectus. in princip. & quia itineris arreptio ad superiorē loco appellationis habetur secundum Hosti. vt in cap. vt debitus. de appella. de quo Bald. dicit esse text. in. l. sed si per prætorem. §. fina. ff. qui. ex caus. maior. secundum eum ibi. & Bartolus ibi de arreptione itineris ad superiorem, per quam quis videtur se submittere protectioni ipsius. ¶ Et ideo illi officiales, qui in ciuitatibus officia exercuerunt, vbi dominatur aliquis potens Ciuis, vel Baro, qui vult iustitiam ministrari ad suum velle, qui fecerunt iustitiam rectam, & noluerunt applaudere voluntati tyranni, & suos sequaces pœnis afflixerunt, si iustè timeāt deposito officio personaliter offendi, possunt impunè recedere: & etiam qui delinquentes suspenderūt, & timent iram consanguineorum potentum, si de ciuitate recesserunt, sunt de iustitia ministrata collaudandi, & non puniendi ratione recessus, per iura supradicta secundum Paridem de Puteo, vbi suprà, quod nota. Vel si fugit timore iudicis syndicatus, quia pluries dixit, quòd volebat eū suspendere, vel verberare. vt dicam in capitulo quarto, infrà eodem, in gloss. *entreguen.* numero decimo septimo, cum sequentibus. ¶ Quia officialis nisi in supradictis casibus non tenetur fugere tempore syndicatus: & etiam si aufugiat
25 † dicto tempore ad ecclesiam, non gaudet immunitate. vt tenet dictus Paris de Puteo, in dicto tractatu in parte. viso. folio trigesimosecundo, numero sexto, & septimo. ¶ Et idem Paris de puteo, in dicto tracta. in parte, probatio in syndicatu. folio. 216. in fin. Quoq; tenet vnum
26 singula. scilicet, quòd si successor † in officio videret officialem depositum recedere, vel sciuerit, & nō prouidit eū tenere in syndicatu, quod ipse de proprio tenetur pro eo, & simili pœna punitur, qua ipse veniebat puniendus. vt in. d. l. vnica. §. similique. C. vt omnes iudi. tam ciui. quàm crimina. & si aufugit, ad literas præsidis: vnde aufugit, debet remitti, vt primi officij pastum digerat, & sic rationem reddat. vt tenet tex. & ibi Plate. in. l. 1. C. de diuersis offic. appa. lib. 12. ¶ Si tempore syndicatus non fugit pro-
27 bationes † contra iudicem debent esse claræ, & euidentes, quia multum pro eis præsumitur. text. est multum notabil. in. l. si quis. C. de officio ciuil. iudi. Ita in specie tenet Bald. in. l. obseruare. §. proficisci. q. 10. ff. de offici. proconsul. & leg. & ideo sacramentum in supplementū probationis in isto casu deferri non potest, nec debet. vt tenet Ias. in dicta. l. vnica. C. vt omnes iudi. numero. 7. * Et Angel. in. l. nemo. C. vbi de ratio. agi. oport. & per hoc dicit quòd ita potest limitari. l. in bonæ fidei. C. de iur. iur. quia pro officialibus multum præsumitur vt dictum est: & idem tenet Iaso. in. lec. 1. admonendi. ff. de iur. iur. nu. 93. & Paris de Put. in tract. syndicat. in part. contra officiales. num. 1. & 4. & in verbo. probatio. nu. 1. fol paruo. 215. cum seq. * & idem tenet Amode. Iusti. in tracta. syndica. in parte, Item in eo quod dictus. columna secunda. versicul. qualiter. vbi tenet quòd si de barateria agatur criminaliter ad pœnam tripli, vel exilij, probationes debent esse luce meridiana clariores. vt in. l. fina. C. de probatio. & in capitul. per tuas. & in. capitul. ad aures. de simoni. & text. in. hæc quidem. in authenti. vt liti. iudi. vbi tenet, quòd requiruntur probationes idoneæ. Sed si agitur ciuiliter, potest probari per eum, qui fuit mediator, sicut est in simonia. & idem tenet Cataldi. in tracta. syndica. quæstio. 64. Et idem tenet Amodeus Iusti. in parte supradictus dominus potestas. versicu. negata dicta inquisitione. vbi latè. Sed contrarium tenet Bald. in consilio. 479. in quarto volu. vbi ait, quòd ille, qui dedit iudici aliquid, vel promisit, non potest testificari contra ipsum: quia vni testi in criminali non creditur. ff. de quæstio. l. maritus. ¶ Tamen gloss. in. d. §. necessitatem. in. d. authenti. vt iudi. sine quoquo suffrag. colla. 2. in verbo, ostenditur. tenet, quòd
28 plures † testes singulares deponentes de per se de furtis, baraterijs, & extorsionibus probant contra iudicem. & ad hoc commen. illam gloss. Angel. in additio. ad Bald. in dicta. l. obseruare. §. proficisci. ff. de offic. proconsu. Et cum ista gloss. concordat textus. in. l. 8. titul. 15. lib. 2. in ordina. regali. loquendo quomodo fit probatio contra iudicem, qui munera recepit. & ibi tenet, quòd per testes singulares cum alijs adminiculis & circunstantijs probatur

batur contra iudicem dicta munera recepisse. Quam.l.vide,& nota,quia sic vt in ea cauetur & practicatur.*Tamē tales testes debēt esse noti quia testes ignoti contra officialem non producuntur tempore syndicatus:quod dicit mēti tenendum.Angel.in.d.l.nemo C.vbi de crim. agi oport.*Sed Ioann.de Platea in.l.iudices.C. de dignita.libr.12.intelligit dictam glo.in dict. authen.vt iudi.sine quoquo suffragi.hoc modo scilicet,quòd officialis dicitur conuictus de delicto,vt possit puniri,& priuari dignitate,& officio,quando per testes,vel alio modo legitimo delinquit extra officium.vt in.d. l. sciant cūcti. C.de probatio.Si aūt delinquit in officio, tunc sufficit quandoq; iuramentū partis cum semiplena probatione per.d. glo.in verbo,ostenditur.Quoque vide tu eundem Plate.vbi aliter dicit in.l.si aliquid. C. de suscep.& archa. lib.10. vbi contra officialē probatur per testes,vel per solum sacramentū agentis, est verum, quando delinquens in officio aufugit, quia tunc habetur pro confesso,& ideo sufficit sacramentum. per dict.l.3. C.de assesso. vel etiam quando est præsens,& certum est de delicto,sed dubiū est de summa, vel quātitate,vel qualitate rei, aliàs autem requiritur plena probatio. & vi. Hippo. de Marsi.in cons.61.nu.33.vbi aliquid.Sed practica est,vt dixi,quod per testes singulares probatur.Quinimo voluit Angel.de Perusi.in tracta.syndi.nume.3.&.4.tomo.18.tracta.fol.41. quòd quando obijcitur iudici de furto,& barateria,probatur, vt dictum est per iuramentum actoris,per dict.gl.in.d.§.necessitatem. Et quia verbum,furtum,in ista materia intelligitur pro extorsione violēta.vt in.d.§.necessitatem.Item pro pecunia clam in nomine baraterię accepta. ¶Quia barateria secūdum eundē Angel.est distrahere per pecuniā iustitiam,seu officium suū cū pecunia permutare,vt in.l.omnes.& ibi Bar. ff.ad.l.Iuli.repe. ¶Et baratus seu barateria quoque dicitur,quando partim emitur,&partim vēditur,idest,quādo datur res pro re,sed pro ęquiualentia additur pretiū.Ita tenet Ioan. And. in c.ad nostram.de empti.& vendi.in nouella. & Fabianus de mōte in tract. de empti. & vēdi.q. 2.nu.30.tomo.8.tracta.fol.25.

SVMMARIVM.

1 *Donum,& promißio,æquiparantur.*

2 *Iudex debet excutere manus ab omni munere & sic à promißione.*

3 *Lex si quis argentum. C. de dona. quæ loquitur in donatione, non debet extendi ad pactum de donando*

4 *Aliud est donare,aliud est dicere donabo.*

5 *An ex promissione de vendendo compellatur quis vendere.*

6 *Gabella an debeatur de promissione de vendēdo.*

7 *Promissio de non donando, vel meliorando valet.*

8 *Promißio,& solutio,æquiparantur.*

9 *Promißio sola sufficit in causa barateriæ,sicut in crimine assaßinatus.*

10 *Conseruationem indemnitatis iudex potest licitè recipere in his,quæ facit licitè pro conseruatione sui officij.nu.13.*

11 *Si quis dederit aliquid iudici, vel promiserit vt habeat sententiam,incidit in pænam falsi.*

12 *Iudex,qui declarat votum suum parti facienti indemnitatem anteaquam sententiam proferat, pœna falsi tenetur.*

14 *Promissio iudici facta, vt proferat pro me sentētiā,non valet.*

15 *Iudicium iustum non licet vendere.*

16 *Promissio indemnitatis syndici vniuersitatis facta, vt non denuntiet maleficia, quæ secundum statutum debet denuntiare,non valet.*

x Promessa.

x Similis tex.in.l.2.tit.2. foro legum.lib.1.in parte,o que le prometan.& ibi glo.tenet,quòd do-
1 nū,† & promissio æquiparētur,cùm spe futuri doni promissione præcedēte,iudex grauet partem.vt in authenti.nouo iure.C. de pœna iudi. qui malè iudi.& in cap.cùm essent. de simoni. licet dicatur,quòd si detur iudici aliquid occultum minimi valoris considerata persona dantis & recipientis,etiam si grauet partem, non præsumitur propter hoc grauare. Quod intelligo per dict.l.Regiam post latam sententiam, vt dixi in glos. suprà proxima. ¶Tamen tutius est
2 secundum eundem Montal.vt iudex † excutiat manus suas ab omni munere,& sic à tali ꝓmissione,quia dono ęquiparatur.¶Sed contra istū text.tenet Alexand.in.l.iurisgentium.ff. de pactis.col.2.num.10.cum sequentibus.vbi tenet, quòd quando aliquis promittit donare, istud non dicitur donatio,sed pactum,siue promissio de donando,quæ sunt diuersa:sicut aliud est vēdere,

dere,& aliud facere promissionem de vendendo.vt in.l. bonæ fidei . cum ibi nota . ff. de eo
quod cert.loco.&.l.titius cum glos.in verbo, di
strahere.ff. de pignora.actione.& in.c. penulti.
cum glossa.ibi de electio.in.6. ¶Et ideo Alexã.
vbi suprà di-
cit,ꝙ lex.si qs ni acertarã x promes
3 †argētum.C.
de donat.quæ est correctoria, cùm loquatur in
donatione,non debet extēdi ad pactum de do
nando:quia in correctorijs non fit extensio ex
indentitate rationis. Iuxta notata in authent.
quas actiones.C.de sacrosanct.ecclesi.&ideo di
xit Imol.in.l.in ædibus.ff. de donatio. ꝙ si dixi
donabo tibi decem, ex istis verbis non oritur
actio,seu conditio.d.l.si quis argentum.quia il-
la lex non loquitur in hoc casu. Et pro hoc di-
4 cit ꝙ facit,ꝙ aliud est †donare,aliud est dicere,
donabo. nam dicendo donabo [illegible]idetur dicere
promitto donare.vt per glo.in.c.[illegible] noua.21.di
stin.quicquid dixerit glos.in.§.perficiuntur. in
verbo,manifestauit. institu. de dona[illegible]o.quã ex
prædictis reprehendit Imol.in.dic.l.in ædibus.
Et Salyc.in.l.2.C.de conditio.ob causam:tenet
esse verum, ꝙ. d.l.si quis argentum. non habet
locum in pacto de donando.& ibi latius per eū
& ita etiã tenet ipse in.d.l.siquis argentum.§.fi.
& Ioann.de Imol.in.ca.qualiter.de pactis. licet
Bart.in.l.fina.ff.de condi.ob causam.& Angel.
in.dict.l.si quis argentum.§.fi. videantur senti-
re contrarium.&supradicta est veritas in pūcto
iuris secundum Alex.vbi suprà: quãuis magna
sit authoritas Barto.quod videtur esse cōtra di-
spositionē istius tex.¶ Sed adducta per Alexã.
nō obstãt:quia in isto tex.expressè prohibetur
ne promissionem recipiat de donãdo,& sic lex
prohibet expressè,& vetat: & contrariū de isto
iure regio reperitur,& est seruand[illegible] vt Bald.
in.l.conuenticulam.C.de episco.& cle[illegible]n.c.
cum apostolica. de his quæ fiunt à præla. fine
consen.capit.& docto.in cap.publicatio. de ele
ctio.nu.6.¶Prout quoque dicimus de prouisio
ne de vendendo:quia licet non sit venditio,nec
5 ex tali †promissione cōpellitur vendere, vt te-
net Ias.in.§.superest.Institut.de actio.1.colū.&
Bald.singulariter in.l.penulti.C.communia.de
lega.& Philipp.Decius consilio.502.num.8.&
additio.Bart.in.l.lecta.ff.si cert.peta.in additio
ne,quæ est in num.11.de quo per Montal.in.l.
2.tit.10.foro legū.lib.3.in glo.fin.& Franciscus
de Aret.in consi.262.incipiente,Facio pactum.
¶Tamen in casu,in quo talis promittens com-
pellatur vēdere,vt doctor vbi suprà, ex tali pro
6 missione† de vendendo debet solui gabella,nō
tamen venditione postea sequente, cùm semel
tantùm solui debeat.secundum Bart.& Angel.
in.l.si pupillus.in prin.ff.ad.l.falcidi. & Bart. &
doct.in.l.fi.§.quot.in fine.ff.de publica.Pau. de
Castro in consil.185.Alex.de Imo.in cōsili.89.
in.4.volum.& Bertachi.de Firmi.in tractatu ga
bellarum.in.8.par.in.3.par.q.13.¶Idē dicimus,
7 ꝙ valet promissio de non donando,†vel melio
rando.vt in.l.22.de Toro.& ibi doctor del Ca-
stillo,in glossa fina.tenet,ꝙ promissio donandi
operatur donationē, sequuta morte promitten
tis.Et an si valet pactum de non auantagiando
filios,vi.singulariter Philip.Decium cōsil.184.
¶Adde in simili,quod tenet Bart.in.l. quod no
mine.ff.de conditio.indebiti.vbi tenet, ꝙ pro-
8 missio,† & solutio æquiparantur.¶Et rectè igi-
tur in nostro tex.cauetur, ꝙ promissionem nō
recipiat,quia solutio videtur, & ex tali promis-
sione potest iudex partem grauare. ¶Et vide
glo.& Bal.in.l.1.ff.quod quisque iuri.vbi dicit,
9 ꝙ in causa barateriæ† sufficit sola promissio,si-
cut in crimine assassinatus.*Et tex. & generali
ter.§.iugiter.ff.de calumniato.vi.in glossa. seq.
nu.43.*Et tenet Pari.de Pute. in dict.tract.syn
dica.in parte,multa de barateria.fol.64.nu.4.
vide quæ dicam infrà, in glos.donacion.nu.43.
¶Tamen iudex potest recipere conseruationē
10 †indēnitatis in his, quæ iudex facit licitè pro
executione,&conseruatione sui officij,nec pro
pter hoc iudex facit litem suam:neque qui con
seruat iudicem,intelligitur iudicem corrumpe-
re.tenet Bald per text.ibi,in.l.1.C.de magistris
conueni. Et ibi Alberic. de Rosa. & text. in.l.
eum pro quo. ff. de in ius vocan. & idem tenet
Bald.in auth.generaliter.C.de episcop. & cleri-
cis.& Petrus de Ancharra.in.c. quãuis. de vsu
ris.lib.6.& idē tenet Bal.& ibi Alex.in additio.
ad Bar.in authen.nouo iure.C.de pœna iudicis,
qui malè iudi.& tex.& ibi Bart.in.l.siquis vxo-
11 ri.§.si fugitiuū.ff.de furtis.nu.2.vbi tenet.†ꝙ si
quis iudici dederit aliquid, vel promiserit sibi,
ad hoc,vt habeat sententiam,incidit in pœnam
falsi.vt in.l.1.§.2.ff.ad.l.Corne.de falsi.¶Quod
debet intelligi secundum eum,quãdo promitti
tur aliquid,per quod sibi acquiratur:sed si pro-
mittitur tantùm defensio de conseruando eum
indēnem,tunc non incidit in crimen falsi.quod
sequitur Paris de Puteo in dict.tract.syndica.in
parte,an si tempore sententiæ.fol.93.¶Tamen
intelligit hoc,quòd conseruans iudicem indem
nem,nō intelligere eum corrumpere, si habeat
bonam causam,& nisi dedisset ei pignus.arg.in
l.litigatores.ff.de arbitris. Et idem tenet Bald.
in cap.cùm ab omni.de vita & honesta.clerico.

nume.3.intelligendo Bart.in.d.l. si quis vxori. §.si fugitiuum. ꝙ licet ille qui promittit iudici indēnitatem non videtur committere barateriam, intelligit Bart. si promissor foueat ius, alioquin debet puniri de barateria. ¶Et quoq; Ludou.Roma.in.l.1.ff.de condi.ob turp.caus.dicit, quòd dict.§.si fugitiuū.loquitur in cautionibus legalibus de præstando eum, qui liberatur à carceribus, in quo est licita cautio indemnitatis: quia est iudicialis respectu eorum, quæ iudex causa sui officij facit. Secus si ei faciant cautiones turpes, vel insuetas, quia litem perderet. vt in.l.generaliter.ff.de calumniato. ¶Sed videtur distinguendum secundùm Pari. de Puteo. vbi suprà. Aut iudex recipit talem indemnitatem anteaquam sententiam proferat, & declarat votum suum parti dictā indēnitatem faciē-
12 ti, quòd iudex punitur: qui si iudex † anteaquā sententiam proferat, declarat illam parti, tenetur pœna falsi. vt in.l.prima.ff.de falsis. & Innocen.in capitulo. refragabili. de officio ordin. dicit, quòd efficitur suspectus, quādo declarat votum suum parti ante pronuntiationem. ¶Si autem recepit talem indēnitatem, non declarādo sentētiam, quam vult proferre, vel recipit post prolationem sententiæ, nō tenetur. Et ita dicit ꝙ Barto. loquatur vbi suprà. Et ex ista cautela dicit Paris de Puteo vbi suprà, quòd vtuntur iudices ignorantes, & executores, quando timēt exequi, quia solent recipere cautionem indēnitatis, quando pars aduersa minatur iudici vel executori ne quid innouet, vel non procedat imponendo defensam, vel inhibendo ex parte superioris. ¶Sed Ias.in.1.ff.de condi. ob turp. caus.numer.4.tenet contrariū, prout tenet Bal. ibi. & in dict.cap.ab omni.de vita & honestate clerico. quia præsumitur hanc indēnitatem promittere animo iudicem corrūpendi. ¶Sed credo dictum Ias.intelligi, quando recepit cautionem indēnitatis pro malè sententiando, vel sic sententiando, quia, tūc non potest: secus si pro iustè sentētiādo. vt colligit̄ ex dict. Par. de Put. vbi suprà. Et ita tenet Montal.in.d.l.2.tit.2.foro legū.li.2.in gl.*que le den.* vbi tenet, ꝙ nō intelligitur iudicē corrūpere, qui cauet de cōseruādo iudicē indemnē, si cōstet ꝙ habet bonā causam. per dictū Bart.in.d.§.si fugitiuū. & Bald.in.d.c.
13 cùm ab oi.n.3. Nā iudex † quę facit licitè, pro executione sui officij, potest recipere cōseruationē suæ indēnitatis. vt dicit esse casus vnicus in.d.l.1.C.de magis.conue. Sed non pōt accipere pignus propter hoc, vt dixi, quia tūc res interuenit. arg.l.litigatore.§.1.&.2.ff.de arbi. & vide Hippolyt. de Marsilijs in repetio. rubri. ff. de fideiusso. numer.316.&.31. * Et Peregrina In parte. solutio.66.in glo. iudici column.2. idem tenet scilicet quòd qui conseruat iudicem indēnem, intelligitur eum corrumpere si non constat quod habet bonam causam, nisi forte dedisset pignus: quia tunc res interuenit, quia iudex in his quæ facit licitè: pro executione officij potest recipere indemnitatis conseruationē per.d.l.1.C.de magistra.conue. * ¶Et Ange.in.d.l.1.quæ incipit. vt putà. ff.de condi. ob turp. caus. vbi. tenet idē, scilicet, ꝙ si promissum fuerit iudici eum seruare indēnem tēpore syndicatus vt sentētiam ferat, vel vt excarcerari faciat carceratum ad sui instantiam, & nil recipit, sed solùm seruatur indemnis, nō incurrit pœnam. & contra suum promissorem habet actionem, quam cedere tenetur ei, in cuius præiudicium relaxatio facta fuit per dict.§.si fugitiuū. quia quæcunque permittuntur licitè de iure, illa eadem licitè deducūtur in pactum, nec contrahitur simonia. vt per Innocē.in capitul.ad audiētiam. de rescrip. Vide tu tamē pragmaticam in ordinationibus Cancellariæ Vallisoleti, vbi tenet, quòd nullus iudex dictæ curiæ, & Cancellariæ, recipiat cautionem indemnitatis ex parte, in cuius fauorem sententia debet proferri sub pœna centum regalium. ¶Et quòd non va
14 leat promissio † facta iudici, vt pro me ferat sententiam. tenet dictus Paris de Puteo in dict. tracta. in parte, an si tempore sententiæ. folio.93.
15 num.4. quia non licet vendere † iustum iudicium. vt in capitul. cùm ab omni. de vita & honesta. cleri. & capitul. non licet. 11. quę.3. tamē valet promissio de indemnitate. vt ibi per eum & Bald.in margarita, versi. iudex. versicul.78. Quod est verum, vt dixi, quando aliquid iustè facit, quia tunc nō dicitur corruptus. vt Bal. & docto.in dicta.l.1.C.de pœna iudi. qui mal. iudi. &.C.de conueni. fisci debito. lib.10. & Bart. in.l.1.§.fina.ff.de calumniato. ¶Quod secus est
16 in syndico: † quia si syndicus cōmunitatis, qui ex forma statuti tenetur sub pœna denuntiare omnia maleficia, & ad preces alicuius noluit denuntiare, & ille promisit syndico eum indemnem seruare, quod talis promissio non valet, & tenetur ad pœnam statuti, non obstāte tali promissione inualida. tenet singulariter Alexand. in dicta.l.iurisgentium.§.si ob maleficium. ff. de pactis. numero.5. post Barto.in.l.à reo.§.fina.ff.de fideiusso. Quod facit contra istos promotores fiscales: quia ex forma Pragmaticæ tenentur denuntiare omnia maleficia, quòd tenentur, si non denuntiat, licèt accipiant conseruationem indemnitatis: quod nota.

SVMMARIVM.

1 *Iudex, qui donationem recepit in syndicatu, tenetur, quia dicitur corruptus, sicut si pecuniam recepisset.*
2 *Donatio est lucri datio.*
3 *Iudex dicitur commodum bursale recepisse, si donationem, vel pecuniam recepit.*
4 *Pecuniæ appellatione continetur omne quod sit, vel esse potest in patrimonio.*
5 *Donationem remuneratoriam ex gestis ante officium, licitè recepit iudex.*
6 *Sententia lata donatione, vel pretio, est nulla ipso iure. & numer. 10.*
7 *Pecunia data iudici, vt iudicet, an repetatur.*
8 *Iudex indebitè aliquid recipiens a subditis, conuentus ciuiliter, an teneatur ad quadruplum.*
9 *Quilibet de populo an potest agere contra iudicem.*
10 *Dans iudici pecuniam, vt secundum iustitiam sententiam proferat, an causam perdat.*
11 *Venalis non dicitur sententia, si post eam latam iudici fuit data pecunia, tamen iudex punitur.*
12 *Sententia an valeat, si pecunia non est data, sed promissa.*
13 *Sententia an valeat, si vnus ex iudicibus fuit corruptus.*
14 *Qui corrumpit iudicem, pecuniam ei dando, an puniatur.*
15 *Lex imponens pœnam recipienti aliquid per barateriam, habet locum in dante.*
16 *Accusator, seu accusatus dans aliquid iudici, an puniatur.*
17 *Correlatiuorum natura est communis vtrique extremo: & vno contrahentium prohibito, vel permisso, alter censetur prohibitus, vel promissus.*
18 *Actor obtinens specialem commissionem, vt in causa ciuili reus debeat personaliter comparere in iudicio, ipsemet actor tenetur quoque comparere.*
19 *Prohibita emptione, videtur prohibita venditio.*
20 *Officialis præsidis, qui accepit pecuniam, & pollicetur præsidem certam sententiam laturum super crimine, punitur sicut corruptor.*
21 *Iudex, qui malè iudicauit, ex eodem processu potest ciuiliter & criminaliter puniri, & an debeat iudex citari.*
22 *Iudices propter quæstum pecuniæ non debent innoxios condemnare, & noxios ad præstationem adiuuare.*
23 *Paria sunt iustitiam vendere, & simoniam committere.*
24 *Grauius est vendere iustitiam, quàm præbendam.*
25 *Iudex, an videatur corruptus, si à fœneratore gratis pecuniam recepit.*
26 *An valeat sententia arbitrorum, si sint corrupti.*
27 *Corrumpens notarium actorum, punitur, & causam perdit.*
28 *Falsans acta an causam perdat.*
29 *Quid in corrumpente procuratorem partis aduersæ.*
30 *Quid in desigillante acta transmissa consultori.*
31 *Omnia iura statuta in fisco habent locum in priuato, nisi lege dicatur, quòd sit speciale in fisco.*
32 *An qui fuit conatus subtrahere aduersario probationes, perdat causam.*
33 *Cancellans nomen procuratoris, quod est in mandato, committit falsum, & punitur.*
34 *Occultans acta iudicij, vt veritas occultetur, punitur.*
35 *Desigillans acta probatoria, an puniatur.*
36 *Barateria generaliter committitur ab officiali, cùm aliquid recipit a priuato vt faciat non facienda, vel omittat ea, quæ sunt facienda.*
37 *Barateria vnde dicatur.*
38 *Iudices, qui furtis, & sceleribus conuincuntur perdunt priuilegium, & dignitatem acquisitam, & tanquam plebei & pessimi cōdemnantur, & quoque pœna periurij puniuntur.*
39 *Libellus contra iudicem, qui barateriam commisit.*
40 *Responsio iudicis ad dictum libellum.*
41 *Querelans de iudice iniuste, patitur talem pœnam, qualem iudex si verum esset.*
42 *Officialis, qui absolutus fuit in syndicatu, an potest*

potest agere actione iniuriarum contra eum qui non probauit, & egit contra eum.

43 *An officialis, qui barateriam tentauit, & non perfecit, puniatur.*

44 *Barateria quomodo probatur.*

45 *Officialis, qui in syndicatu timet condemnari ex aliqua barateria, an potest offerre solutionem ante condemnationem, vt eam euitet.*

46 *Condemnatus de barateria in syndicatu, non potest amplius ad similem officium aspirare.*

y Donacion. y Similis tex. in. §. scriptum. in auth. vt iudi. sine quoquo suffragio. coll. 2. ibi, acciperet à no
1 stris subiectis, aliàs tenetur in syndicatu † iudex qui istam donationē recipit: quia dicitur corruptus, sicut si recepisset pecuniam. vt text. & ibi Bald. in. d. l. obseruare. §. proficisci. ff. de officio. proconsul. & lega. & in. l. 1. ff. de ambitu. & tenetur fisco. l. in hæredem. ff. de calumnia. quia do-
2 natio, † est lucri datio. vt tenet Cynus in. l. cùm sponsæ. C. de donatio. ante nupti. ¶ Et dicitur
3 donationem, † vel pecuniam recepisse, quocunque modo bursale senserit. vt in. l. prima. §. si pe
4 cuniam. ff. de calumnia. vbi appellatione † pecuniæ continetur omne, quod sit, vel esse potest in patrimonio. vt in. l. 4. ff. de verbo. significati. & tenetur de calumnia, etiam si recipit pecuniam, vel aliquid loco eius extra iudicium. vt in. l. si quis publicanus. & ibi Bart. ff. eo. ¶ Quod intellige in donatione pura. secus in donatione
5 remuneratoria † ex gestis ante officium, quia tunc licitè recepit. l. Aquilius Regulus. ff. de donatio. tenet Paris de Puteo. in dicto tractat. syndica. in parte. officiales. folio. 87. in fine. & tenet Alexand. in. l. principalibus. ff. si certum petatur. numero. 4. versicul. secundo limita. ¶ In
6 tantum, quòd sententia † lata pretio, vel donatione, est ipso iure nulla. vt in. l. venales. & ibi doct. C. quando prouo. non est neces. & Archi. in. cap. qui rectè. 11. quæst. 3. vbi tenet, quòd sicut in mutuo non debet expectari pecunia ex pacto, ita nec in sententia. Et sicut qui in mutuo ex pacto accepit pecuniam, potest inde condēnari ab ecclesia: sic & sententia data per pecuniam promissam irritatur. §. venales. 2. quæst. 6. Et sicut vsurarius, qui præter pactum pecuniam accepit, peccat, & non potest exinde ab ecclesia condemnari: sic & iudex, qui præter pactum pecuniam accepit, peccat, tamen sententia non irritatur. ¶ Ex quo dicto Archi. notatur, quòd ad hoc, vt sententia ex pretio lata irritetur, requiritur. quod tale pretium sic datum ex pacto inito inter iudicem, & dantem, aliàs secus: quia vt ibi dicit Archi. licitè potest dari publicè pro iusta sententia obtinenda, & pro vero testimonio, & leges supradictæ habent locum, cùm est

sa, ni donació y ellos,

dubiū quoanimo detur pecunia secundum Lanfranc. quia est intelligendum de tali munere & pecunia ratione cuius deuiet à iustitia. argumento. in. capitul. & si quæstiones de simonia. & l. solent. ff. de offi. proconsu. Et gloss. in dict. cap. qui rectè tenet, quòd licèt simpliciter quis det iudici vt iudicet, vel testi vt iustè testetur, licet non peccet in dando, tamen repetit quod dedit. 14. quæstio. 5. cap.
7 non sanè. & gloss. ibi tenet, quòd talis † repetit pecuniam, si non eo animo dat, vt iudicem corrumpat: nam si dat eo animo vt ius, & quietem sibi conseruet, tunc potest repetere. vt probatur in. cap. dilectus. de simo. Et idem tenet tex. singula. in. l. 27. tit. 22. par. 3. vbi ait, quòd si litigans donet aliquid iudici simpliciter, vel vt iniustè iudicet, aut differat litem, non poterit repetere, sed fisco applicatur, cui turpia ex officio lucra adquisita accrescunt. Illud verò quod dedit, vt iustitiam faciat, licitè pōt repetere: quia tunc turpitudo repetendi fuit ex parte iudicis causata. & cum ea. l. cōcordat tex. in. l. 1. ff. de cōd. ob turp. caus. & tenet Specula. in titulo de senten. §. quæ sit pœna. versi. sed nūquid ille qui dedit. & cōcordat tex. in. l. Luci⁹. ff. de iure fisci. Et idē tenet Archie. Florenti. in. 3. parte. titul. 9. c. 2. in princip. quē vide. & dicit, ꝙ cùm ex officio suo teneatur gratis iudicare, & bene, turpiter accepit, & crimen concussionis commisit: quia non licet vendere iustum iudicium. * Et sic dicit, ꝙ iudex tenetur restituere ei qui dedit per. d. glo. in. d. c. non sane. 14. q. 5. & idem inquit ipse Floren. esse si ex aliqua causa oportebat eum non iudicare: & nihilominus vt non iudicaret accepit: nam tenetur restituere parti qui dedit. 1. quæst. 1. cap. iubemus. & ca. nemo de simonia.
*¶ Et Paris de Puteo. in dict. tracta. syndicat. in parte, an si tempore sententiæ. fol. 93. nu. 2. te-
8 net, † quòd si iudex indebitè aliquid accepit à subditis, conuentus ciuiliter, in quadruplum tenetur. vt in. l. 1. C. ad. l. Iuli. repet. vbi dicit, quòd gloss. ibi tenet, quod totum illud applicatur fis
9 co. ¶ Ad quam pœnam † quilibet de populo potest agere, quia actio est popularis: tamen si parti acquireretur soluenti, tunc pro parte sibi competeret actio, & eius hæredi. gloss. in. l. 2. ff. eod. ad. l. Iulia. repet. Et etiam vbi criminaliter agere-

ageretur,cuilibet daretur potentia accuſandi.
vt in.l.fi.eo.tit.quia crimen eſt publicum, ſecũ
dùm Ange.in.d.l.1.&Par.de Puteo.vbi ſuprà.
¶Quinimo dicit dict.Pute.in parte,corruptio.
fol.92.nu.10.ꝙ nõ licet dare pecuniam iudici:
vt etiã ferat ſententiã ſecundùm iuſtitiam, nec
iudici eſt licitum recipere. vt in .l. penultima.
ff.de condition.ob turpem cauſ.ſicut non licet
teſti recipere,vt teſtimonium deferat ſecũdùm
veritatem,quia falſi tenetur.vt Bart.in.l.1.§.1.
10 ff.de falſi. ¶Et ſi dat iudici pecuniam † vt ſe-
cundùm iuſtitiam ſententiam proferat, perdit
cauſam,& non poteſt ab eo repeti. vt glo.in di
cta.l.1.de condi.ob tur.cauſ.Et idem tenet Iaſ.
ibi,numer.3.vbi ait, quòd quando datur iudici
pecunia ſolùm ad finẽ,vt cauſam expediat,per
dit cauſam,tamen datũ poteſt repetere.&ita di
cit tenere ibi Alexã.&docto.Et de iſta materia
corruptionis vide latè ibi per dict.Pari. de Pu-
te.cum verſi.ſequentibus.& vi.text. ſingula.in
l.52.titu.14.parti.5.vbi latè de hoc.* Et in.d.l.
27.tit.22.par.3.& vi.Peregrin.in parte.falſitas.
q.2.in glo.recipienti,vbi iudex qui accepit pe-
cuniam vt veram ſentẽtiam det punitur.*¶Vi
de tu Bal.in.c.ſi iuſtus.de appella.nu.11.vbi te
net,ꝙ licet ſentẽtia nõ valeat,ſi fuit aliquid da-
tum iudici pro ea ferenda.vt in.d.l.venales. ta-
men licitũ eſt iudici dare pecuniã pro vera ſen
tentia,& teſti pro vero teſtimonio, dummodo
detur publicè,& nõ ſecretò:nec iſta dicitur cor
ruptela,ſed cautela,& redimere vexationẽ ſuã,
& ſententia eſt valida.Et ideo dicit idem Bald.
quòd ſi iudex non vult facere tibi iuſtitiã ſine
ſimonia,ex parte tua ſis cautus: ſi potes des ei
pecuniam coram duobus teſtibus, & tabellio-
ne,alioquin omnino abſtineas:tamen licet ſen
tentia ſit valida,iudex punitur,per ſupradicta.
¶Sed vnum ſcias,& menti tene, quòd ſi pecu-
11 nia ſit data† iudici poſt latam ſententiam, tũc
ſententia valet,nec dicitur venalis, nec poterit
iudex puniri de barateria. tenet Felin.in capit.
tua nos.de ſimoni.& Hippolytus de Marſil. in
ſingula.190.& in.l.lege Cornelia. ff. ad.l.Cor-
neli.de ſicarijs.nu.4.Sed ego credo, ꝙ licet va-
leat ſententia,tamen iudex punitur,quia etiam
poſt ſententiã nil poteſt recipere.vt in.l.30.tit.
15.lib.2.in ordi.regal.vt dixi ſuprà in glo. *no re
cibira.*1.col.Et pro iſta mea opinione eſt dictũ
expreſſum Pari.de Pute.in.d.tract. in parte,cõ
ſiliarij officiales.nu.2.foli.194.vbi ait,quòd in-
tantum iudex prohibetur præmium accipere,
ꝙ ſi poſt ſententiam accepit,in ſyndicatu cõue
nitur.Quia qui recepit pretium poſt factũ, pu-
nitur ac ſi recepiſſet ante factum allegãdo Bal-

12 ¶Quid ſi pecunia† non ſit data,ſed tãtùm eſt
promiſſa?Dicit Bald.in conſilio.490.incipien-
te,Proponitur.4.volu. ꝙ ſit nulla: ſi eſt lata in
fauorẽ promittẽtis.De quo dubitat dictus Hip
polyt.de Marſi.in.d.ſingula.190.quia commu
niter ante ſententiam partes promittunt iudici
bus maria,& mõtes, ſed poſt prolationẽ ipſius
nec dum non obſeruãt promiſſa, & nec partẽ
promiſſorum, imò ſæpe fingunt eum non co-
gnoſcere:& qui viderunt, teſtimonium perhi-
13 buerunt ſecũdùm eum.¶Sed quid ſi plures† iu
dices ſimul iudicauerunt,& vnus eorum ſit cor
ruptus,alijs ignorantibus,an teneat ſententia?
Vide ſingular.Ioan.And.in additio.ad Specu.
in titu.de ſenten.§.iuxta.in additione, quæ eſt
in verſi ratione.num.2.in part.c.cùm ab omni.
¶Et tene,quòd non ſolùm iudex corruptus pu
nitur,verum etiam punitur qui eum corrũpit,
14 † dando ei pecuniam,vt pro ſe ferat ſententiã:
quia diffidere videtur de iuſtitia,qui corrumpit
miniſtrum iuſtitiæ, & commodum victoriæ
perditur ipſo iure. vt Baldus in. l. prima. C.de
pœna iudi.qui malè iudi. & tenet Montaluus.
in.l.2.titu.2.lib.2.foro legum.in gloſ. *que le den.*
& vltra eum per Bart.text.& ibi glo. in.l. Item
apud labeonem.§.ſi quis virgines.ff.de iniurijs.
in glo.in parte,vendidit.*Quinimo vbi corrũ-
pẽs& corruptus ſunt ambo ſeculares debet cor
rumpens maiori pœna puniri quàm iudex acci
piens ſecundum Iacob.de Bello Viſo in .§. ſi-
quis autẽ.in auth.vt iudices ſine quoquo ſuffra
gi.& Thom.Grãma.in conſi.35.nu.15.*¶Ad
quod facit,quod tenet dict.Hippoly.de Marſi.
in.l.circuncidere.§.ſeruo.nu.6.&.7.ff.ad.l.Cor
ne.de ſicarijs.allegãdo Bald.in.l.1.ff.de calum-
15 nia.vbi tenet.quod lex imponens† pœnam re
cipienti aliquid per barateriam, habet locum
etiam in dante.& idem tenet Paris de Put.licet
Hippoly.eum non allegetin.d.tracta.in parte,
corruptio.folio.91.nume. 6. per.d.l.1.de calũ.
& dicit,quòd facit quoque text.in.l.1.C.de cu
preſsis.libro.11.ſecundum Bal.ibi. & Amode.
Iuſt.in tracta.ſyndicat. in parte.Item in eo.co-
lumna.2.verſicul. aduerte. vbi idem tenet. Et
eſt text.in.l.25.titulo.22.par.3. qui eſt ſingu-
16 la.vbi tenet,quòd† accuſator,qui aliquid iudi-
ci dedit,vt iniuſtè contra accuſatum iudicaret,
perdet cauſam,&patietur aliàs pœnas de quib⁹
in.l.24.eodem titulo.ead.parti.¶Accuſatus ve
rò corrumpens dono vel promiſsione iudicem,
pro confeſſo habetur, niſi ſit certum eum fore
inſontem, ſed litis formidine hæc conſtet feciſ
ſe.¶Si autem eſt cauſa ciuilis,quilibet dãs, aut
promittens,perdit cauſam,& ſoluet regi triplũ

datorum, aut duplum promissorũ. Sed si Corrector se sponte detegat, & probet regi, vel suo maiori, nullam patitur pœnam: si autem non probet, soluet regi litis æstimationem, si causa fuit ciuilis, si criminalis, perdit omnia bona fisco applicanda, & iudex purget se per iuramentum. nam diffidentia iustæ sententiæ spem negotij deposuit in pecuniæ corruptelam. vt ibi per Montaluum in dict. l. par. & tex. & ibi Hippolyt. de Marsil. in l. qui duobus. ff. de falsi. vbi qui iudicem corrũpit, tenetur pœna falsi. ¶Et
17 facit † quod dicit Bald. in c. 2. vlti. eo. de probatio. vbi ait, ꝙ natura correlatiuorũ est cõmunis vtriq; extremo: & vno contrahentium prohibito, vel permisso, alter censetur prohibitus, vel permissus. per ca. 2. de mutuis petitio. ¶Et ideo dixit domi. in c. vnico. de dolo & contu. lib. 6.
18 ꝙ si actor † obtinuit specialem commissionem, ꝙ in causa ciuili reus debeat personaliter comparere in iudicio, ꝙ tunc tenetur etiã ipse actor comparere personaliter. ¶Et illud, quod tenet Bar. in l. fin. C. de exacto. tribu. lib. 10. vbi quando lex Imperialis prohibet emere, comprehẽdit etiam ecclesiam. & ibi Angel. dicit, quòd
19 prohibita emptione, intelligitur esse † prohibita vẽditio. & illam doctrinam sequitur Barb. in capit. primo. col. pe. de testament. & facit quod tenet Barto. in. l. fi. C. de indicta viduitate tolle. & Abb. in proœmi. Gregori. 8. colum. num. 20. & ibi Sebas. Sapi. in additio. licet cõtrarium teneat dictus Abb. in c. primo. col. 3. de locato. quia ibi additio tenet contra Abb. de quo ibi per eum. & per dictum Hippoly. in dict. l. circũcidere. §. seruo. vbi latè. vbi quoque ait, ꝙ stante statuto quòd nullus posit emere sine licẽtia alicuius officialis, includitur etiã venditor. per Barto. in. l. fi. C. de accepti. per text. & ibi Bart. in dict. l. 2. C. de cupressi. li. 11. ¶Ex ista connexione potest esse illud quod tenet tex. in. l. qui explicãdi. C. de accusa. & Angel. & Bal. ibi. vbi
20 tenent, quòd officialis † præsidis, qui acceptat pecuniam, & pollicetur præsidem certã sentẽtiam laturum super crimine, punitur quemadmodum & corruptor, non tamẽ eadem pœna. Quod dicit Angel. ibi, quòd facit cõtra baratterios, qui accipiunt promissionem pecuniæ, pollicendo iudicem cõdemnaturum, vel absolutu rum ad suam instãtiam, ꝙ extenditur secundũ Angel. ibi, vt habeat locum in causa criminali, in qua licitum est pro sanguine suo redimendo corrũpere hominẽ: quia licet promittẽs, vel soluẽs vt absoluatur nõ puniatur, tñ qui pollicetẽ pro pecunia iudicẽ laturũ sentẽtiã absolutoriã, iniuriã facit iudici, cuius animi motũ detegit, & reuelat, & ideo sibi iniuriarũ tenetur. tex. dicit Ang. esse in. l. itẽ apud labeonẽ. §. idẽ ergo. ff. de iniur. & ideo secũdũ eũ poterit in insulã relegari. vt in. l. fi. ff. de iniurijs. & cũ hoc transit, licet dicat, ꝙ Bar. relinquit cogitãdũ. quod sequitur dictus Paris de Pu. in. d. tract. in. d. parte, corruptio. n. 11. Quòd est notãdũ cõtra istos sequaces, & amicos iudicũ. quia multoties talem promissionẽ faciunt donis, vel pecunijs iudicibus ignorãtibus, qui possunt cõdẽnari vt corrupto
21 res iudicũ. ¶Quoq; dic, ꝙ talis iudex, † qui sic iudicauit ex eodẽ processu, potest puniri ciuiliter, & criminaliter. Et est speciale in iudicibus delinquentibus in officio suo, ꝙ simul, & semel puniantur. ita tenet Bal. in. d. l. venales. per tex. quẽ dicit esse notabi. in. §. oportet. el. 1. vt in authen. vt iudic. sine quoq. suffragi. suprà allega. *Et an debeat citari, dic ꝙ sic, vt Abb. & melius Feli. in. c. sacro. de sent. excommu. num. 9. & est tex. singul. in. c. venerabilibus. §. 1. de sent. excõmu. lib. 6. & vi. Angel. in tracta. maleficiorũ in parte Gaio appellante: & ibi Augusti. num. 27. & Abb. in. c. cũ speciali. §. porrò. de appellatio. nu. 8. & ibi vi. quid quando agitur causa in gradu appellationis: & vi. Peregri. in parte iudex. q. 5. in glo. aduocatus & vi. glo. infrà, in. ca. 3. in glo. *abogados*. nu. 6. ver. sed quando.* Tamen iudex in syndicatu potest ex nouis allegationib⁹ defendere suam sententiã, & ostẽdere cõdemnatũ ius nõ fouere, vt dixi suprà in isto. c. in gl.
22 *el derecho a las partes*. in fine. ¶Et quia iudices † propter quæstũ pecuniæ non debẽt innoxios cõdẽnare, & noxios verò ad præstationẽ adiuuare. vt in. d. auth. vt iud. sine quoquo suffra. §. qua propter. ibi, administratiões nũquam: quia iudices auari nesciũt quantũ delinquũt. nã cùm vẽdũt aliena crimina, sua faciũt esse peccata: vn
23 de paria sunt iustitiã vẽdere, † & simoniã cõmittere. vt in. c. accepimus. de purga. cano. imò gra
24 uius est vẽdere iustitiã, quã præbendã, † quia legimus Christũ esse iustitiã. c. existimat. 11. qõ. 3. nõ autẽ legitur esse præbẽda. Sed culpa tãto est grauior, quãto res, in qua culpatur, & sanctior. vt ait Bernardus. cũ vẽdere ergo prębẽdã inter cætera crimina grauius reputetẽ. c. fi. 1. q. 7. vẽdere iustitiã, quę est Christ⁹, grauissimũ est cẽsendũ. ita tenet Luc. de Pẽ. in. l. 1. C. de deser. li. 12. co. 16. Et vi. Bal. in. d. l. venales. vbi ait, ꝙ nõ videtur iudex corruptus † pecunia, qui à fœ
25 neratore gratis recepit. vt per Specul. in ti. de vsu. licet dicat ꝙ facit in cõtrariũ. l. quin etiã. ff.
26 de calũ. ¶Quid si arbitri sunt corrupti, † an ei⁹ sentẽtia valeat. vi. ibi gl. & doc. in. d. l. venales. ¶Et nõ solũ corrũpẽs iudicẽ punitur, sed etiam ille,

27 ille, qui corrūpit notariū† actorum, perdit causam.l.qui in fraudē.§. quotiens. ff. de iure fisci &.l.si quis obtexerit. ff. de falsi. &.l.si quis aliquid.§.instrumēta.ff.de pœnis. & not.Bal.in.l. de eo.C.de pœna iudi.qui malè iudi. & Mōtal. in.d.gl.*que le den*.&.d.Pari.de Pute.vbi suprà in parte,corruptio.nu.7.Et ista est cōmunis opin. secundū Feli.in ca.venerabilis.de excep. 5.col.

28 versi.vtrum si falsans.vbi quoque tenet, ꝙ† falsans acta causæ.perdit causam.vt Barto.in dic. §.quotiens.& Bal.in.l.qui testamē. ff. de excusa.tuto.& in.l.1.§.2. in fine.ff.de calūnia.Quòd est secus in corrumpente aduocatum secūdùm

29 eum ibi.¶Quod extendit† Feli.in corrumpente procuratorem partis aduersæ,vel ipsam partē,si causa respicit interesse etiā alterius, quàm partis.vt in.d.§.2.& ibi pulchrè Bart.& in.l.qui falsam.C.de falsis instru.& Ang.dicit cōmunē opi.esse in.l.prima in fine.ff.de his qui testa. de

30 len.¶Dicens† idē esse in desigillante acta trāsmissa consultori.per.d.§.quotiēs. Sed in hoc dicit Feli.vbi suprà, ꝙ Ang.non bene loquitur,qa iure non cauetur secundùm Imo.in.d.l.prima. ff.de his,qui test.delen.per.c.cùm olim.lo.2.de offic.delega.Iunctis verbis Bart.in.l.qui testamentū.ff.de falsis.& vi.Imo.in.l.diuus. ff.de re iudica.Et licet Feli.non dicat,dic ꝙ talis desigillans,& subtrahens pręsumitur fouere malā causam,sicut ille,qui alteri parti aduocatos subtrahit.vt tenet Romanus in consil.346.col.3.Et licet Abb.ibi in.d.c.cùm venerabilis.post multa teneat,ꝙ falsans acta,non perdat causam, quia cautū non reperitur:& ꝙ tex.in.d. §.quotiens. loquatur in causa fiscali,quia imò est cautum illud,quod tenet opi.cōmunis:nec ibi in. dict. §. quotiens.sit speciale in fisco,secūdùm Cardi.in dict.c.cùm venerabilis.prout refert & sequitur Andre.Sicul.in.d.ca. cùm olim. & quia omnia

31 † iura statuta in fisco, habēt locum in priuato, nisi in lege dicatur, ꝙ sit speciale in fisco. vt tenet Ias.in.§.in bonæ fidei.Insti.de actio.col.11. & glo.in.l.prima.C.de peti.hæredi. & glo. in.l. prima.ff.quod cuiusq.vniuersi. nomi.& Ias. in.l. nec quicquā.ff.de edendo.in principio.&Pau. de Cast.in.l.rescriptū.ff.de pactis.nu.4. & in.l. itē veniunt.§.ad aptanda.versi. in priuatorū.ff. de peti.hęredi.¶Sed dic melius secundùm Fel. vbi suprà,ꝙ text.in.d.§.quotiens.dicit, ꝙ quotiēs apud fiscū causa agitur,gl.exponit.1. apud procuratorē fisci, & tu scis, ꝙ procurator fisci cognoscere pōt inter duos priuatos consentiētes.vt in.l. cùm vendente.ibi,si volueris. C. vbi caus.fisca.&.l.cùm eorū.C.de senten. ergo tex. in.d.§.quotiens.sequitur generaliter.¶Fortius

32 dicit Innoc.in.c.intimauit. de testi. ꝙ qui† conatus fuit aduersario subtrahere probationes, debet perdere causam & sequitur Ang.in.l. 1. §.si reus.ff.de eo per quē factū est.Sed hoc non est tenendum secundùm Feli.vbi suprà secundùm Bal.in.d.c.intimauit.quia si esset,nō oportebat ibi examinare testes super causa. idē Bal. in.l.prouidendū.C.de postula. & Abb.in.cap. cùm causam.de testi.vlti.col.ibi,ego dicerē,vbi ait,ꝙ licèt talis probatio per partē subtractā habeatur pro facta odio illius.l.si de possessiōe.C. de proba.nō tamē perdit ille ex hoc causam.patet per.c.peruenit.lo.1.de testi.cogē. &.c.cōstitutus. de testi. vbi aliter punitur. ex quibus reprobatur glo.fi.in.c.venerabilis.in fine.de religios.domi.Et prędictis adde Petrū de Anchar. in consi.381.vbi tenet dictā cōmunem opinionē,de qua suprà,quam etiam sentit Bart. in. l.si quis obrepserit.quæ omnia dicit Feli.vbi suprà

33 notāda vt noua.¶Ad idem facit,quod † tenet Ioan.de Ana.in consi.12.vbi tenet: ꝙ qui cācellat nomen procuratoris,qui est in mandato,cōmittit falsum,& debet puniri,etiā si officiū procuratoris sit finitū: quia negari non pōt,quin scriptura dicatur mutata siue sublata, ergo falsa.iuxta notata.in.c.in memoria.19.distin.&in c.licet.de crimi.fals.quia talis cācellatio nō spectabat ad ipsum.argumē.in.l.1.per totū.C.nec quis in sua caus.&sic ꝙ commisit falsitatem punibilē.Pro quo dicit Ana.ꝙ est dictum Angeli in.l.prima.ff.de publicis iudi. vbi ait, ꝙ ille,qui

34 occultat† acta iudicij,vt veritas occultetur,incidit in pœnā falsi,ergo ipse qui cācellat.¶Quin imo dicit ibi Ludoui. Boguli.in additio, ꝙ tale crimē est publicū,& quilibet de populo admittitur ad accusandum.vt Institu.de publicis iud. in principio.& qui sic cancellauit, debet puniri.per.l.corneliam.de fal. vt voluit in terminis Angel. in.l.2.ff. de publicis iudi.vbi dicit se vidisse de facto seruatū in ciuitate Perusij in quodā qui vocabatur Ang.& sic quòd quilibet admittatur ad accusandū eum,qui subtraxit acta iudicij,vt veritas occultet̄: sed iste plus fecit, quia cācellauit acta iudicij:& sic verificatur doctrina glossæ.in.l.Paulus.ff.de falsi. ¶Quoque facit quod tenet Ludo.Roma.in cōsi.346. col.

35 3.versi.cæterum. vbi tenet,† quod si alter ex litigātibus desigillat,aperit,& legit acta probatoria penes alterum,sic secrestata per iudicem,dupliciter punitur,primò arbitrio iudicis, secundò,quia nō auditur si quid postea allegare velit ad infringenda ipsa acta probatoria,quę faciūt pro aduersario.vt in.d.c.olim magister.de offi. delega.Et intantum faciunt fidem,quòd etiā si

aliqua rasura quanuis in loco suspecto reperiatur pro altero litigante, non derogatur eorum fidei in his, quæ ex eisdem concipi possunt: quia tunc rasura ipsa non præsumitur facta ab eo, in cuius fauorē acta cantant, nec eius mādato, hoc est, quod notanter notat Hosti. & Ioan. Andre. in c. accepimus de fide instr. qđ verbū dicit Bal. in l. 1. C. eo. ti. de fide instr. nō reperiri alibi, ꝑut tenet dictus Ludo. Roma. in d. consilio. ¶ Ad supradicta redeundo dic, ꝙ generaliter barateria
36 † cōmittitur ab officiali, vbicūque aliquid recepit à priuato, vt faciat non facienda, vel omittat ea, quæ sunt facienda. vt in l. 1. & ibi gl. in versi. accepit. ff. ad l. Iuli. repet. & in l. eadem. §. fi. eo.
37 ti. ¶ Et barateria † dicitur à barato, baratas: quia iudex recipiēdo aliquid, dicitur baratare, & permutare iustitiā cum eo quod recepit: sicut recipiēs aliquid pro dādo beneficiū, dicitur vēdere beneficium. vt Amodeus Iustinus in d. tra. syndi. in prin. versi. 5. & vide suprà in glo. *no recibira dadiua.* in fine. vbi quid sit furtum, & barateria.
38 ¶ Et isti iudices, qui conuicti sunt † sceleribus & furtis in officio maculasse, perdūt priuilegiū ex dignitate acquisitum, & tanquam plebei, & pessimi condēnantur. vt tenet tex. in l. iudices. C. de dignit. lib. 12. Et ibi Luc. de Pen. colū. fi. dicit, quòd quoq; tenētur pœna periurij, cùm iurent nil recipere à subiectis, sed contentos esse his annonis, quæ sibi à fisco dantur. Et vltra iuramētum etiā amplius quàm latrones excedūt, cùm legis quodammodo vigore id facere videātur. Totius enim iniustitiæ nulla capitalior est, quàm eorum, qui cùm malè faciunt, id agunt, vt boni viri esse videantur. Et maius malum est, cùm iudex non tenetur furare, imò aliena furta punire, si calcato iuramento spoliet ipse subiectos, quos vendicare tenetur: & qui legis authoritate, seu fauore furatur, immanissime plusquā latrō peccare censendus est, secūdū Lucā de Pe. vbi suprà. quod nota. & vide. ¶ Optimū est sci-
39 re quomodo intentetur libellus † cōtra iudicē, qui dictam barateriam fecit. Et dic quòd conceptio est talis ¶ Coram domino potestate. &c. Compareo omni modo, & meliori quo possum cōtra talē: & dico, ꝙ cùm ipse in ista ciuitate officium iudic. exerceret, tempore sui officij, hoc anno, & mense tali, in domo talis, in tali camera regnante tali, pecuniam accepit à Titio aduersario meo, ob iudicandum, vel non iudicandum, ob interponendum decretum, vel non interponendum, & ipse iudicauit, vel interposuit decretum, vel non iudicauit, per hoc enim coram vobis accuso: quare peto ex vestro arbitrio eum punire, & puniendum fore sententialiter declarari. Et hoc cùm criminaliter agitur. ¶ Si verò ciuiliter, sic concipe. iunge quare peto ipsum in quadrūplum condemnari. prima. quæst. 1. cap. cum qui. & in l. finali, in fine. C. ad l. Iuli. repe. Tamen in hoc libello non est necesse ponere aliquid de anno, vel mense, vel domo, vel nomine principis, nisi velis. Istas formas ponit Specula. in titulo de accusatio. & inquisitio. §. nunc formæ. versiculo secundo. numero tertio.

¶ Attamen quando contra iudicem, vel contra
40 aliquem de † sua familia libellus suprà barateriam, vel furtum porrigitur, seu datur simplex petitio, quòd sæpe fit malitiosè: ipse iudex neget contenta in dicto libello, seu petitione, & faciat reconuentionem de iniuria, & de infamia, & protestetur in dicta reconuentione in casu in quo ille non probet, & alleget se nobilem, & probum virum, iuris peritum, & optimæ famæ: quibus attentis reconueniendo ipsum, dictus iudex æstimet infamiam, & suam iniuriam centum librarum, vel mille ducatorum, attenta eius qualitate: & offerat se probaturum, quòd pro dicta quantitate noluisset, recipere vel sufferre tantam iniuriam, seu infamiam: & protestetur de damnis, & expensis, & interesse ipsius. vt tenet omnia supradicta singulariter Cataldi. in tracta. syndicat. in quæstione. 281. quæ est finalis. ¶ Vbi quoque dicit, quòd ille, qui porrigit petitionem cōtra officialem, non potest retrahere ab ea absque eius licētia. Quæ dicta Cautela de reconuentione (iudicio meo) est optima: quia facit ad l. 2. titulo. 2. lib. secūdo. foro. ll. in fine, iam allega. vbi tenet, *que si alguno se querellare del Alcalde a tuerto, en esta razon aya la pena sobre dicha, que el Alcalde auria, si tuerto juzgasse.* & tenet Montalu. in l. 23. titulo.
41 22. partit. tertia: vbi tenet, quòd † querelans de iudice iniustè, patietur talem pœnam, qualem iudex, si verum esset. allegat Bartol. in l. seruo inuito. §. cùm prætor. ff. ad Trebellian. Et licet Bartol. ibi non dicat, tenet Paris de Puteo in dict. tracta. in parte, Syndicatorum. foli. 25. vbi tenet, quòd in syndicatu non debent calumniari, & vexari contra honorem, & dignitatem suā, & prouidere, quòd quis non frustretur friuolis, petitionibus, vel ineptis, & calumniosis, & quòd debent reijci tales conuitiantes officialibus in fine sui officij, & eos puniri. quod nota.

¶ Tu quoque vide singulariter Pari. de Puteo in dicto tracta. syndicatus. in parte, iniuria offi-
42 cialis. folio. 31. vbi † tenet, quòd officialis, qui fuit absolutus in syndicatu, potest cōtra quem non probauit, & egit contra eum, agere actione iniuriarum. per. l. item apud labeonem. §. si quis libellos.

libellos.ff.de iniurijs. & Bartol.in.l. fi. ff. ad senat.consul.turpilia. vbi si quis agit contra aliquem calumniose, quòd potest actione iniuriarum conueniri.per tex.in.l.eadem. §. si quis nō debitorem.per eū allega.& etiam si actor iurasset de calumnia, & quod querelās de iudice indebitè in syndicatu puniatur, dicit ꝙ est tex.in constitu.regni prout in dict.l.fori.cauetur.& in dict.authentica. vt iudices sine quoque suffragio.§.ex aduerso.¶Tamen dicit, quod licet dicta cautela Catald. sit vtilis.& bona: tamē quia syndicatores, qui syndicant, quærunt aliquando gratificare, dicit quòd pluries cōsuluit, quòd expectetur finis primi iudicij: quia si contingat absolutio, tunc poterit agi actione iniuriarum. per.l.si tibi.C.de liberali caus.& consulit, quòd agat actione iniuriarum in magna curia, vel coram iustitiario regionis, quo casu potest pro parte protestante de calumnia punire iniustè querelantes contra ipsum officialem. vt ibi per eū. vbi quoque tenet, quòd debet puniri eadē pœna.per.l.fina.C.de accusatio. Sed tu tene dictā cautelam Cataldi.& facias dictam reconuentionem: & si non facis: potes postquam absolutus fueris intentare actionem iniuriarum principaliter contra querelantem: quia vtroque modo iudex tenetur condemnare querelantem indebitè, modo reconueniatur, vel postea principaliter accusetur per supradicta. ¶Et vide Guido. Pap.in singula.358.§.iudex à quo.vbi in alioca su tenet, quòd iudex à quo non debet reputare ad iniuriam, si appellans dicat in appellatione sententiam iniquam: quia illa verba de consuetudine non important iniuriam. Secus si diceret sententiam latam fuisse per pecuniam, & sic de similib.iniurijs: quia tunc si illud non probetur in causa appellationis, scilicet, corruptio prædicta, forte iudex posset agere actionē iniuriarū: non tamen aget ante sententiam in causa appellationis latam, vel appella.desertam. ¶An au-
43 tem officialis, qui attentauit barateriam † cōmittere, & non perfecit, puniatur? Bald.in authentica. Sed nouo iure. C. de pœna iudic. qui mal.iudi.dicit, quòd sic. putà quia accepit pecuniam, & nondum tulit sentētiā.vt in. l. generaliter.§.1.ff.de calumnia. sicut in simili dicimus in crimine assassinatus.vt in.l.prima, in fine.ff. qđ quisq; iurj.*Et ibi Bal.in.§.hæc autē versi.in ea. glo.ibi prouenit.*Et est speciale, quia æquiparatur crimini læsæ maiestatis.vt dixit glo.in. d. authen.sed nouo iure. ideo punitur attētans. Ita tenet Amode. Iusti.in dict.tract.syndi.in parte. Item in eo an autem officialis. Et ideo dicit Ioā. de Ana.in rub.de simonia.numer.6. allegando Bald.Perusin.in regula Contractus. de regulis iur.in.6.in additionibus, quas fecit Ioann. Andre.in mercuria. se vidisse de facto Florentiæ ipse ibi ordinariè legente, videlicet, an ille qui cōmisit barateriam in officio recipiēdo solam promissionē, an possit pœnitendo remanere in officio? Et dicit, quod fuit consultum, ꝙ non, quia turpiter fuit pactus.vt in.l.3.ff.de calumnia. & ita dicit ꝙ remansit desolatus, & præ dolore & verecundia mortuus est: & licet videatur, ꝙ nō poterat puniri, nisi opere subsecuto. Tamē opi. Bal. est de iure vera, faciendo dictam æquiparationem de barateria ad simoniam, & ad crimen læsę maiestatis per notata in ca.1.de homic.lib.6. stante potissimè, ꝙ in parificatis seu æquiparatis de facile fit extensio.vt per gloss.in capi.si postquā.de ele.in.6.§.1.&.fi.vt per Ana.ibi, quē
44 vide. ¶Quomodo autē probetur barateria, † dixi suprà in glo.no recibira dadiuas. fi. column. versi.quia si nō fugit tempore syndicatus. ¶Aliquando dubitatur tempore syndicatus, & sæpe
45 occurrit in practica, vtrum † officialis, qui timet in syndicatu condemnari pro aliqua barateria, vel furto, seu debito, possit offerre solutionem ante condemnationem vt euitet condemnationem, & infamiam iuris, & facti.vid.Bal.in. l.generaliter. §. si igitur. ff.de calumnia. & Paris de Put.in dict.tracta.in parte, multa de barateria. fo.62.nu.4.vbi tenet, ꝙ in crimine baraterię nō habet locum pœnitentia, & in vno nūmo committitur, quæ est inter maximas causas capitales.vt in.l.furti.§.pactum.ff.de infamibus. ¶Tamen tu dic, quòd per istam oblationē debet absolui, & talis oblatio debet admitti per syndicatorem, aliàs faceret sibi iniustitiam, & teneretur ipsi, nihilominus condemnaret, vt tenet Paul. de Castro in.l.si reus paratus.ff.de procura.numer.10.per tex.notabil.ibi. Et idem tenet Bart. in.l.iusiurandum.§.cùm res.ff.de iureiuran.vbi dicit, ꝙ iam persuasit cuidam potestati, qui tempore syndicatus debebat condemnari in parua quantitate: cùm ibi esset statutum, ꝙ quicunque condemnatus fuerit in officio, quod is gessit, non possit ibi iterum esse rector ipse, nec aliquis de eius domo: vt effugeret istam pœnā, persuasit ꝙ solueret ante sentētiam, & ita factū est per tex.in.§.fin.Institu. de perpetuis & tempo.actio. Quod dictum Bart. sequitur ibi Ias. in dict.§.cùm res.nume.3.& Bal.in.l.prima. C.de dolo.& in.l.ea quæ.in fine.C. de conditione indebi.& in.l.quoniam de infamibus. & Mathesila in notabil.84.vbi dicit, ꝙ debet soluere totū vt euitet pœnam, & condemnationem. Sed quādo non offert totum, sed partē, tunc hoc sibi nō

I 5 prodest,

prodest.vt in.l.tutor.§.lucius. ff.de vsuris.& Cępol.in cautel.27.& Bart.& Bald.in.l.furti.§.qui alieno.ff.de infa.&vi.latè Bal.in.l.si traditio.C. de actio.empti.col.2.nu.6.¶Et facit quod tenet idem Paul.de Castr.in.l.1.ff.de actio.empt.nu. 9.vbi ait,quòd quandocunq; lite pendente res quæ petitur offertur, debet sequi absolutio ab obseruatione iudicij.& idem quod Paul.in. d.l. si reus paratus.tenet additio.Abb.in. c. cùm te. de re iudi.in additione,quæ est in.n.5.& Ange. in.l.fi.ff.de rebus credi.& Ioan.Andr.in additi. ad Specu.in ti.de censi.§.1.in additione secūda. ¶Vbi dicit,quòd publicanus euadit pœnam,restituendo surreptum ante sententiam.quod nota.& Abb.in cap.at si clerici.de iudi.n.27.& idē tenent Paul.& Angel.in.d.l. si reus paratus. de quo tex.vi.Barb.in cap.licet Heli.de simoni. & est tex.expressus in.l.si cum exceptione.§. hæc autem actio.ff.quod metus caus.& idē tenet Angel.in dict.§.fi.Instit.de perpet.& tempo.actio. ¶Sed contra supradicta videtur tex.contrarius in.l.si pignore.§.cùm furti actio.ff.de furtis. vbi recepta re,nihilominꝰ est salua furti actio:& ecōtra,soluta pœna duplici,vel quadruplici, est salua vendicatio.& idem tenet Abb.in.c.1.de dolo & cont.col.2.nu.6.vbi tenet, ꝙ ad pœnā cui tandam non prodest restituere rem ratam, seu aliter pœnitere de peccato.per tex.in.l.nō prodest.ff.vi.bono.rapto.¶Quæ contraria non obstant,quia loquūtur in raptore,& fure: & dictū Pau.& aliorum loquitur in dante,& recipiente, & sic habet locum pœnitentia:& restitutio ante sententiam,facit cessare pœnam. Vel potest intelligi,quando ex tali barateria nō fuit sequutum damnum parti:quia si est sequutum,pœnitentia, nec solutio, non releuat iudicem, & sic potest intelligi.d.Bald.vbi suprà,inquantum tenet, ꝙ in barateria non est locus pœnitentiæ. *Vel aliter ꝙ loquantur contraria in oblatione verbali:quia talis oblatio verbalis pœnam conuentionalem tollit, secus in pœna legali: quia tunc non sufficit oblatio verbalis, nisi etiam cōsignatio interueniat.tenet Anto. Franc.in additio.ad Abb.in.c.super eo de officio.deleg.suprà nu.6.In tantum iudex liberatur offerendo, vel consignando,ꝙ si iste à quo iudex extorsit aliquod plus confiteatur se illud à iudice recepisse,& satisfactum esse,liberatur:tenet Ancharra. in capitulo.statutum. §. si quidam. de rescripti. in.6.per.l. si debitorem. ff. de nouatio. sed hoc credo si dicat cum iuramento:argumen.eorum quæ affert Iaso.in.l.apertissimi.C. de iudic.numero. 27. & Bald. in. capitulo. tuis quæstionibus.de testi.numero.3.*¶Et opin.Paul.& Angel.& aliorum tenet Paris de Puteo in dict.tracta.syndica.in parte,oblatio.folio.190.& sic, ꝙ facientes ante condemnationem compositionem seu soluentes, & protestantes, quòd propter dubium litis euentum hoc faciunt,& ne vexentur litibus,& expensis,absolui debent ab instantia iudicij simpliciter, nec habet locum.l. quoniam . C. de infami.nec videntur delictum confiteri : quia faciunt causa redimendi vexationes.per nota.per moder.in.l.interdum.§.stichi.ff.de verborum obligation.& ita dicit Paris de Puteo vbi supra,quòd faciunt officiales,quia ante sententiam conantur partem concordare, vt euitent condemnationem, per quam eis paratur maximum præiudicium,quod nota, quia ita obseruatur. Quia si condemnaretur, etiam de iure communi condemnatus in syndicatu
46 †non potest amplius ad similem officium aspirare.vt in.l.iudices qui.& ibi notat Bartol.C.de dignita.libro. 12.& in.l.si quis aliquid.C.de suscepto.& arca.libro.12.vbi gloss. allegat plures concordantias.& tenet Ias.in dict.§.cùm res.in fine.l.iusiurandum.

SVMMARIVM.

1 *Iudices seu rectores terrarum, non debent secum ducere vxores: & si dicunt, tenentur pro eis.*

2 *Potestas tenetur pro omnibus,quos secum duxit, etiam si non sint præpositi alicui officio,si prætextu officij domini delinquant.*

3 *Iurisdictionem non habentes, licet vxores eorum in officio delinquant, non tenentur pro eis.*

4 *Iudex tenetur pro matre, quæ promisit victoriam causæ, vel remissionem & veniam delictorum pro pecunia, vel serico, aut lino sibi donato.*

5 *Iudex tenetur pro vxore, matre, & officialibus, quando agitur ciuiliter: secus si criminaliter.*

6 *Vxor dicitur de familia.*

7 *Vxor dicitur domestica persona.*

8 *Vxor est socia diuinæ & humanæ domus.*

9 *Vxor, & vir sunt eadem caro, & vnum corpus.*

10 *Sponsa de præsenti, dicitur vxor.*

11 *Mulier nupta, non dicitur concubina clerici, vel vxorati.*

Leges

12 *Leges loquentes contra concubinam, non habent locum contra mulierem nuptam, licet sit concubina.*

13 *Desponsata per verba de præsenti, licet sit concubina clerici, vel vxorati, non punitur.*

14 *Matrimonium dicitur & maritus & vxor contractis duntaxat sponsalibus per verba de præsenti.*

15 *Contra vxorem, vel sponsam alicuius non proceditur, licet sit concubina, nisi maritus, vel sponsus eam accuset.*

16 *Pœna legis ordina. disponentis contra illum, qui vocauerit mulierem nuptam meretricem, habet locum in illo, qui mulierem desponsatam meretricem vocauerit.*

17 *An consanguinei, vel amici rectoris ciuitatis, qui in officio non administrant, sed tantùm sunt in domo, contineantur appellatione familiæ, pro qua rector tenetur.*

28 *Agens contra potestatem pro delicto suæ familiæ, quid debet probare.*

z Mugeres. z Habuit ortum à dicto Bal.in.l.obseruare.§.pro
ficisci.ff.de offi.procō.& lega.in prin.vbi tenet,
1 †ꝙ rectores terrarum non debent secū ducere
vxores:& si ducāt, tenentur pro eis: quia ibi ma
gis puniuntur sui culpa, quam incurrunt ducen
tes secum vxores.vt glos.in.l.si quis in suo.§.le-
gis.C.de inoffi.testa.& Plat.in.l.apud eum.C.
de censi.& censitori.lib.11.nu.2.Et ibi quoq; te
2 net Bal.in.d.§.proficisci. ꝙ etiā tenetur † pote-
stas pro omnibus, quos secū duxit, etiam si nō
sint præpositi alicui officio, si prætextu officij
domini delinquant.vt in authentica, de iudicijs
§.nec autē.colla.6.&tenet Paris de Put.in.d.tra
cta.syndi.in parte.an in eo quod fecerunt. foli.
114.nu.22.& Mont.in.l.2.tit.2.for.ll.li.2.in gl.
porque no lo entiende.ver.& quia.&idē tenet Amo
de.Iusti.in.d.tract.syndi.in parte, qui dominus,
potestas,& officiales.versi. sed pone. vbi tenet,
ꝙ si duxit vxorē,& delinquit in officio, tenetur
pro ea ad interesse partis. Quod tamen dicit nō
3 habere † locū in alijs officialibus non habētibus
iurisdictionē: quia licet vxores eorū delinquant,
in officio, non tenentur pro eis.per.l.1.§.fami-
liæ.ff.de publica.& Bal.in.l.nulli.C.quorū ap-
pell.non reci.& in.l.2.C.vbi de ratio.agi opor.
& in.d.l.obseruare.& idem tenet & intelligit Pa
ris de Puteo in dict.tracta.syndicat.in parte, po
testas tenetur.numero.2.folio.207.vbi quoque
dicit quòd nō solum potestas tenetur pro vxo
re, quam secum duxit, sed etiam si duxerit ma-
4 trem, † quæ promisit victoriam causæ, vel remis
sionem, & veniam delictorum pro pecunia, vel
pro serico, aut
sine sibi donato, quia tenebitur

ni sus mugeres, z ni

bitur potestas, licet mater non videatur esse de
familia filij.vt in.l.qui adoptio.ver.ita, ff.de ado
ptioni. ¶ Quoq; intelligit Amode.Iusti. vbi su-
prà, quòd tenetur pro vxore, & familia, quando
agitur ciuiliter, secus si criminaliter secundum
glo & docto.in dict.§.proficisci. Et magis dicit
Amodeus vbi supra, ꝙ si statutum dicat, ꝙ pote
stas teneatur de delicto officialium, & familiæ,
debet intelligi, si agatur ciuiliter, non criminali
ter, & operatur vltraius commune, quòd tenea
tur etiam de delicto commisso extra officiū: &
si in electione obligauit se ad omnem pœnam
pro sua familia ciuiliter & criminaliter, debet in
5 telligi † de pœna pecuniaria, non de corporali: à
qua pœna pecuniaria liberatur exhibendo reū
principalem, secundum Bartol.in.l. si cum ex-
hibuissent.ff.de publica.& in.l.1.§.familiæ.ff.
eod.& in.§.quod nouissimè.& est tex.in.c.4.in
frà eodem in fine. vbi latius dicam. & idem est
si non stat per eum quominus exhibeat. secun-
dum dict. Amod. vbi suprà. ¶ Ratio nostri text.
6 potest esse. quia vxor † dicitur de familia viri.vt
in.l quicunque.C.de re mili.lib.12.& in ca.hęc
imago 30.quæst.5.& ideo corrigi potest & ex
causa verberari.vt notatur in.l.cōsensu. & in au
tentica ibi posita.C.de repud.glo.in. ca.quem-
admodum.de iureiur.& in cap.literas. de resti.
spolia.glo.in capit.sicut vlterius.7.quæst.1.Bal.
in.l.si filius. C.de pactis. ¶ Prædicta vera sunt
cum causa legitima, aliàs modicè permittitur.
vt in.d.cap.sicut vlterius.& in authētica de nu-
pti.§.si igitur. Alex.in cōsilio.96.in.4.volu. per
Feli.in cap.cùm contingat.de foro cōpet.& ali-
quid in cap.illud.de præsumptio. ¶ Et quoque
7 dicitur vxor † domestica persona.vt Bald. in.l.
etiā.& ibi glo.C.de testi.& quoque dicitur qua
si vsum viri.vt Paul.de Castro in consil.124. Sa
ly.in.l.cum te.C.de dona.ante nupt. quę vnica
vnico viro debet esse. Cardi.in cle.prima, de re-
8 nuntiati.5.oppo. ¶ Et est socia domus viri. † vt
in.l.aduersus.C.de crimi.expila.hæredi. videli-
cet tam diuinæ, quàm humanæ.vt in.l.1.ff.rerū
amota.& Specu.in tit.de feudis.§.quoniam.ver
9 si.20. ¶ Et sunt vir.& vxor † eadem caro, & vnū
corpus.vt in ca.debitum.de biga.& in.l.si cùm
dotes.§.si maritus.ff.solut.mat.& in capit. ido-
nei.4.

nei.4.quæst.1.& Ioánn.And.in additio.ad Specul.in titu.de teste.§.primo.versic. quid vxore. ¶Istum tex.extende,quòd non solùm iudex tenetur pro vxore,verum etiam quoque tenetur
10 pro spōsa,† si ducit eam in officio,& aliquid cōmisit:quia sponsa de præsenti, dicitur vxor. vt est gl.in.c.iuuenis.de sponsa.verbo.cōiug. idest sponsa.alia in capit.canonica.de sent.excom.in verbo,duximus in fine.de quo per Bal. & Pau. de Castro.& docto.in.l.nō sine.C. de bonisque libe.& per doctorē del Castil.in.l.49. de Toro. in glo.matrimonio.¶Et in tantū dicitur vxor, quòd etiam si nō sit traducta ad domū viri. Bartholo.Cepol.in.l.Marcellus. ff. de verborum significati.12.colum.&Bal.in.d.l.non sine.dicit hoc verum esse,nisi exprimatur de carnali copula. Et vi.Abb.in cap.ex publico.de conuers. coniug.& latissimè per Angel.de Aret.in.§. fuerat. Institu.de actio.nume.24.¶Quod facit ad pragmaticam.95.in libro pragmaticarum,vbi cauetur,ꝙ mulier nupta
11 † non dicatur cōcubina clerici,vel vxorati.Quod sequitur Pala.Ruui.in repeti.c.per vestras.de dona.§.21.fol.95.vbi dicit
12 † ꝙ leges loquentes contra concubinam,nō habent locum contra mulierem nuptam,quanuis esset publica concubina clerici,monachi,&religiosi.Quod nota,quia dicta pragmatica quoq;
13 extenditur ad mulierem † desponsatam:quia talis desponsata de præsenti,licet sit cōcubina clerici,vel vxorati,non potest puniri:quia dispositum in vxore,habet locum in sponsa de præsenti,vt dictum est:& quia statutum in vxore, habet locum in sponsa, & econtra. Tenet Palati. Ruui.in repetitio.rubri.de donationibus.§.55. numero.5.folio.33.per gloss.singula.in.§.pen. Institu. de excusation. tutorum. in verbo, maritum.in fin.& ibi notat in prin. & est text. iuncta gloss.in ver.concubinę.est in.l.3.ff.de dona. inter virum& vxo.vbi ait,quòd matrimonium
14 † dicitur,& maritus & vxor dicuntur cōtractis duntaxat sponsalibus per verba de præsenti, licet non interueniat carnalis copula. de quo ibi per Palat.Ruu.nu.3.&.4.cum sequēti.& quę dicam in cap.47.infrà eodem.in gloss.*manceba publica*.& in glo. *casado*. Et sic seruatur:quia quan-
15 do sponsa alicuius † est concubina alicuius clerici,vel vxorati,non proceditur contra eam, nisi maritus accuset.per.l.2.tit.15.lib.8.in ord.regali.& per.l.3.titulo.7.lib.4.foro.ll.Et per istas leges corriguntur leges,quæ tenent, quòd marito negligente alij poterāt vxorem suam de adulterio accusare.vt per Montal.ibi.vbi in fine tenet,quòd ex illa lege eliciturpriuilegium,quod habet vir.s.quòd eo nolēte,alius non admittitur ad vxorem suam adulteram accusandam.¶Per supradicta quoque extenditur.l.2.titul.9. *de las injurias*.lib.8.in ordi.regali.inquantum tenet,ꝙ
16 si aliquis vocauerit † meretricem vxori habenti virum, quòd incidat in pœnam illius.l. ꝙ pœna dicta illius.l.habeat locum,quādo vocauerit meretricem mulierem despōsatam per verba de præsenti.& tenet text.in.l.82.in.ll. *del stylo*. vbi habetur,ꝙ quādo lex ponit pœnā ratione calūniæ vxoris,ipsamet pœna intelligitur posita ratione spōsę de pręsenti.quod tene menti. ¶Ad supradicta de familia adde,quod tenet Ang. in
17 l.2.§.familiæ.ff.vi bono.rapto.vbi tenet, † ꝙ cōsanginei, vel amici rectores ciuitatis,qui in officio non administrant,sed tātummodo stant in palatio, nō continentur appellatione familiæ, pro qua rectores tenentur secundum formā statuti dicentis,quòd mali rectores illos tenent,vt per eos cōmittant multas baraterias, & deinde faciunt eos recedere,&dicunt se non teneri pro illis,quia non sunt in numero familiæ,nec inter eos descripti.Tamen dicit Angelus ibi, ꝙ boni syndicatores debent contra talem fraudem occurrere,sicut occurritur contra dominos expellentes famulos suos, vt possint in testes producere.¶Et in eadem.l in. §. hæc actio. tenet quoque Angelus,quòd quando agitur contra potestatem, quod eius familia damnum dederit, quòd petitio procedit, licet non exprimantur sigillatim nomina familiarum,tamen vt maleficium melius liquidetur, tota familia erit exhibenda cum eisdem vestibus per dicta.l. cùm exhibuissem.quod sequitur Paris de Puteo in.d. tract.in parte familiaris, siue familia potestatis. folio.111.numero.5. ¶Quando agitur contra
18 officialem de delicto familię,agens † debet probare duo.s.ipsum de familia esse,& positum tali officio:&probatur esse de familia eo ipso,quod cum alijs famulis est associatus,licet alia scriptura non appareat per tex.in.l.finali.C.de proxi. sacro.scrini.& esse positum alicui officio probatur eo ipso, quòd probatur illud officium exercuisse sciente domino.vt in.l.prima.§.magistratum.ff.de exercito.& tenet Cataldi.in tracta.syndicatus.quæstio.264.

SVMMARIVM.

1 *Pater & filius pro vna persona reputantur. limita,vt num.6.cum sequentibus.*

2 *Causa filij,causa patris esse videtur.*

2 *Pater & filius vna caro censentur.*

Filios

4 *Filios habens in ciuitate, proinde habetur, ac si sit præsens.*
5 *Æstimum patris, censetur esse æstimum filij.*
7 *An pater teneatur ad filij obligationem.*
8 *Si statuto prohibetur contrahi cum exbannito sub pœna, an poterit contrahi cum filio, vel seruo dato, quod ipso bannito acquiratur.*
9 *Pater, an teneatur ex contractu, vel delicto filij.*

a Ni hijos. a Quia filiꝰ accipiēdo, pater censetur recipere cū pater
1 & † filius pro vna persona reputētur. vt in. l. vlti. in fin. C. de impuberū, & alijs substitu. &. 35. q. 3. hac authoritate. & in. §. ei verò. Institut. de
2 inutilibus stipulat. & causa † filij, causa patris esse videtur: quia damnum, & emolumentum ad eum pertinere videtur. argu. 2. quæstione. 6. §. biduū. in ver. palàm. tenet gl. in. c. super eo. de testibus. & gloss. in cap. pastoralis. in parte, qua si lucro. circa medium. de decimis. Et alibi dici-
3 tur, quòd pater † & filius censentur vna caro. vt in capit. contradicimus. & in dict. §. hac authoritate. 35. quæst. 3. & facit tex. in. l. cùm scimus. ad finem. C. de agrico. & censitis. lib. 11. Et Bar. ibi signāter decidit per illum tex. de statuto dispo nente, quòd si quis stet absens à ciuitate, & sic non portet onera ciuium, nō gaudet priuilegijs
4 quòd si quis sit absens, & habeat † filios in ciuitate, perinde fit, ac si sit præsens. ¶ Et per istā regulam vulgatam, quòd pater & filius cēseantur vna persona, decidit Bal. in. d. l. fi. in fine. allegās gl. quā semper habet in ore in. l. 2. C. qui ætate.
5 lib. 10. quod æstimū † patris, cēsetur æstimum filij, & ecōtra. de quo plenè per Ias. in. l. sciēdū. in pri in. ff. qui satisdare cogāt. & ibi Alex. in fine tenet, ꝙ si statuto cauetur, ꝙ nullus habeat officiū in ciuitate, nisi habeat æstimū centū librarū, ꝙ filius possit habere officiū, licet nō habeat tale æstimū, si pater suus tale æstimū habet & etiam tale æstimū patris prodest filio: etiā seorsum habitāti à patre. ita Bald. formaliter in. l. prætor. §. sed si filius. in lectura antiqua. ff. de edendo. vt per Alex. ibi. vbi allegat alios doctores hoc tenētes. ¶ Sed dictā regulam, ꝙ vna persona censeā
6 tur, limita quoad ea, quæ sunt † iuris, secus ad ea quæ sunt facti. vt in. l. cùm hæredes. in principi. ff. de acquire. posse. licet contrarium & male dicat glo. in. l. cum miles §. 1. ff. ex quibus caus. maio. secundū Ias. in. d. l. fi. ¶ Secundo intellige istā regulam in filijs in potestate, secus in mācipatis. vt in. l. qui in potestate. ff. de edendo. & in. l. his nulla. ff. de iudi. & gloss. & ibi Ioann. de Plat. in l. cū filios. C. qui ætate se excusa. lib. 10. in fine. ¶ Tertio limita secundū Ias. ibi supra non procedere quoad ea, quæ sunt iuris publici. vt in. l. nam quod in princi. ff. ad trebelli. declarat Bar. qualiter intelligi debeat in. l. seniū. C. qui

hijos a deninguna p

testamen. facer. pos. ¶ Et si dicatur, ꝙ pater & filius cēsentur eadē persona, quare ergo pater nō
7 tenetur ad obligationē † filij, sicut videmus in hærede, qui tenetur ad omnia debita defuncti, quia fingitur idē cū defuncto, vt in authētica, de iureiura. à morien. præsti. in prin. respōde, ꝙ de rigore pater tenetur ad omnia debita filij: tamē quia iniquum videtur quem teneri ex contractu vel facto alterius, ideo in quarto libr. C. sunt facti tres tituli, qui continuatiuè procedunt. Primus est titulus vt actio ab hære. vbi statuitur, ꝙ omnes obligationes actiuæ & passiuæ transeunt in hæredē. Postea est titulus ne vxor pro marito. & titulus, ne filius pro patre. quibus statuitur, quòd de benignitate vxor non tenetur pro viro, nec ecōtra. ita nec pater ad onera filij, nec econtra. Et si dicas, quare magis in hærede? responde, quia hæres non repræsentat defunctum, nisi mediante facto suo voluntario, idest nisi volūtariè adeat hæreditatē, mediāte qua aditione cēsetur eadē persona cū defuncto, ideò sibi imputet, si adiuit hæreditatē, qua mediante fingitur idē cū defuncto. Sed pater & filius ꝙ cēseantur eadē persona, nō procedit ex facto volūtario: quia etiā si filius nollet, nō posset desinere esse eadē persona cū patre. ita sentit Bal. in rub. C. ne filius pro patre. & gl. in rub. C. ne vxor pro ma., put tenet Ias. in. d. l. fi. vbi pro limitatiōe di
8 cit, ꝙ si statutū † prohibet cōtrahi cū exbannito sub pœna, ꝙ poterit tñ cōtrahi cū eius filio, vel seruo, dato ꝙ ipsi bannito acquiratur tenet Bar. in. l. 3. §. 1. ff. de leg. prestā. Et an hoc sit verū. vide latè Ias. in. l. si mihi & tibi. §. regula. ff. de legat. 1.
9 ¶ Et an pater † teneatur ex contractu vel delicto filij, vi. latissimè per Ias. in. §. actiones. Instit. de actio.

SVMMARIVM.

1 *Personæ appellatione, venit masculus, & fœmina.*
2 *Dictio, quicunque, an concipiat fœminam.*
3 *Personæ appellatione, an veniat vniuersitas ecclesiastica, & secularis.*
4 *Verba legis, an comprehendant corpus collegij, vel vniuersitatem.*

Fideli-

5 *Fidelitatem an si quis iurat contra omnẽ personam mundi, an videatur iurare contra rem publicam: procurator constitutus contra omnem personam mundi, an potest experiri contra rem publicam, & collegia*

6 *Inquisitio generalis commissa contra quoscunque, an intelligatur commissa contra vniuersitatem, vel collegium.*

7 *Excommunicatio aduersus vniuersitatem proferri non potest.*

8 *Masculinum, an comprehendat fœmininum.*

9 *Fœmininum, an comprehendat masculinum.*

[b] De ninguna persona [b]

Cuius appellatione masculus, & fœmina venit
1 † in statuto. vt in. l. metum. §. animaduertendũ. ff. quod metus caus. & Bald. in. l. omnes populi. ff. de Iusti. & iure. col. pe. & in. l. quicunq;. 3. col. C. de seruis fugiti. nu. 10. vbi tenet, quòd dictio,
2 quicunq;, † concipit fœminam, hoc non ex vi conceptionis generum, sed vi regulę. ff. de legi. Iura. vel vi communis substantiui, homo. l. 1. ff. de regul. iur. vel vi rationis eiusdem. vt in. l. fi. C. de indicta viduit. tolle. Et idem si statutũ diceret quęcunq; persona: nam nomine personæ etiam masculi significantur, non ex conceptione generũ, sed ex propria natura huius dictionis, persona. per. d. §. animaduertendum. ¶ Persona etiam dicitur vir & mulier. Item vniuersi-
3 tas † masculorum & fœminarum, vel mista. Item nomine vniuersitatis masculi & fœminæ pariter & nomine Aquilæ, continetur masculus & fœmina. quia ita antiquitus declinabatur fortè: quia in illa specie fœmina dignior erat. ¶ Et ecõtra distincta sunt iura: quia nomine maris nõ singnificabatur fœmina. vt in. l. quisquis. C. ad. l. Iuli. maiesta. Sed ibi lex & ratio vltra procedit, distinguẽdo: secus si non procederet vltra. vt in. l. maximum vitium. C. de liber. præte. & l. fina. C. de legiti. hæredi. & l. illam. C. de collation. ¶ Et nõ solum appellatione personę venit masculus & fœmina, verum etiam personæ ecclesiasticæ tam religiosæ, quàm seculares cuiuscunq; sint dignitatis, vel qualitatis. vt tex. in cap. cum personæ. de priuileg. in. 6. & ibi Domi in. 1. notabil. & sic quod noster tex. intelligatur, quòd nõ recipiat munera à masculo, nec à fœmina, sed etiã nec ab vniuersitate, vel collegio, vel ab alia congregatione, etiã si sit religio sa, aliàs incidit in pœnam. vt tex. in capitul. 8. infra eod. quia nomine personæ, omnia supradicta continentur: quia res publica, & ciuitas, est persona repręsentata. Iuxta illud, Et erat multitudo quasi vir vnꝰ. l. mortuo. ff. de fideiu. & tenet Bald. in rubrica. C. ad trebellia. & quoque appellatione hominis, venit fiscus. vt glos. in. l. eos. C. de vsuris. ¶ Et facit quod tenet Angel. in. dic. l. metũ. §. animaduertendum. vbi di-

sona [b] por si, ni por

4 cit, ꝙ verba † legis generaliter & in rem scripta cõprehẽdunt vnumquenq; tã singularem personam, quàm corpus, collegium, vel vniuersitatem responsum facientem. vt in. l. in fraudẽ. §. fina. ff. de testa. mili. cum. l. sequenti. & l. deprecatio. ff. de publica. & Bal. in. d. rubrica tenet, ꝙ appellatione personæ, cõtinetur ciuitas, vel res
5 publica. verbi gratia, si iuro † fidelitatem cõtra omnem personam mundi, videbitur iurare cõtra rempublicam: & si facio procuratorem contra omnẽ personam mũdi, talis procurator potest experiri cõtra collegia. per. d. l. mortuo. cuius contrarium dicit Bald. in. d. rubrica esse verius. per. d. §. animaduertendum. quia stricta fit interpretatio. & absq; fictione iuris, tamẽ talis procurator potest agere cõtra tutorem, & procuratorem debitoris, quia ibi præstant nudum ministerium. Et idem tenet Pau. de Castr. in authen. Item quæcũq;. C. de episcopis & clericis. vbi dicit, quòd appellatiõe personę de proprio significato non comprehenditur ciuitas, vel vniuersitas. Et ideò notarij in instrumentis procurationum dicunt contra quamcũque personam, vel vniuersitatem, quia aliàs non veniret. per. l. fi. §. hoc etiam. ibi dum dicit, siue pro nulla persona, siue pro aliquo corpore. ¶ Tamen Alex. in additio. ad Bart. in. d. l. mortuo. tenet ꝙ si iurarẽ te defendere cõtra omnẽ personã vel hominem mundi, in isto casu venit collegiũ, & vniuersitas. secundùm Bal. in ca. 1. de noua forma fideli. vbi tũc omnes comprehẽduntur, excepta persona, quæ est ita prior tẽpore. ¶ Sed
6 quid si inquisitio † est commissa contra quoscũq;, an intelligatur commissa contra vniuersitatem, vel collegium? Alex. in additio. ad Bart. in d. §. animaduertendum, dicit, quòd sic. De quo dicit quòd dubitat Speculat. in titulo de inquisitio. pe. colum. vers. quid si inquisitio. & hoc tenet Cy. ibi in. d. §. animaduertẽdũ. in additio. & Bal. in. l. sed si hoc. §. qui manumittitur. ff. de in ius vocan. In lectura antiqua per Innoc. in cap. graue. de sent. excõ. ¶ Contrarium tamẽ tenet Bal. in authen. quicunq;. C. de episcopis & cler.

Imò, quod tale rescriptum non porrigitur contra vniuersitatem, licet vniuersitas fingatur loco personæ. & idē tenet And. Barb. in additio. ad Bal. in. d. cap. 1. §. ad cōuēticulas. de pace iur. firm. in additione, quę est in nu. 2. allegādo Bal. in cap. sedes. de rescrip. vbi ait, quòd si impetraui contra Titium, & quosdam alios tale rescriptum, non extenditur ad collegium. Et ibi quoque dicit, quòd si est impetratum contra personas, non venit furiosus. & sic Bald. tenet contrarium eius, quod dixit, & sic quòd nomine personæ vniuersitas, & ciuitas non continentur. vt C. de eroga. milit. anno. l. fin. lib. 12. ¶ Sed tu potes concordare, vt Petrus, in capit. nobis. de his, quæ fiunt à præla. vbi ait, quòd si statutum loquitur per ista verba, si quis non habet locum in vniuersitate. per. l. 3. §. hæc verba. ff. de nego. gest. attamen Ioan. de Imol. ibi limitat, quando esset statutum exorbitans: sed si esset præter ius, seu secundum ius, tunc credit habere locum & extenditur. allegat. l. primam. §. lex falcidia. ff. ad. l. falci. & quod notatur in dict. §. hæc verba. quod est notandum secundū Andre. Sicul. Barb. in additio. ad Bald. in. d. §. conuenticulas. ¶ Sed sic est, quòd noster tex. inquantum prohibet ista dona recipi, non est exorbitans, nec præter ius, imò secundum ius debet se extendi, vt ab vniuersitatibus iudices ista dona non recipiant pręter suum salariū, vt dictum est. ¶ Quia contraria loquantur in materia exorbitanti, & correctiua: quia tunc appellatione personæ nō comprehenditur vniuersitas. vt tenet Lud. Roma. in consilio. 400. versi. his tamen non refragantibus. ¶ Et ideo dicit ipsam vniuersitatem in seipsam consideratam animam nō habere, & ad
7 uersus eam excommunicationem † non proferri. vt in cap. Romana. §. in vniuersitatē. de sentē. excom. in. 6. & quod notat Innoc. in capitu. grauem. de sent. excom. ¶ Quoq; potest intelligere iura, quę dicunt appellatione personę contineri vniuersitatē, quòd comprehenditur nō ex propria significatione, sed ipsius. l. extēsione. vt in simili. in. l. si. §. sed & si quis sit natura. ff. naut. caup. stabul. & in dicta. l. sed si hac. §. si liberta. & in. §. sed si eiusdem. ff. de in ius vocā. prout cōcludit dictus Ludo. Roma. in di. cōsilio. De qua materia an appellatione personę ciuitas, vel vniuersitas contineatur. vi. latè Andr. Sicul. in additio. ad Bald. in. d. rub. C. ad trebellia. & in. d. §. cōuenticulas. ¶ Item facit: quia masculinum com
8 prehendit † sub se fœmininum, vt in nostro tex. hic. *de ninguna persona*. & in. l. 1. ff. de verb. signifi. & in. cap. si quis suadente. 17. quæstio. 4. & in. l. si ita scriptum. ff. de lega. 2. etiam si sit in rescriptis. vt in capitu. significauit. de rescrip. & in cōtractibus, prout tenet Barb. in additio. ad Bald. in dict. l. quicunque. in additione, quæ est in numero. 10. in parte, nota tertiò. vbi de materia. ¶ Tamen tu vi. Alexand. in. l. si extraneus. ff. de condi. caus. data. caus. non secu. numer. 5. vbi tenet in expresso, quòd licet in vltimis voluntatibus masculinum concipiat fœmininum, secus est in contractibus, allegando Archidi. in dicto cap. si quis suadente. 2. col. vbi. d. Archi. tenet, q̄ quando sunt verba contrahentium, tunc verbū non egreditur suos terminos, quia nō reperitur cautum in iure, q̄ in hoc casu fœmininū cōcipiatur: quia in potestate paciscentis fuit leges apertius scribere. l. veteribus. ff. de pactis. Et nec mirandum quare aliud in testamētis: quoniam plenior habetur interpretatio in testamētis, quàm in contractibus habitis inter viuos. vt in. l. in testamentis. ff. de regulis iuris. ¶ Quod extende, quòd comprehenditur etiam in pœnalibus iuribus communibus. vt in Clemen. prima, cum gloss. & ibi Cardina. quæstion. 7. de regula. vbi sorores mendicantum transeuntes sine licentia puniuntur vt mendicantes. ¶ Item comprehenditur in statuto de vi cum armis. vt in. l. si constante. §. final. ff. solut. matri. & tenet Alexand. in additio. ad Bartol. in. l. prima. ff. ad. l. Iulia. de vi publi. quod dicit esse notandum. ¶ Tamen appellatione doctoris, non venit fœmina doctor, quando masculinum profertur à iure qualificatum, vt doctor medicus religiosus, videlicet in materia pœnali. vt in Clement. eos. & ibi doctores. de cōsangui. & affini. ¶ Et nota, quòd etiam masculinum comprehendit fœmininū, & in legibus, & in constitutionibus papæ, vel iuris, seu episcoporum, pro quibus præsumitur, quòd nil iniquum comprehendant. Sed secus est in statutis laicorum. tenet Card. in Clemen.
9 prima, de sepult. 2. quæst. ¶ Fœmininum † verò nunquam cōcipit masculinum. vt in. l. si ita scriptum. & ibi Bartol. ff. de legatis. 2. & Cardinal. in Clementina prima. de consangui. & affi. & Bald. & Alexand. in. l. Sed si hac. §. si liberos. ff. de in ius vocan. & glossa. in. l. prima. §. primo. ff. de constitu. pecu. Sed Barb. in capitulo. si quis presbyterorum. de rebus eccles. non alie. prima column. intelligit, quando exprimitur ab homine, tunc fœmininum non concipit masculinū. vt in dicta. l. si ita scriptum. Secus quando exprimitur à lege. vt in dict. l. adigere in princi. ff. de iure patrona. Sed in contrarium dicit quòd est casus formalis in capitul. quoniam. de simonia. quod dicit menti tenendum, quia est nouum.

SVMMA-

SVMMARIVM.

1 *Faciens per alium, an per se facere videtur, vel fraus præsumatur, vi. hic late.*

2 *In pœnalibus, an habeat locum extensio.*

3 *Consequi an potest ex persona alterius, quod ex sua consequi non potest.*

c Ni por otro. c Quia qui per aliũ facit, per se facere
1 videtur. † vt in. l. aretusa. ff. de statu homi. & ibi glo. & in. l. vlt. ff. de cõd. instit. & c. accedens. de præb. & l. veteris. C. de cõtrah. stipul. & in. l. vnica. §. nec aũt. C. de cadu. tol. l. ad similitudinem. C. de episcopis & cleric: & l. prima. §. deiecisse. ff. de vi, & vi arma. & tex. in. l. hæc ratio. §. sed si debitorem. versi. cæterum. ff. de dona. inter vir. & vxorem & ibi gloss. & quia eo ipso presumitur fraus, quando fit, vel emitur per interpositã personam. vt tenet Bartol. in. l. si pupillus. §. fin. ff. de autho. tutor. & Iaso. in. §. itẽ siquis in fraudem. Institut. de actio. nume. 47. & Plate. in. l. 1. C. de predijs curia. li. 10. versi. tertio nota. ¶ Sed hoc intellige ficte, vt est magis communis conclusio secundum Alexan. in. l. 1. ff. de verb. obliga. colum. 2. num. 23. per. l. si pater. cum glos. ff. quæ in fraud. credito. & l. si obstetrix. in princi. ff. ad. l. aquili. & ideo secundum eundem statutum loquens in persona facientis, & sic in casu vero, non trahitur ad facientem per alium, & sic ad casum fictum. vt in. l. fina. C. de his, qui veniã æta. impetraue. & in. l. prima. §. hoc interdictũ, de cisterna. & ibi Bal. ff. de fonte. & in. l. 2. §. hæc verba. & ibi gloss. inducendo. & Barto. ff. de negotijs gestis. Vnde in isto casu faciens per aliũ tanquam omisso à statuto erit puniendus per iura iuris communis, non statuti. Sed vbi nõ reperitur punitus talis de iure communi, faciens per alium ex identitate rationis comprehenderetur in statuto per modum extensionis. Quia vbicũque statutum disponit aliquid præter ius commune, fit extensio de vno casu expresso ad alium non expressum ex idẽtitatis ratione. Ita loquitur glo. in. c. constitutionem. in versi. participationem. de senten. excommu. in. 6. & plenè notat Bald. in. l. omnes populi. ff. de Iustit. & iure. in. 6. q. principali. secundum Alexan. in. d. l. 1. ¶ Nec obstat si diceretur, quòd in pœnalibꝰ
2 non habet locum † extẽsio. vt in. §. pœnæ. & c. quicunque. 1. distin. & notat glo. in. §. Item mixta. Institu. de actio. vbi Ias. Quia respondetur secundum Alex. vbi suprà, ꝙ illud procedit, & in pœnis nõ fit extẽsio nisi essemus in casu in quo si non fieret extensio de facili posit elidi dispositio iuris pœnalis. vt glo. in. c. quanquam. de vsur. in. 6. in gl. fi. quæ extendit prohibitionẽ illius. c. loquentis de testamento ad prohibitionẽ codicillorũ, nec si aliter diceremus illuderetur dispositio illius canonis. & ibi Gemi. & in Cle. 1. de sepul. & ibi Paul. de Liaza. benefacit. l. filiũ. ff. ad Macedonia. ¶ Et

otro c directe ni indirecte d durante e el

ex isto tex. notatur ꝙ quis non potest cõsequi
3 ex † persona alterius illud quod ex persona sua consequi non posset. & facit text. in. l. hæc ratio. §. videmus. in fine. ff. de dona. inter vir. & vxorem. vbi non solum maritus, & vxor inter se prohibentur donare, sed nec per alias interpositas personas. contrarium tenet text. & ibi vid. Angel. in. l. Arist. ff. quæ res pigno. oblig. pos. latissimè per Ias. in. l. si emancipati. C. de collationi. column. 2. nu. 5. vbi per multa fundamenta hoc tenet. quem omnino vide.

SVMMARIVM.

1 *Quæ directè non conceduntur, nec per consequentiam.*

d Indirecte. d Nota tex. quòd ea, que directè non concedũtur
1 † nec per cõsequentiam cõceduntur. cuius contrarium tenet Specula. in titu. de feudis. §. 2. versiculo. 31. per. l. cùm probation. ff. de probatio. vbi glossa. dicit quòd aliquid conceditur secundario, quòd principaliter non conceditur. vt. ff. de testament. l. qui testamento. §. seruus. nam principaliter seruus non est testis, in defectum tamen, siue secundario est, & quoque aliquid indirectè probatur, & indirectè fit, quod aliter non fieret. vt tenet Specula. in titul. depositio. §. septimo. versiculo. sed forte. numero. 17. in parte, veruntamen. ¶ Sed supradicta non obstant, quia loquuntur in probationibus, & testamentis, in quibus fit larga interpretatio. vt in. l. in testamentis. ff. de regulis iuris. & per totum titulum. C. & ff. de probatio. Sed in nostro tex. si indirectè posset accipere, esset facere fraudem legi. & qui leges conantur fraudare, puniuntur, & earum priuilegijs merentur abuti. vt in. l. omnes. & ibi Ioannes de Platea. C. de metatis. & epedimetis. libr. 12. & ideo noster text. fuit rectè conditus.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Officio finito, iudex potest recipere munera, & alia prohibita. num. 4.*

2 *Relictum factum alicui post officium, non censetur factum propter officium.*

3 *Si familia potestatis officio finito commisit aliquod delictum, syndici non debent de eo cognoscere, sed nouus potestas.*

5 *Iudex conuenitur ex promissione durante officio recepta, si finito officio fuit adimpleta.*

6 *Reliquiæ officij & dignitatis durant finito officio.*

7 *Iudex gaudet priuilegio, officio finito in tempore syndicatus.*

8 *Offendens potestatem tempore syndicatus, vel familiam, punitur acsi offendisset tempore officij.*

9 *Iudex finito officio non torquetur in memoriam prioris dignitatis.*

10 *Sicut nobilis, clericus & doctor non possunt carcerari pro debito, an ita iudex finito officio, etiã si non sit soluendo. Vide ibi.*

e
1 Durante e Eo tamen finito, recipere potest. † vt tenet Domi. in ca. statutũ. §. insuper. col. 2. de rescrip. in. 6. & dixi supra in glos. *no recibira dadiua*. col. 2. ver. Sed supradicta loquuntur. Et tenet in expresso Ioan. de Pla. in. l. archiatri. C. de professo. & medicis. lib. 10. dicendo, ꝙ est arg. illius. l. pro rectoribus ciuitatũ, vt finito rectoratu possunt à suis ciuibus recipere dona, & ea quæ recipere non possunt durãte officio. ¶ Et facit qđ tenet Bal. in. l. amicissimos. ff. de excusa. tuto. vbi dicit, ꝙ
2 relictum † factum alicui post officium, non censetur factum propter officium. ¶ Et facit quod tenet Cataldi. in tract. syndic. q. 20. vbi si pote-
3 stas † vel aliquis ex sua familia finito tempore syndicatus committit aliquod maleficium, raciocinatores, seu syndici non debent de hoc cognoscere. sed nouus potestas: quia iudices syndicatus tantùm habent cognoscere de illo, quod durante officio commiserunt. vt patet in. l. lege Iulia. cum. l. sequenti. ff. ad. l. Iuli. repet. & idem tenet Paris de Put. in dict. tract. syndi. in parte, an si potestas. fol. 21. numer. 8. quia post depositum officium durante syndicatu non debent coarctari, nisi sit grauissimum crimẽ. per. l. 1. & l. diuus. ff. de custo. reorũ. ¶ Sed
4 Bal. in. l. iusgentium. §. quinimo †. ff. de pactis. & in. l. pars literarum. ff. de iudi. & Paris de Pute. in. d. tract. syndi. in parte. an finito officio, folio. 194. dicãt cõtrariũ, imò, ꝙ finito officio, ista dona, & munera non possunt iudices recipere: quia quod fit in ingressu vel egressu officij, dicitur fieri in officio. ar. in. l. 1. §. bestias. ff. de postula. & quia potest præsumi durante officio promissum fuisse. vt in. l. si ventri. §. fi. ff. de priuil. credi. & in expresso tenet Ludo. Rom. in. l. principalibus. ff. si cert. peta. vbi ait, ꝙ lex prohibens officiales contrahere durãte officio, habet locũ dũ officialis est in syndicatu. allegat Bal. in. l. solent. §. fi. ff. de offi. proconsu. & lega in. 5. q. vbi concludit Bal. ꝙ donatio prohibetur fieri officiali, vt etiã cõtractus prohibetur etiam paulo post finitum officium. Et licet non dicat, poterat allegare gl. in simili in. l. Pomponius. §. ratihabitionis. ff. de procurato. quã reputat singul. Imol. in. l. ex consensu. §. cum qui. ff. de appella. co. 25. est simil. in. l. 2. in prin. C. de iura. calum. ꝙ paria sunt fieri ante vel post. ¶ Tamẽ his non obstãtibus tene. ꝙ finito officio potest ista recipere, secũdùm Ias. in dict. l. principalibus. ff. si cert. peta. nu. 4. vbi tenet, ꝙ quicquid dicat Ludo. Roma. nõ placet sua decisio sibi: q̃a cessat ratio, qua fundatur prohibitio dict. l. principalibus cum similibus, scilicet timor impressionis metus: sed quãdo est in syndicatu officialis non potest dici, ꝙ in eo sit metus impressionis. ergo &c. Et licet Ias. non dicat. est glo. in. l. qui officij. ff. de cõtrahen. emptione. ibi. Itẽ si finita militia, & ꝙ finito officio põt iudex ista recipere, tenet Paris de Put. in dict. tracta. syndica. in parte, of-
5 ficiales. fol. 88, in prin. ¶ Attamẽ † si promissionẽ accepit officio durãte, & talis promissio fuit impleta, & soluta tẽpore syndicatus, & sic finito officio, potest cõueniri, cùm adhuc durent re-
6 liquiæ † officij, & dignitatis, licet deposuerit administrationẽ. argumẽ. l. pro cõsule. ff. de officio procõsul. ¶ Et nomine rectoris appellatur à lege, etiã post depositũ officiũ, durãte tamẽ syndicatu. vt in. l. 1. C. vt omnes iudi. tã ciui. quàm cri. & ideo appellatur potestas vetus vulgariter. vt dict⁹ Cataldi. quæst. 20. ¶ Itẽ adde, ꝙ finito offi-
7 cio, iudex † gaudet priuilegio tẽpore syndicat⁹, quo ante, & in officio gaudebat. tenet Hippol. de Marsi. in singula. 179. & tenet Paris de Pute. in dict. tract. syndi. in parte, an si potestas. fo. 21.
8 nu. 16. vbi dicit. ꝙ offendẽs potestatẽ † tempore syndicatus, vel familiã suã, punitur, acsi offendisset tempore officij. vt in. l. prima. C. vt caus. post liber. & Bald. in. l. obseruare. §. proficisci.

ff.de officio procon.& lega.quęstione septima & dictus Hippol.in dict.singul.¶Quod est verū secundùm dict.Pari.de Put.vbi suprà, si est offensus occasione officij.& gl.in.§.illud. In authentica. vt iudi. sine quoquo suffra. in verbo, mortis. colla. secūda, dicit ꝙ punitur capite inferens iniuriam officiali, durante syndicatu, sicut in officio.Quod est verum in officiali, qui habuit manus mūdas.vbi Angelus dicit esse idem in assessoribus,& iudicibus. Et Andre. de Isernia in cōstitutione regni,quæ incipit, Magnæ curiæ. disputādo tenet, ꝙ officialis finito officio dicitur officialis,& possit magna curia cognoscere de cōmissis per eū in officio,à quo est deposit⁹. & idem tenet Paris de Put.in dict.tracta. syndi. in parte,per syndicatores.folio. 18.licet dicat,ꝙ Bar.in.l.Item quæritur.§.qui impleto.ff.locati. dixerit,ꝙ officialis finito officio nō dicitur officialis.sed nō licet eis inferre iniuriā,aliàs inferentes puniuntur,& efficiuntur infames.vt in.l. iudici.ff.de iniurijs.coniuncta.l.illud.ff. de appel. vbi Bart.dicit,ꝙ extraordinariè puniuntur. nā
9 †lex fauet eis,finito officio, in memoriā prioris officij,& dignitatis,ꝙ non torqueantur.vt in. l. diuo Marco.& in.l.milites.C.de quæsti. vbi dicit singulariter Bar.ꝙ cū quidā miles fuisset potestas,& staret ad syndicatum,& essent contra ipsum aliqua iudicia de delicto,& syndicatores vellent ipsum potestatē torquere, ipse cōsuluit ꝙ torquere non poterat:quia decuriones post decurionatū nō torquentur in reuerentiā prioris dignitatis.vt in.d.l.diuo Marco, nā ipse officialis fuit pater ciuitatis.vt in.l. fi. C. de incolis. lib. 12.& ibi dicit quoque de potestate Bononię quia tāquā patri actio famosa nō debet institui contra ipsum.vt in.l. hic q.§.liberi ff.de accusa. quia reliquiæ pristinæ qualitatis etiam abolitæ, multùm operantur.vt per Feli.ca.quæ in ecclesiarū de cōstitu.col.50.& Dynus in regu.decet de regul.iuri.in.6.¶Et vi.Bal.in.d.l. obseruare. §.proficisci.q,6.vbi ait,ꝙ debetur reuerētia, dū est in syndicatu,ac si duraret officiū. Vnde infert,ꝙ si quis intulerit iniuriam,debet puniri, ac si esset illata officio durāte.¶Et ex hoc infertur ꝙ sicut dans alapā potestati, capite punitur. vt Bald.in.c.1.§.iniuria,de pace iura.firma. in vsi. feud.ita est dicendū de dante alapā potestati, existenti in syndicatu.¶ Vi.tu Ias.in.d.l. principalibus.ff.si cert.peta.4.col.vbi Butr.allegando Bal.in.l.tribunus.in prin.ff.de testa.mili. & Angel.dicēdo,ꝙ si statutū disponit.ꝙ qui offendit potestatem puniatur capite, intelligitur de eo, qui est nunc in officio,licet nōdū recesserit de ciuitate.& vi.Bal.vbi idē tenet in dict. §. proficisci.3.q. & allegat tex.in.l. affinitas.ff.d postulā. ¶Quod facit ad extensionem. l.5. tit. 12.lib. 8. in ordi.regali.vbi ponuntur pœnæ contra occidentes,seu vulnerantes iudices, & algazelos, ꝙ habeant illæ pœnæ locū cōtra offendentem iudices tempore syndicatus, si ratione officij præteriti offenduntur. quod nota. ¶Ad idē facit
10 quia sicut nobilis,hoc est fidalgus, pro † debito non potest carcerari. vt in.l.4.titul.2.libr.4. in ordi. regali.nec clericus etiam per suum iudicem ecclesiasticum. vt Alex.in additio. ad Bar. in.l.si quis in seruitute.ff.de furtis, in additione, iuxta hoc quæro quasi in fine,& nec doctores legum & medicinæ. vt doctor del Castil.in.l.66 de Toro in glos.*a se arraygar*. colu.6.versic.Item doctores. Ita nec iudices pro debito, pro quo sunt condemnati, non possunt carcerari finito officio, etiam si non sint soluendo, sed tenentur solùm inquantum facere possunt. vt tenet Bald.in.l.quæ fortuitis. C. de pignora.actio. columna quinta.numer. 15.& sequitur Alexand. in additio. ad Bartol.in.l.si filius familias iudex. ff.de iudicijs.quod nota. Tamen contrarium tenet Bald. in capitulo, iudices. de pace iura. firmand.in vsibus feudo.numero secundo.vbi tenet, quod si iudex condemnatus in syndicatu non potest soluere condemnationem, debet puniri pœna corporali.Sed dicit, quòd de consuetudine est, quòd ponatur in carcere donec soluat.

tiēpo de su officio de cuya mano aya de venir a el y a su prouecho. Ni recibā mas de su salario y derecho, que ju-

SVMMARIVM.

1 *Fraus fit de persona ad personam.*
2 *Magnas cui ex forma statuti prohibetur emere possessiones, & facit Chartam dicere de famulo suo, contractus non valet.*
3 *Fraus fit de re ad rem: vt si est prohibitum extrahi frumentum, non potest extrahi farina.*
4 *Fraus fit de contractu ad contractum.*
5 *Fraus præsumitur de modo ad modum.*
6 *Fraus fit de nomine ad nomen.*

Fraus

7 *Fraus fit de tempore ad tempus.*
8 *Fraus fit de quantitate ad quantitatem.*
9 *Iudex accipiendo munera in aliquo foramine parietis per aliquem posita, punitur.*
10 *Facere fraudem legi, & facere contra legem, parificantur.*
11 *Casus, in quibus fraus & dolus præsumitur.*
12 *Instrumentum simulatum, largo modo dicitur falsum.*

f De cuya mano. f Quia hoc modo muner. recipiendo, fit fraus legi, & punitur. vt il. n. oẽs. & ibi Io. de Plat. C. de meta. & epedi. lib. 12. & tex. & docto. in. l. non dubium C. de legibus. vbi tenet Pau. de Cast. per. l. pe. C. quod metus causa.
1 ꝙ fit fraus† de persona ad personam: quia ꝙ iudex facere nõ poterat per se, facit fieri in personam vxoris, filij, vel alterius, quia vterque istorũ dicitur cõmittere in legem, quod est generale verbum, & cõprehẽdit vtrasque species. ¶Et
2 tenet Peregri. in parte, fraus. ꝙ si † ex forma statuti prohibetur magnas emere possesiones, & ipse fecit chartam dicere de quodã famulo suo populari, ꝙ non valet contractus, quia fit fraus de persona ad personam, quod facit ad extensionẽ tex. in. c. 2. infrà. eod. ibi. *ni compre heredad alguna.* ¶Et quoq; dicit Peregrina, ꝙ fit fraus† de
3 re ad rem, vt si est prohibitum in districtu extrahi frumentũ metu carestiæ nõ poterit extrahi farina, quia fieret fraus de re ad rẽ, licet frumẽtũ & farina non sit idẽ, imò sunt diuersa. vt in. l. quæsitũ. §. illud fortasis. ff. de lega. 3. & vide quę dicã infrà in. c. 52. in gl. *en la tierra.* nu. 19. ¶Item
4 fit de contractu† ad contractũ. puta prohibitus donare, fingit se vendere, & talis contractus est nullus ratione fraudis, & ratione simulationis.
5 ¶Quoque præsumitur de † modo ad modum, putà mulier quæ nõ potest fideiubere, fingit se principalẽ: quia ista fraus quoque reddit cõtractũ nullũ. nõ obstante, ꝙ sit color quæsitus. Ex quo infertur, ꝙ prohibitũ nõ põt sub aliquo colore intentari. vt gl. in. l. fraus. de legi. ¶Item fit
6 fraus de nomine† ad nomen, putà ille, qui non potest esse assessor, facit se vocare cõsiliariũ. Facit qđ notatur in. l. 1. C. de priuile. scholari. lib. 12. & ibi gl. tenet, ꝙ ille, qui nõ potest reformari in potestatẽ, nõ põt mutato nomine reformari in defensorẽ. Itẽ in eo, qui non potest tenere cõcubinã, vocat eã sororẽ, vel famulã. ¶Item fit
7 fraus de tempore ad tempus. † vt in. c. 1. de renũtia. lib. 6. Itẽ dicit Bonifa. vbi suprà, qui Peregri. vocatur, ꝙ quãdoque committitur fraus procrastinãdo factũ. sicut glo. in. d. l. non dubium. dicit de Alberto de Calui. qui mutuabat frumentum tempore vbertatis, & nunquam faciebat verba rusticis, quibus mutuabat, imò ipsis offerentibus procrastinabat: ista fraus sibi non patrocinatur. vt notatur in. l. nulli. C. de eroga. milit. libro. 11. ¶Quoque fit fraus de quantitate ad quantitatem. † Ex

stamente ouieren de auer, segun la tabla đ su gauditorio, so la dicha pena.

8 quo infertur, ꝙ si statutum prohibet solicium vini vendi vltra sex denarios, & tabernarius addit castaneã, vt habeat decẽ denarios ꝙ ipse debet puniri: quia castanea nõ est digna isto pretio superaddito, vnde præsumitur fraus. ¶Quod facit quoque ad pregmaticã factã per nostrũ regẽ Carol. Toleti. anno. 1528. vbi cauetur, ꝙ pretiũ mulæ, seu trotoni, sit quadraginta ducatorũ & infrà, & ꝙ plus nõ possunt emi: nec vendi: ꝙ si quis vẽdidit mulã quadraginta aureis, & guarniamenta alijs quadraginta aureis, ꝙ nõ potest fieri, quia fieret fraus legi de quantitate ad quantitatẽ. tenet ad literã Bal. in. d. l. nõ dubiũ. 4. col. vers. septimò fit fraus. vbi in. d. l. Bal. ponit istos modos fraudis, quẽ vide. ¶Et per supradicta te-
9 neo, quòd si aliquis nõ† dat iudici munera, nec alius pro eo, sed talia munera posuit in quodam foramine parietis, vel in alio loco, vbi iudex accepit, ꝙ talis iudex punitur: quia præsumitur de fraude. quando donatio, vel vẽditio facta est clã, vel in occulto. argu. in. l. fi. ff. de ritu nuptia. & l. nõ existimo. ff. d. administra tutorũ. & facit
10 quia qui facit† cõtra legẽ, vel in fraudẽ legis, parificãtur quantum ad pœnas legales. vt in. l. non dubium. & ibi Bal. & docto. & quia mens istius tex. est, quòd nullo modo talia recipiat: & punitur qui facit contra mentem legis, sicut ille, qui facit contra mentem & verba. Et ratio est: quia virtus legis principaliter consistit in mente. est enim mẽs, idem quod ratio legis. vt notat Dy. in regula finali. de regul. iur. in. 6. & Bal. vbi supra & Paul. de Castro ibi. numero. 3. dicit, ꝙ virtus legis non consistit in verbis, sed in vi, & potestate eius, idest, in intentione, seu sensu vt in. l. scire leges. ff. eodem. & talis fraus nõ debet alicui prodesse. Cyn. & Bald. in. l. si infantem. C. de lega, & Specula. in titulo de cessione actio. §. primo. versic. ex præmissis. & in titul. de appella. §. 4. versic. sed secundùm. ¶Vi. tu. Lucam de penn. doctorem excellentissimum, & penè diuinum in. l. quemadmodum. C. de agrico. &

censi.lib.11.col.2.vbi per.8.co.sequentes ponit
11 † 223.casus, in quibus præsumitur fraus & dolus. Et aliquos ex dictis ponit Petrus de Ferra. in forma libelli, in actione reali. in parte, veris ac legitimis documentis nu.53.versic.sed qualiter de fraude probabitur. ¶ Quibus adde vnum, q̄ didici à Barb. q̄ aliq̄n mihi honorem fecit, q̄ si actus diu stetit occultus, præsumitur fraus, & ex tali occultatione longinqua contractus præsumitur simulatus, & fraudulosus. vt Barbat. in consilio septimo: in fine.4.colum.cum princ. 5.in.2.volu.consilio. allegando Bald..n.l.fraus.
12 ff.de legib.vbi quoque tenet, quòd simulatum † instrumentum largo modo dicitur falsum. quod nota.

g Auditorio. g De hoc latè scripsi supra in gl. *E q̄ no pidirani lleuara mas salario.* & in gl. *no consintiria lleuar mas derechos.* & in gloss. *fueren puestos.* Et auditoriū est locus, vbi causæ tractantur. text. & ibi glos. 1. in c. veritatis. de dolo & contuma. & in.l.lecta.ff.si certum petatur.

Prætorum Capit. primi finis.

SVMMARIVM.

1 *Statutum puniens coadunantem gentes, comprehendit illum, qui quatuor coadunauit homines.*
2 *Congregans mulieres, incurrit pœnam, sicut qui congregauit homines.*
3 *Pœna facientis coadunationem contra rempublicam, vel contra personam priuatam.*
4 *Armatos homines habens in domo, vel platea vel castro, seu in alio loco, an puniatur de vtroque.*
5 *Rixantes si sunt duo, & aliquis fingit mediare inter eos, & cum sua fictione prohibet alterū, se defendere, incidit in pœnam.*
6 *Coadunatio potest fieri in fauorē iurisdictionis, & præses potest tenere homines armatos.*
7 *Illi, quibus custodia mandatur, de delatione armorum, non puniuntur.*
8 *Acceruatio in fauorabilibus debet fieri.*
9 *Pro capiendo malefactore, officialis, qui non habet sufficientem familiam, potest implorare brachium alterius iudicis.*
10 *Iudex ecclesiasticus, an potest implorare officiū iudicis secularis pro executione,*
11 *Sententia lata per episcopū, an mādabitur executioni per iudicem secularem.*
12 *Iudex ecclesiasticus licet habeat iurisdictionem in laicis, non habet executionem, nec potest eos capere, nisi consuetudo sit in contrarium.*
13 *Consuetudo tribuit iurisdictionem.*
14 *Iudex qui coadunationem dolosam non fecit, nō punitur.*
15 *Coadunati per alium, si damnum receperunt, an repetant à coadunante. nu.16.*

Prætorum Cap. II.

Otrosi que no se juntaran[a] ni farā

a
1 Iuntaran. a Que adunatio fit. quatuor † hominib⁹. vt Bar. in.l.1.ff. de probatio. vbi ait, q̄ statutū puniens coadunātē gentes, quòd cōprehendat coadunātē quatuor homines, & in istis quatuor verificatur: & est verū propter verbū gēs, quæ cōstat ex quatuor hominibus. vt ibi per Bart. & in.l.prætor.in prin. & ibi. Alex. la segūda. ff. vi bono.rapto. & in.l.oues ff. de abigeis. & Bal.in.l.1.in fine.ff.de iusti.& iur. & in §.omnes. Instit.de iure naturali gēti. & ciuil. vbi per.d. Alex.in.d.l.ait prætor.in additio. ad Bar. vbi vi. quot homines faciant turbā, collegiū, cōgregationē, & populū, vel parochiā.* Tamen Grego. Lopez.in.l.16.titul.26.part.2.inquit, quod probabilius potest dici si adunauit decem. quia verbum gentis turbam significat secundum Bald.in.l.1.§.ius gentium.ff.de iusti. & iur. sed ego non recedo a supradictis.* ¶ Sub quo statuto & lege comprehenditur ille, qui
2 congregauit, seu adunauit mulieres †. vt Paul. de castro.in.l.1.§.ius gentium.ff.de iusti.& iure. in princip.vbi dicit, quod statutum, quod prohibet congregare gentes ad aliquid faciendum sub certa pœna, comprehendit etiam eum, qui cōgregauit mulieres. ¶ Et an verificetur in illo, qui solum vnū cōgregauit. vi. infra, in glo. con ninguno. & ibi dicā. ¶ Sed quæ est pœna facien
3 tis istā cōgregationē? † Dic q̄ tex.in.l.1.ff.ad.l.

iuliā

Iuliam maiesta.dicit, q qui homines armatos tenent contra rēpublicā Romanā, incidunt in crimen læsæ maiestatis, & hoc propter excellentiam. secundū gl.ibi. Secus est si tenēt contra aliam ciuitatē. quod sequitur ibi Bart. dicēs, quòd cōgregans gentē in alia ciuitate, quàm in ciuitate Romana non tenetur nisi de pœna.l.Iuliæ. de vi.vt in.l.1.cū sequēti.ff. ad.l.Iuliā. de vi publica.& in.l.fi.C.eod.ti. quod dicit Alex. ibi in additio.ad Bart. habere locum, quando congregat contra ciuitatem, quæ non recognoscit superiorem & Bar.in.l.lex.xij.tabularum.ff.eod. ¶ Sed si cōtra aliquem priuatum ducat secum seruos, & famulos armatos. punitur, tenet Roma. in.l.3.§.Sed vtrū.ff.ad Sillania.& Bal.& Saly.in.d.l.fi.C.ad.l.Iuli.de vi publi. Sed intellige verum, quando fecit sine licentia, secūdùm Saly. ibi.1. notabili. ¶ Sed qua lege sunt puniendi isti, qui sic istos homines armatos tenent? Et videtur q l.Iuli. de vi publica.vt.ff. ad.l. Iulia. de vi publica.l.tertia, in principio. ¶ In contrarium facit: quia pœna.l.Iuliæ. de vi public. est deportatio & bonorum publicatio, vt in.l. secunda.C.ad.l. Iuli.de vi public. Et dicit Saly.in rubri. q. lex finalis ipsius tituli non imponit pœnam publicationis bonorum, sed certæ quantitatis, putà, cētum librarum auri: quinimo nec pœnā deportationis, sed minorem, licet textus dicat seuerissimam vindictam in eos proferri, vt probatur: quòd si hoc intelligeretur esse pœnam deportationis, vel maior, bona eius in consequentiam essent publicanda. vt in.l.finali.C. si reus vel accusat. mortuus fue. & si appellatione pendente mors interueniat. vt. in.l. secunda. C. de bonis dāna. in.l.final. attamen in dict. l. finali. C. ad.l. iul. de vi publica. non publicantur. ergo, &c. ¶ Quid in hoc dicendum? Saly c.in dicta.l. finali. dicit. quòd dubitat. sed dicit quòd potest dici, vt ibi, quòd puniatur conditione ex illa lege, & hoc quia imperator de seipso loquitur in principio, dum dicit, volumus. & in secundo responso, dum dicit, nostræ mansuetudinis, & dū dicit sancimus. Potest dici etiam, quòd potest puniri antiqua lege Iulia de vi. nec dicta. l. finalis corrigit illam, ex quo non cauetur argumen. in.l.in eū.ff.de furtis.&.l.quotiens.ff. de action. & obligationibus. & altera lege poterit tantùm puniri. vt in.l.senatus.ff.de accusatio. Vel.l. final. corrigit illam in pœnam. Vel dic, quòd.l. iulia de vi. tenetur. vt ibi. Sed quia olim pœna isto casu non erat declarata, ideo Imperator illā l. interpretando adijcit, vel declarat, pœnam. Et pro his duabus solutionibus facit quod dicit gl. supra Rub. illius tituli. & æquum videtur, vt mitius puniatur, qui aliquid fecit, quod pro violentia habetur. vt in dicta.l. final. quam qui verè intulit, vel ad actum proximum deduxit: prima tamen dicit Saly c.ibi, quòd videtur tutior, propter personas ibi admistas, propter buccelarios & isnarios, de quibus in dicta. l. iulia. de vi. non cauetur. sed solùm si habebat liberos, vel seruos armatos. Et in fine quærit Saly. qualis erat ista seuerissima pœna. Et dicit, quòd credit per prædicta, quod debet esse corporis afflictiua per iudicem arbitranda. argument.l. primæ. §.expilatores.ff.de effracto. quod nota. Et cùm ista opinio Saly. concordat textus in.l. primæ. titulo.10.part. septima. vbi tenet, quòd faciens in castro, vel in domo armatorum congregationem ad maleficium committendum, licet non sequatur effectus, punitur, vt ibi. quia multitudo non seruat: & nemo est, qui furentis populi rumorem non paueat. vt gloss.ibi.& quod notatur in capitulo, statutum.§.primo, de rescrip. in sexto. Et quia qui talem vim tentat, duo delicta complicat, scilicet iniuriam, & inuasionem. ff. de iniurijs.l.iure fisci.& in.l.qui pendente. ff. de actio.empti. Simul ergo iniuriam & vim facit. Ergo lex, quæ permittit resisti, hæc duo permittit, scilicet, resisti iniuriæ personali, & reali: concordat dicta.l.11.titul. quarto. for.ll.lib. quarto. & ibi Montal.& per omnes leges, titul. 10. lib. quarto, in ordin. regali. ¶ Quod facit cōtra istos rectores.i. Regidores ciuitatum, qui sepe habēt istos homines armatos pro sua partialitate: maximè dum intrant in consilio ciuitatis, id est in regimento, quod iudex non permittat, nec dissimulet, imò puniat eos seueriter, vt dictum est, etiam si effectus, ad quem fuerint armati, non sequatur. quod ego iam feci per supradicta in ciuitate Placentiæ. *Quinimo dicit Bald.in. l.qd ergo.§.si quis alieno. ff. de his qui nota. infam. q si aliquis dominus suam patitur gentem aliquid facere, quod potest prohibere: q ita tenetur de patientia sicut de præcepto: quod dicit menti tenendum.* ¶ Quinimo dicit Montal.in glossa ordina.regali. in parte, associata. q quando est diuisio in ciuitate, vel in prouincia, accidit eodem modo, quo in arbore, si scinderetur per medium, vel præscinderentur eius rami, q citò desiccaretur. In tali enim morbo abscindūtur nerui ciuitatis, idest magni ciues, vnde ciuitati obuenit spasmus, & plerunque ad necessitatē tyrannidis, sicut experientia docet, & imperitū & ignobile vulgus nō diu sustinet pressuras: & vt dicebat quidam sapiens Ianuēsis, quod diuisio in ciuitate, est vermis ingressus in caseo. vt refert Bal.in.l.prima, circa principiū.C. de ca

ducis tollen. ¶ An isti, qui sic tenuerunt ho-
4 mines armatos † in domo, vel platea, puniãtur de vtroque, scilicet de portatione armorum, & ex eo quòd habuerint secum armatos, in quo dicas, quòd de vtroque non poterunt puniri: qa ista duo tendunt ad eundem effectum. ita Bart. in dicta. l. prima. ff. ad. l. iuli. de vi publica. versiculo, quæro vos. Quod dictum sequitur Hippolytus de Marsi. in sua practi. crimi. §. pro complemento. nume. 37. pro quo dicit quòd facit glo. notabil. in. l. qui de crimine. C. de accusatio. per Bald. in. l. aduersus. C. de furt. in fine. & Pereg. in parte, armatura in fine. per. l. illud. ff. ad. l. aquili. in quibus iuribus dicitur, quòd stante statuto, quòd qui portauerit arma puniatur in. 10. alio statuto cauetur, quòd vulnerans aliquem cum armis, puniatur in viginti, quòd isto casu vulnerans aliquem cum armis non punietur vtraque pœna, sed solùm pro vulnere: quia vna pœna confunditur cum alia. ita dixit etiã Bart. in. l. quemadmodum. §. illud. ff. ad. l. Aquili. & Bald. in. l. diuortio. in fine. 2. columna. ff. solu. matrimo. ꝺ quo latè remissiuè per dict. Hippolyt. de Marsili. vbi suprà, vbi infert ad alias quæstiones. ¶ Sed nota vnũ in proposito de homi-
5 nibus armatis, quod si sunt † duo armati rixantes, & aliquis fingit se mediare inter eos, & cum sua fictione prohibet alterum se defendere, ꝙ incidit in pœnam. l. Iuliæ. de vi publi. Dictum est notandum Angel. in. l. in eadem causa. ff. ad l. Iuliam. de vi publi. per text. in. l. 3. §. fina. ff. de incendi. rui. naufra. quod nota; quia aliquando fit. ¶ Sed tex. noster inquantum dicit, *no se ayun-*
6 *taran.* fallit, quando talis † adunatio, vel coaceruatio fit in fauorẽ suæ iurisdictionis, quia tunc fieri debet. Secus quando propter eam impediretur iurisdictio. vt in. l. si idem cum eodem. ff. de iurisdi. omni. iudi. in principio. Et dicit Lucas de Penna. in. l. fina. C. de dignit. lib. 12. quòd potest præses dum vadit in prouinciam sibi decretam ducere secum viros armatos. Et idem dicit esse propter honorem debitum dignitatibꝰ: in ipsorum comitiua & securitate possunt secũ ducere armatos, quod est notandum. *Et tenet Bald. in. l. hanc salutem. §. aut enim. ff. de officio præfecti vigil. vbi idem putat de familia episcopi cum ipse habet merum imperium in sua diœcesi. *¶ Et facit quod tenet Innoc. in capit. olim causa de restitu. spolia. & ibi Abb. & Bald. in. l. nunc salutem §. sciendum. ff. de offi. præ. vigil. & Abb. in. c. significasti. de offi. delega. ꝙ stipendiarij de nocte stare possunt armati, cum
7 eis custodia mandatur: & sic, quòd ille, cui † mãdatur custodia, non debet puniri de delatione armorum. Et idem tenet Angel. in. l. 1. ff. si quis ius dicen. non obtempe. vbi tenet, quòd pro tuitione iurisdictionis possunt iudices & episcopi arma sumere, & bellum indicere. vt Innocẽ. in dict. c. cùm olim. & non solùm contra litigatores inobedientes, imò etiam contra quoscunque turbantes, dummodo sint de foro iudicis, secundùm Angel. ibi. ¶ Et facit text. in. c. apostolicæ. in verbo, semel, aut successiuè. de donatio. vbi fit aceruatio pluriũ summarum ad finẽ, vt ecclesia non lædatur. Et doctores ibi, maximè Petrus de Anchar. & Ioan. de Imol. allegãt illã
8 doctrinam, quòd in fauorabilibus † debet fieri coaceruatio. vt etiam dicit Ioan. de Imol. in. l. si quis testamento. in princip. ff. de legat. primo. Secus autem est in odiosis. Ita loquitur id quod notat gl. & Bar. in. l. vbi fideiussor. ff. de solutio. & Bar. in. l. lucius. §. qui habebat. ff. ad trebellia. & Bald. in. l. sancimus. §. si quis autẽ. el primero. C. de dona. & in. l. nã & si fur. §. fi. ff. si cer. peta. & Ange. in. l. quotiens in stipulationibus. & l. scire debemus. ff. de verbor. obliga. prout tenet omnia Alex. in cõsili. 113. in. 5. volu. nu. 3. & 4. quem vide. ¶ Facit ad idem, quod tenet Ange.
9 in. l. 2. C. de his. qui latro. vbi ait, ꝙ si † pro capiedo malefactore officialis non habet sufficientẽ familiam, potest impetrare brachium alterius iudicis, Et clamare, *aqui del Rey.* per tex. ibi. Et vi. Bartol. in. l. si quis hoc genus. C. de episc. & cle. qui tenet, ꝙ officialis, qui non est potens, potest inuocare auxiliũ potentioris. vbi etiã tenet Bal. ꝙ homines de contrata ad præceptum officialis vel iudicis tenentur capere malefactorem, & ad ipsum ducere, & sic potest etiã inuocare auxiliũ superioris. Et si officialis requirat colẽtes, quòd eum adiuuent ad malefactorem capiendũ, & illi volunt vt fugiat, ꝙ dicuntur præstare auxiliũ negligendo, & tenentur conditione ex. d. l. 2. C. de his qui latro. & tenet Par. de Put. in. d. tract. syndi. in parte, brachiu. fol. 64. ¶ Et vi. Ioan. de Pla. in. l. in fiscalibus. C. de exacto. tribu. lib. 10. vbi
10 ait, ꝙ vnus officialis potest alterius officials. auxiliũ & brachiũ implorare pro executione, vel alia re pro officio suo. ¶ Ex quo infert, ꝙ iudex ecclesiasticus † implorat officiũ & auxiliũ iudicis secularis pro executione aliqua. l. episcopale C. de episcopa. audi. & in authẽ. de sanctis epis. §. si quis cõtra. coll. 9. & in. c. 1. de offi. ordi. & ibi per Inno. per Bar. in. l. à diuo pio. §. sententiã. & ibi doct. ff. de re iudica. vbi Bar. in. §. si quis con-
11 tra. dicit, ꝙ sententia lata † per episcopũ, mandabitur executioni per iudicem secularem. & glo. in. l. episcopalis dignitas. C. de episco. & cleri. & l. 7. tit. 3, lib. 1. in ordina. rega. Et in. d. c. 1. de offi. ordi-

ordi.vbi quoq; vi.de iudice ecclesiastico, an teneatur exequi sententiā iudicis secularis. ¶Tamen si opponatur aliqua exceptio corā iudice seculari requisito ad exequēdū sententiā ecclesiastici posit secularis iudex cognoscere, & nō exequi.Bar.in.d.l.à diuo pio.& tex.in.c. pastoralis §.qui.de offi.de lega. *Et vi. Montal. in.l. 7.titu.5.lib.1.fori.II.in.gloss.*no lo puedan auer* tenentem,quòd licet iudex secularis debeat exequi sententiam ecclesiastici iudicis ad eius mandatum requisitus,vt plene per Innoc.in dict.capit.significasti de officio delega.non tamē de necessitate tenetur credere sententiæ & processui iudicis ecclesiastici, sed potest ex integro queri.vt Barto.in.l.diuus.ff.de custo.reorum. & iudex requirens vel auxilium inuocans ad executionem faciendam debet esse competens, aliàs punitur officialis qui concedit milites suos executoribus sententiarum iudicum incompetentium:vt in.l. in criminali. C. de iur. om. Iud. & ibi Bald.& tenet Peregri.in parte executio.q.1. in.gloss.*mandare*.col.2.*¶Et quando iudex secularis requiritur à iudice ecclesiastico, & non vult brachium accōmodare sine legitima causa,est excōmunicatus.vt Archid.in.c.1.de statu regula.in.6.& tenet Par.de Pute in.d. tracta. in parte,brachium. De quo auxilio istorum iudicum ecclesiasticorum & secularium vi.singulariter Pala.Ruui.in repeti.c.per vestras.de dona. fol.80.§.sed est pulchra dubitatio. vbi inter cætera dicit vnum singulā. ¶Quod licet sit verum ꝗ iudex ecclesiasticus non potest exequi suam sententiam inter laicos sine auxilio secularis,tamen dicit hoc limitandum , & intelligendum, nisi forsan consuetudo legitimè præscripta esset in contrariū quæ habet,ꝗ iudex ecclesiasticus, qui certis casibus potest cognoscere inter laicos, posit suam sententiam in eorum bonis exequi,vel ipsos carcerari, quando consuetudo in hoc casu valida reputatur. vt in terminis nostris decidit Bal.in.c.significasti.de offi. delega. dicēs,ꝗ licet de iure rector,qui pōt inter scholares cognoscere,nō posit exequēdo suā sententiam dare possessionem corporalē,nec eos personaliter capere,fallit , nisi lex municipalis , vel cōsuetudo aliud disponeret.vt in.l.1.cū.gl.C.de emancipa.libe.vt ibi per eū. ¶Per quod declara
12 tur dict.lex.7.ti.3.lib.1.in† ordina.regali. & ibi Montal.in sua glossa,in parte,iudex ecclesiasticus.vbi tenet, quòd licet iudex ecclesiasticus in casibus,in quibus habet iurisdictionem in laicos: quos casus ponit ibi quoad cognitionem, non tamen ad actualem executionem, quia distincta est iurisdictio , & si fieret executio in laicum ; vel in suis bonis , furaretur eius iurisdictionem.vt in capit.si.de foro compe.in.6.& Feli.in capit.episcopus.de officio ordin.in.6.& ibi Domi. latè,de quo per Feli.in capit.cùm sit generale. de foro compe. in. 13. columna. non habet locum,quando ex consuetudine quis habet istam iurisdictionem & executionem in laicos,quia tunc sine requisitione potest suam sententiam executioni mandare in bonis & personis laicorum. per supradicta. vid. quæ dicam in capit.20. infrà eod. in gloss. *vsurpan.* numer. 15.* Et etiam intellige , quod non licet clerico iniicere manus in laicum,quando locus est temporalis iurisdictionis regis , secus si locus est de temporali iurisdictionis ecclesiæ : quia tunc pōtest.text. in.l.35. titul.9. part. 1. & ibi Grego. Lopez. in.gloss. *por fuerça*. * ¶Et quia consue-
13 tudo † tribuit iurisdictionem non habenti.per text. in capit. irrefragabili. §. excessus. de offi. ordi.& capit.dilecti.de arbitris & non solùm iurisdictionem habenti, vt loquuntur iura prædicta sed etiam nullam penitus iurisdictionem habenti , consuetudo tribuit iurisdictionem etiam priuato. vt est text. vnicus & singular.in capit.cùm contingat.de foro compe.secundum Ioan. And. & alios ibi. Idem tenet Inno.in capit. nouit. de iudic. in versi.consuetudine.Archidi.in cap. conquestus. in fine.9.q.3. & idem tenet gloss.in cap. cùm quidam. de exceptio. libro sexto. & in capit. Romana.in verbo,consuetudine. de appella. eo. libr.Bart.& Ioan. de Imol.in.l.1.§.deniq;.ff. de aqua pluuia arcend. Bal.in capit. 1.columna secunda.versic. consuetudo. qui feud.dare pos.Iaso.in.l. more maiorū. ff.de iuri.omn.iudi.6.colum.glo.notabi.in. d.l. 1.C.de emancipa.liberis.quæ loquitur in iurisdictione voluntaria, & notat ibi Cyn.& Baldus & alij.¶Hinc est,quòd priuato homini ex consuetudine potest competere ius dandi tutores. ita dicit gloss.in.l.1.ff. de tuto. & cura. datis ab his. quam dicit ibi Nicola. de Neapo. vnicam. ¶Non est ergo mirandum,si is,qui aliàs est iudex,& iurisdictionem habet,potest ex consuetudine acquirere iurisdictionem iudicandi in casibus,ad quos sua iurisdictio non extenditur.vt probatur in.d.§.excessus.& in.cap. Romana. §. debet.de appella.lib.6.& in.l.cùm prætor.§. indicem.ff.de iudi.prout tenet dictus Pala Ruui.
14 vbi suprà.¶Quoque fallit iste tex.† in iudice, qui non fecit dolosam coadunationem , quia tunc puniri non debet.tenet Bart.in.d.l.prætor la.2.§.hoc edicto &.§. si quis aduentu.ff.vi bono.rapt.& sic requiritur, quòd ex ista adunatione sequatur alicui damnum.vt Barto.ibi.¶Sed

coadunati per alium, si damnum passi sunt, an
15 repetant, † & recuperent à coadunante. Vide latam distinctionem Salyce. in l. quoniam multa. C. ad l. Iuliam. de vi publi. columna tertia. versicul. reuertor ad principium. glos. & ibi omnes docto. & vid. infrà, numero. 16. ¶ Sed ille, qui est principalis, & homines coadunauit, tenetur de damno dato. vt Bartol. in dict. l. 2. §. si quis non homines. ff. eod. titu. vi bon. rapt. & per Inno. in cap. fina. quod metus causa. & in capitul. in nostra. de iniurijs. & Bal. in. l. nō ideo minus. C. de accus. 11. quæstio. ¶ Et Bartol. in dict. §. si quis non homines. dicit, ꝙ ille, qui est inter coadunatos, non tenetur de damno, nisi de illo, quod ipse dedit, non de eo, quod alij dederunt. quod dicit esse menti tenendum in foro conscientiæ vt gloss. ibi. & sic est arg. secundùm eum ꝙ comes Albertus non tenetur de damno dato à bannitis, si ipse non dedit damnum. Ratio: quia ipse non coadunauit, seu dedit eis opem sed si eos coadunauit, tenet ad omnia per supradicta. Et idē tenet Bal. in rubr. de his quæ vi met. caus. in decretali. numero. 13. quem vide. & vid. gloss. in l. 11. titulo. 4. libro. 4. foro legum. & quæ dicam in capitul. 3. infrà in gloss. fauor. numer. 28. ¶ Et vid. Guid. pap. singu. 226. vbi tenet, ꝙ vocans ad bellum amicos, nō tenetur de equis amissis, & alijs rebus, nec sumptibus, si bellum fuerit iniustum: quia in re turpi nulla est obligatio. vt in capit. sicut. de iureiur. cap. fina. de pactis. nec etiā tenetur si est iustum, si faciant ex debito, idest causa pietatis. vt in capit. dilecto. de senten. excommuni. lib. 6. & in. c. non inferenda. 24. q. 3. si verò non tenebatur, actionem habebit: & vocans amicos, vel subditos, non poterit agere ad satisfactionem, si spoliati sunt bonis suis per tertiū, sed faciet sibi cedi actiōes. arg. in. l. 2. §. si quis sponsionis. ff. de bonis damnat. ¶ Et quamuis dominum sequi debeant, tamen ad suas expensas, nisi aliud sit de consuetudine vel pact. vt in cap. non minus. de immunita. ecclesi. & di. Gui. vbi suprà. & d. c. sicut.

SVMMARIVM.

1 *Confœderatio quid sit.*

2 *Confœderationes illicitæ sunt prohibitæ.*

3 *Congregationes si sunt suspectæ papæ, vel Regi, possunt prohiberi.*

4 *Congregationes ex mala causa præsumuntur congregatæ, nisi aliud probetur.*

5 *Pœna capitalis punitur, qui confœderationem seu tumultum fecerit contra aliquem, seu voces seditiosas emiserit.*

6 *Cymbala non pulsentur, nec resonentur sine iussu iudicis, seu rectoris ciuitatis, alias pœnā mortis, & amissionis bonorum incurrat.*

7 *In congregatione ciuitatis requiritur quod voce præconis, cymbalo, seu campana sonata congregetur, vel per nuntium de mandato iudicis: eo tamen absente, de antiquioris mandato.*

8 *Colligatio non est conspiratio, sed potius concordia, quando aliquid honestum fit.*

9 *Ligæ & confœderationes, quæ fiunt inter principes, barones, aut ciuitates, an valeant.*

10 *Omnis colligatio, seu confœderatio, quæ non fit authoritate principis, seu prælati est illicita. Et quid si fiat causa pietatis, vel religionis & si tali confœderationi, seu fraternitati potest legari, vel potest bona sua alienari, & coram quo iudice debet conueniri.*

11 *Congregatio, seu confœderatio pro defensione sua, & rerum suarum, permittitur, non solùm laicis, sed etiam clericis.*

12 *Confœderationum authores pœna. l. Iuliæ maiest. tenentur.*

13 *Statuta confœderationum, & collegiorum potest superior mandare, vt coram se portentur: vt si quæ sunt in eis, quæ sapiant monipolium, puniantur.*

14 *Iudex in sua prouincia curare debet, ne tumultus, aut conuenticula fiant.*

15 *Fraternitates, & confœderationes militum, seu locorum contra regem, seu rempublicam factæ, casus est proditionis.*

16 *Confœderationes inter menachos & fabros prohibentur, & inter scriptores, & similes, nisi ciuitas statuerit.*

Ille, cui est fornax, vel molendinum, potest ius competere, vt nullus alius circa eum possit alterum ædificare.

17 *Statutum, quòd non ematur, vel vendatur frumentum, vel alia res, nisi certo pretio, non valet.*

Ni con-

b Ni confederacion. b

1 Quæ cōfederatio †, est cōiuratio pluriū in vnū iuratio. Et differt à cōspiratione, quæ fit mediāte iuramēto, & coniuratio sine eo. fit enim promissio, vel pactio sine iuramēto. Et est di

confederacion b, ni

cta à cōspirando, qn̄ scilicet, plures spirāt, idest, flant, & tendunt in vnū. Et pōt dici à, con, & spira, idest, superbia, vel elatione. vt tenet Domi. de sancto Gemi. in c. cōstitutionē. de verb. signifi. nu. 6. in prin. allegādo Io. And. in. c. exhibita. de iudi. vbi gl. dicit in verbo, cōspirationē. ꝙ cōspiratio est grauissimū crimē. ¶ Et tales illicitæ cō-

2 fœderationes, seu cōgregationes †, sunt ꝓhibitæ, vt in cle. pastoralis. de re iudi. & ibi Card. nu. 2. & tex. & ibi Bal. in. l. nullus. C. de sum. trini. & fide cathol. in prin. dicit, ꝙ si cōfœderationes fra

3 ternitates †, seu congregationes essent domino papæ, vel regi suspectæ, pōt ipsas prohibere, & deinceps cōgregari nō possunt, aliàs puniūtur. arg. illius. l. quia tales cōgregationes & cōfœde-

4 rationes † præsumūtur ex mala causa cōgregatæ, nisi aliud probetur. tenet Alexā. in additio. ad Bart. in. l. fi. ff. d collegi. illici. in additiōe, quæ est in parte, nō valēt. nu. 10. & Paris de Pute. in tract. syndic. in parte, pone ꝙ vniuersitas. fo. 24. vbi de hoc. ¶ Et Abb. in. c. fi. d testibus cogēdis.

5 nu. 1. in fi. tenet, ꝙ si quis † confœderationē, vel tumultū contra aliquē fecerit, vel seditiosas voces emiserit capitali pœna punitur. vt in. l. denūtiamus. C. de his qui ad ecclesi. confug. & in. l. 1. & 2. C. de seditiosis. & in. l. aut facta. 1. respō. ff. de pœnis. & in. l. qui cœtu. ff. de vi publi. l. conuēticulam. C. de episc. & cler. ¶ Et dicit Abba. vbi suprà, ꝙ in his reperies, ꝙ nec cœtū, nec turbam debet quis cōgregare: quia omnia hæc, & similia, sunt ꝓhibita, nisi reperiātur cōcessa. Et idem tenet tex. in. l. titu. 1. lib. 4. in ordin. regal. vbi

6 cauetur, ꝙ nullus sine iussu † iudicis, & rectorū ciuitatis resonet, seu pulsset cymbala, aliàs pœnā mortis, & amissionē bonorū incurrat. Quæ lex potuit haberi ortū à dicto Angelo, in. l. nulli. ff. qđ cuiusq vniuer. nomi. colū. 2. versi. attēde.

7 vbi dicit, quòd in † cōgregatione ciuitatis requirit, ꝙ voce præconis, vel cymbalo, seu cāpana sonata, vel cornu aut [illegible], vel per nūtiū secūdum morem solitum [illegible] de mandato superioris. Est autem [illegible] præses vel alter officialis vniuersitat [illegible] nullus est officialis vel præses, sic [illegible] potest [illegible] de mādato antiquioris, qui est [illegible] primum dicit probat. in. l. 2 [illegible] decurioni lib. 10. secū

dum probatur per gloss. ibi in. d. l. nulli. in glos. 2. & ff. de albo. scriben. l. 2. & idem tenent Angel. Bald. & Ioannes de Plat. in. d. l. de decurio. C. quæ incipit, obseruare. vbi singulariter declaratur quis sit antiquior. ¶ Et dicunt, quòd de mandato magistratus conuocatur: sed vbi magistratus deest, potest cōuocare ille, qui est antiquior decurio, ille enim ipso iure vocat prior decurionum, & alij ei parere debent. Sed si non parent, non potest eos punire, sed procedit ad actum vel electionem cum his, qui intersunt, alijs nō expectatis. secundùm Innoc. in capit. 1. de maiori. & obedi. secundùm Plate. vbi suprà. ¶ Et sic, quòd talis confœderatio, quæ fit per rectores ad ciuitatem gubernādam, vel regēdam seu ad iustitiam exercendam, est licita. vt Inno. in capitu. dilecta. de excessi. præla. in princip. Et vide Guido pap. decisione. 106. vbi an vniuersitas possit se congregare pro suis negotijs cōmunibus sine licentia superioris? vbi tenet ꝙ non. & Bart. in. l. actor. ff. rem ratam haberi. & latius dictus Guido decisio. 631. versic. ad tertium dubium. vbi concludendo, idem tenet. Et licet senior de capitulo deficiente prælato potest congregare consilium, non potest nomine ecclesiæ seu ciuitatis facere contractus, nec agere in iudicio, quia non est prælatus secundùm Innocen. & Bald. in dict. capitul. 1. de maiorita. & obed. ✱ Et vi. Peregrin. in parte, rector. columna. 4. vbi dicit, quòd decurio filios habens, alijs decurionibus non habentibus præfertur ipso iure, ob hoc intelligitur eorum esse præpositus, vt in. l. in albo. C. de decurio lib. 10. ex quo habes secūdum Peregrin. vbi suprà ꝙ quando vniuersitas caret superiore, ipso iure ille qui habet filios intelligitur esse præpositus illorum, adeò quòd de eius mandato potest dicta vniuersitas cōgregari: vbi autem essent plures filios habentes, tūc antiquior dicitur esse præpositus. ✱ Et facit quia cum ad aliquod honestum sit colligatio,

8 † non est conspiratio, sed potius concordia, & vnio. vt in. l. 1. ff. de collegi. illicit. & textus in. §. si quis de prædictis. in authen. vt cum. de appella. cognosc. collat. 3. vbi dicitur, quòd beatissimi patriarchæ vna conspiratione & concordia vnam fidem prædicant, & facit. capitul. si quis clericorum. 11. q. 1. & quæstio. 1. ibi, rebelli authoritate. vt tenet Domi. in. d. capitu. constitutionem. in princi. versic. quæro an monachi. & Abb. in capit. exhibita. de iudi. 3. col. nu. 6. versi. quæro. ¶ Sed ligæ, & confœderationes, quæ fiunt inter

9 † ciuitates, & inter Principes, & Barones, non valent: ita tenet Innocē. in. c. dilecta. de excessi. prælat. Nec obstat. l. non dubito. ff. de captiuis.

vbi dicitur, quòd ciuitates inuicem fœderātur, & colligantur: quia istud est verum, quādo ciuitates aliæ non amicæ, vel liberæ fœderantur populo Romano habenti imperium: sed plures ciuitates, vel plures Barones, qui essent sub vno rege, domino, vel principe, non possunt in inuicē facere illam cōfœderationē. ista enim sunt sodalitia, & collegia prohibita. vt tenet Bart. in l. sodales. ff. de collegi. illici. col. tertia. nume. 10. ex quo colligitur secundùm Bartol. ibi. quòd ciuitates Tusciæ, quę non recognoscunt de facto in temporalibus superiorem, possunt inuicem fœderari tanquam liberæ. Sed plura castra, & villæ, quæ sunt sub vna ciuitate, vel vno domino, hoc non possent. de quo per. l. 1. & l. 2. & l. 6. titu. 11. lib. 8. in ord. rega. sine principis authoritate. vt ibi tenet etiam Montal. in glo. ordi. regali. in parte, liga. sequendo Bart. vbi suprà. vbi dicit, quòd vnum est notandum, ꝙ ciuitas potest facere colligationes, seu confœderationes principe non existente in partibus ad se defendendum. vt in titu. de pace iura. firman. §. conuēticulas. in vsib. feudo. & in. l. 1. ff. quod cuiusque vniuers. nomine. facit. d. l. non dubito. & tenet Petrus de Ancharr. in. d. c. pastoralis. de re iudi. & ibi Cardin. versi. 7. nu. 2. vbi quoque dicit, quòd in bonum bene procedunt, secus quando confederationes sunt in malum, & super re illicita, secus si super licita. ¶ Dic tamen, quòd re-
10 gulariter omnis † colligatio, seu confederatio est illicita, quæ non fit principis authoritate, nisi quę fit causa, vel religionis. vt plenè notat Bartolus in dict. l. fina. ff. de collegi. illicitis. & Inno. eleganter in dict. capitu. dilecta. de excessi. prælat. sed hodie per. d. l. 2. ordinamenti, licet fiat causa pietatis talis colligatio, collegiū, seu confederatio, nō potest fieri sine authoritate principis, vel prælati. Quinimo dicit Bald. in titul. de summa trini. & fide catho. in. §. firmiter. nu. 10. in decreta. ꝙ congregatio dici potest eo ipso, quòd est approbata per diœcesanum. Et si religio nō est approbata per Papā, vita eorū dicitur superstitiosa, & religio ambitiosa. Et licet sit causa pietatis, requiritur dicta authoritas. vt Inno. vbi suprà, & Bald. in authen. habita. C. ne filius pro patre, nu. 45. & Abb. in consil. 55. in primo vol. & Mōtal. in gl. ordina. in parte, liga. ¶ Et tali fraternitati potest legari. vt in. l. cùm senatus. ff. de rebus dub. & l. quarta. titulo tertio. partita. 6. & Plate. in. l. 3. C. de venden. reb. ciuit. lib. 11. ¶ Et potest sua bona alienare absque alia solennitate quia nō est collegiū pium, sed seculare, & omnino profanum. vt Bald. in authen. hoc ius porrectum. C. de sacrosan. ecclesi. nume. 3. Felin. in. c. nullum iudicum. de foro compe. in fine. & tenet Francis. Balb. in tract. de præscript. in. 1. parte. 5. part. principa. nu. 6. fol. 91. in libro paruo. quia non gaudet priuilegijs tributis ecclesijs. Et sic tenet Bart. & latius Paul. de Castro in. d. l. cùm senatus. de rebus dubi. quòd licet istæ fraternitates fustigatorum faciāt collegium licitum, quia ad pium ministerium, cùm sint merè laici, debent conueniri coram iudice seculari. & ita consuluit. & idem tenet Socinus ibi. final. colum. & hoc si conuenitur ipsa fraternitas: nam si singulariter, non est dubium. Sed quid si sunt aliqui eorum clerici? Vide Bart. in. l. sodales. ff. de collega. illici. nu. 14. & 15. & Feli. in. d. c. nullum iudicum. & in. c. ex literis. de constitu. in princip. Additio. Abb. in. c. 1. de electio. in fin. ¶ Nec de istis relictis fraternitati debetur episcopo quarta canonica, quia non sunt personæ ecclesiasticæ. vt Paul. de Castr. in. d. l. senatus. ¶ Confede-
11 ratio, seu congregatio quoq; permittitur † pro defensione sua, & rerum suarū: quia potest tunc stipendiarios, & amicos congregare, & propter hoc non dicitur bellum, sed defensio. Item pro recuperatione possessionis, dūmodo fiat in cōtinenti. Et non solum permittitur hoc laicis, sed etiam clericis. Et hac causa licitum est arma mouere, & contra subditos rebelles & inobedientes armari debent iura, & homines, & licitè fit eis bellum, tam à dominis temporalibus, quàm à spiritualibus. Et manu militari vtendum est contra rebelles subditos, vbi alia remedia non sufficiunt. tenet Bald. in margari. Innoc. in parte, congregare, quod nota. ¶ Aliàs actores talium
12 confederationum † pœna legis Iulię maiestatis tenentur. vt in. l. quisquis. ff. de collegi. illici. & in. l. 1. ff. ad. l. Iuliam maiestat. ibi, quoue cœtus. & tenetur. l. Iulia. de vi publi. vt in. l. denuntiamus. C. qui ad eccle. confuge. vt tenet Montal. in dicta glos. ordina. in parte, liga. & dixi suprà in glos. proxima. ¶ Quinimo dicit Montal. ibi,
13 quòd iudex superior † potest mandare, vt portentur coram se statuta collegiorum, vel confederatorum: & si quę sunt in eis quæ sapiant monopolium, procedet cōtra eos. vt in. l. vnica. C. de monopolijs. vbi hoc notat Bal. Et idem Bal. in titul. de pace iura. fir. §. conuenticulas. in vsib. feudo. nu. 4. & Alexā. in additio. ad Bar. in. l. sub prætextu. ff. de extraor. crimin. *Et vi. infrà. in c. 17. in glo *proueer.* in fine in additione.* Quinimo ibi Bar. & Bal. vbi suprà dicūt, ꝙ si potestas reperit in vna societate statutū inhonestum, potest statim eo ipso cassare societatem sequitur Roma. singul. 344. ¶ Et propter hæc, quæ dicta sunt, secundùm eundē Montal. ibi, iudex curare † debet,

14 † debet, ne in sua prouincia tumultus, aut conuenticula fiant, ne damnum inde sequatur. vt in. l. 16. titul. quarto. parti. tertia. qui text. est singula. & habuit ortum à. l. congruit. & à l. tertia. ff. de offic. præsid. ¶ Et quoque dicit, quòd est
15 casus proditionis †, si quis fraternitates, seu coniurationes militum, seu locorum contra regem facit, ex quibus regi, aut patriæ damna oriatur. vt in. l. prima. titul. secundo. parti. septima. Dic vt supra. vt in gloss. proxima. ¶ In tantum istæ confederationes prohibentur, quòd menachi,
16 † vel fabri non possunt inter se statuere vel paciscì, quòd de labore vnius, non se intromittat alter. Et idem in scriptoribus, & similibus, nisi tota ciuitas hoc statuerit. Et specialiter punitur Primas artis illius: qui hoc consentit. vt notatur in dicta. l. vnica. de monopoli. & Bald. ibi. Tamen potest alicui ius competere, vt alibi, quã in locis suis victualia non vendantur. Et idem dic in furno, & molendino, & similibus, vt possit ex consuetudine, seu priuilegio competere hoc ius in illo loco, quod alius non exerceat, si inibi tum acquieuerunt prohibitioni per tempus legitimum ad præscriptionem complendam. tenet Abb. in. c. significãte. de appella. nu. 1. & Cæpola in tract. de seruitu. in tit. de furno. 2. q. & Guid. pa. decisi. 298. & Faber in. §. æquè. Institu. de actio. nu. 20. Bertachi. in suo reperto. in parte, coquus.* Et Stephanus Bertrãdus consil. 1. nu. 28. in. 3. par. consil. & vi. singulariter Io. de Neuiza. cõsil. 43. num. 7. vsque in fine.* ¶ Et vide Montalu. vbi suprà, vbi quoque ait. quòd
17 non valet † statutum, quòd non emátur, vel vendatur frumentum, nisi certo pretio. & idem in alijs rebus venalibus secundùm Bald. vbi suprà. sed lex bene põt facere. vt cauetur in Pragmatica facta per nostrum Carolum regem in villa de Madrid, anno proximo. 1539. Octobris 10. die. per quam imposuit pretium frumento. quã per te vide.

SVMMARIVM.

1 *Iudices, & potestates terrarum qui sequuntur partiales reformationes, incidunt in pœnam, si ex partialitate sua sequatur damnum, vel iniuria alicui.*

2 *Partiales damna inferentes, & iniurias, tenentur ad refectionem damnorũ, & iniuriæ satisfactionem.*

3 *Partialitas terrarum dicitur infortunium: & ideo si vir propter partialitatem exulatur, mulier potest dotem repetere.*

4 *Iudex non debet esse partialis in arbitrarijs.*

5 *Iudex dum ex officio procedit, an debeat imponere pœnam ordinariam, vel arbitrariam numero. 7.*

6 *Officialis in syndicatu condemnatus ex generali inquisitione non efficitur infamis.*

8 *In arbitrarijs arbitrium debet esse iuri, & æquitati consonum, aliàs non valet.*

9 *Iudex, qui habet potestatem disponendi secundum conscientiam, seu arbitrium, non debet sequi propriam conscientiam, sed publicam.*

10 *In arbitrarijs iudex debet facere suum arbitriũ cum consilio peritorum.*

11 *Vt partialitatem iudex euitet, non debet habere nimiam familiaritatem cum subditis: quia ex conuersatione æquali nascitur contemptus dignitatis.*

12 *Si partialitas est in ciuitate inter aliquos, potest iudex ad euitanda scandala, & rixas, iubere, & vetare, quòd vnus non transeat ante portam vel domum alterius.*

13 *Si de possessione alicuius loci est contentio inter duos, & est timor, ne veniant ad arma, potest iudex præcipere vtrique, ne ad illum locum vadant.*

14 *Hospitium potest quis cogi mutare propter partialitatem, causa vitandæ discordiæ.*

15 *Episcopus potest iubere archipresbytero suo, ne transeat per contractum duorum fratrum, quorum patrem interfecerat.*

16 *Inimicitia quando est inter aliquos, potest iudex prouidere futuris scandalis, præcipiendo sub pœna, ne per certos fines incedant.*

17 *Quilibet officialis ex causa potest prohibere, ne quis accedat ad fundum.*

18 *Arbiter potest prohibere duobus inimicis, vt vnus non vadat per portam alterius.*

19 *Potestas potest præcipere subdito, ne discedat de domo sua.*

20 *Scandalis, & rixis iudex occurrere, & prouidere debet.*

21 *Iudex debet prouidere ne partes veniant ad arma.*

Iudex

22 *Iudex non debet studere in criminalibus de concordia partium anteaquam puniat.*

An pars potest se componere, seu pacem facere post sententiam:

23 *Ad pacem potest compellere iudex, quando inimicitia esset scandalosa, & respublica inquietaretur.*

24 *Ad compromittendum potest cogere iudex, quã do videt, quòd via iudicij, vel sententiæ non potest bene sedari discordia,*

25 *Contendentes de possessione, & properantes ad occupandum: si inter eos præsumitur verisimiliter ad arma venire, possessio sequestrabitur.*

c Parcialidad. c Hac de causa dicit Bald.in.l. de eo. C. de pœna iudi.qui mal.iudic. in princip. nu.2.ꝙ
1 potestates † terrarum, qui vadunt ad terras, vbi sunt diuisiones in populo, qui non possunt salua conscientia pertrãsire, sed oportet eos sequi partiales reformationes, incidunt in pœnam.c. cùm æterni.de re iudi.in.6. ¶ Quod intellige verum, si ex sua partialitate sequatur alicui iniuria vel damnum, aliàs non: vt dixi in gloss. *no se juntaran*.fi.col.versic. secundo fallit. & arg.eorum, quæ tenet Inno.in.c.fi.Quod metus causa.n.3. versi.Item nobis videtur. & Bald.in.c.1.§. iniuria.in titu.de pace iura.firman.num.5.in vsi.feu
2 do.versi.quæro.vbi tenet †, quòd si partiales inuicem inferunt iniurias & dãna tenentur ad refectionem damnorum, & satisfactionem iniuriæ. Sed hoc Bald.ibi dicit verum, quòd tenentur, scilicet illa pars, quæ iniustè egit. & sequitur Alex. in additio.ad Bart. in.l.iniuriarum .ff. de iniurijs. ¶ Et dic, quòd partialitas terrarũ di-
3 citur infortuniũ †: & ideo si vir efficiatur exul, non solùm propter culpam suam, sed etiam propter partialitatem, mulier poterit dotem repetere: quia exilium paupertatem inducit. vt glo. in authen.de exhibẽ.& intro. reis in prin. colla. 5.& idem tenet Ioan.And.in additio.ad Specu. in titu.de dona.§.fi.versi. quid si vir est in bãno. Bart.in.l.si constante.in.5.q.1.partit. principa. ff.solu.matri. & idem Bart.in.l. 1. C.de decurio. & in.l.2. in princip.ff.solut.matrimo. Angel.in l.cũ acutissimi.§.illud.C.de præscript.30. anno. Anto.de Butri.in.c.per vestras. de donat. tenet ad literam Alexan.in.l. si cùm dotem.§.si maritus.ff.eod.solu.matrimo.nu.3.& Ludo. Roma. consilio.187.in fi.vbi dicit, quòd eo ipso, quòd maritus à ciuitate absens est; aut tanquã exbannitus cum bonorũ publicatione, aut tanquam alio modo exul sine publicatione locus est repetitioni dotis. vt per glos. in.d.l.2.in princi. & per alia iura suprà allega. & idem quod Alexã. in.d.§.si marit⁹.

parcialidad c con tenet Ias.in.d.l. si constãte. nu. 145.versi.amplia istud. loquẽdo in dicta partialitate. ¶ Notari potest ex text.isto. *ni parcialidad*. ꝙ etiam in arbitrarijs iudex non debet esse
4 † minus partialis & fauorabilis alteri parti. notat Inn.in dict.ca.cùm æterni. de re iudi.in.6.& certè cùm laxius dãtur habenę, ille magis debet habere præoculis æquitatẽ. vt in authẽ.ius iurãdũ, quod præstatur ab his.collatio. 2. in nigro, & hoc dicit tex.notabil. & vulga.in.l.ꝙ si Ephesi.ff.de eo quod certo loco.& tenet Bald.in.d.l. de eo.nu.3.& in.l.quocunque. C.de seruis fugi. col.5.nu.18.vbi ait, ꝙ in arbitrarijs iudex debet inclinare in mitiorem pœnã, vt in ca. de causis. de offi.delega.non tamen debet esse nimis gratiosus.vt in regula, in pœnis.de regul. iuris.in.6. & ibi Ioann.And.in nouella.& idem tenet Bal. in.l.1.in princi.ff.de his, qui sunt sui vel alie. iur. ¶ An iudex procedẽdo ex officio debeat impo
5 nere pœnam † ordinariam, vel arbitrariam? Vi. Abb.in rub.de iudi.nu.3.&.5.& quæ dixi suprà in dicta gloss. *derechamente*. & eundem Abba.in c.inquisitionis.nu.1. de accusat.nu.2. vbi tenet, quòd de iure canonico mitius punitur, per viã inquisitionis, quàm per accusationem. De iure autem ciuili non reperit, quòd hæc differentia fiat in impositione pœnarũ, sed par imponitur pœna per bonũ text.in.l.4. C.de sepulchr. viola.facit.l.ordo.ff.de public.iudic. & qđ notatur in.l.2.§.si publico.ff. de adulterijs. Ex quo infert Abb.ibi, ꝙ saltẽ de iure canonico ex inquisitione nõ efficitur infamis: quia sicut receditur â pœna ordinaria delicti imponẽda per hominẽ, ita eadẽ æquitate videtur recessum à pœna iuris, quæ est infamia, quæ sequitur cõdemnatum pro crimine. vt in.l.infamem. ff. de publicis iudicijs.& secundùm ius canonicum poterit esse vera glos. in.l.3. §. præterea. ff. de suspectis tutori.& in.l.1. C.de modo multan. quòd condemnatus ex inquisitione, non est infamis. nã de iure ciuili Bartol.tenet oppositum. in.d,l.infamem. Et potest esse ratio secũdùm eund. Ab. quia de iure ciuili regulariter non potest procedi per inquisitionẽ, nisi in certis casibus: de iure autem canonico semper potest procedi, præcedente infamia. Quæ ratio dicit Frãc. de Aretio ibi in.d.cap.inquisitionis.columnn. 2. non videri sussi-

ri ſufficiens: quia grauamē illatum in modo pro
cedendi, non eſt iuſta cauſa alterandi pœnā. vt
plenè declarat Bart.in.l.ictus fuſtium. ff.de infa
mi.vlti.quæſt.& in.d.l.infamem. & Bald.ibi. &
in.l.etiam. C. de furtis. vbi in effectu concludit
Bald.in dicta.l.infamem. quòd ex inquiſitione
generali condemnatus non efficitur infamis.
6 Vnde infert, quòd ſi officialis † in ſyndicatu cō
demnatur virtute generalis inquiſitionis cōtra
ſe factæ, non efficitur infamis: quia non poteſt
dici, quòd inquiſitio ſuccedat in locum accuſa-
tionis, quoniam accuſatio non poteſt fieri ſine
ſpecificatione criminis.ca.libellorum. 2. quæſt.
8.Et hanc ſententiam ſequitur Ioann. de Imol.
in.d.l.his qui reus.& in dict.l.infamem. Sed do-
minus Areti. vbi ſuprà dicit, quòd in hoc non
eſt ſtandum: quia Bald.ponit exemplum, quan
do ex ipſa poteſt ſequi condēnatio de iure, quia
formatur cōtra certā perſonam pro adminiſtra
tione vnius officij.vt in.l.vnica.C.vt omnes iu-
di.tā ciuil.quàm crimi.quo caſu ex inquiſitione
generali poteſt ſequi ſententia condēnatoria,
& abſolutoria.vt notat Angel.in.l.ſi vacātia.C.
de bonis vacan.lib.10.¶ Sed tu vide Abb.in ca.
atſi cleri.de iudic.num.34.vbi indiſtinctè tenet
7 ꝙ † ſi probatum eſt crimē per modum inquiſi-
tionis, venit quis mitius puniendus, quàm ſi a-
geretur via accuſationis.per.l.hodie. ff. de pœ-
nis.& Bald.in margarita.Innoc.in parte, pœna.
tenet idem quòd Abb.in.d.c.inquiſitionis, ſcili-
cet, quòd pœna ordinaria nō imponat ex inqui
ſitione ſecundum canones, ſed ſecundum leges
ſic.vt notat Innocen.in cap.cum.p.de purga.ca
noni.Quod limitat & dicit eſſe verum Bald.ibi,
quando proceditur cū plena cauſæ cognitione,
ſecꝰ ſi incidēter, & ſummatim, quia tūc extraor
dinariè etiā ſecūdū leges nō pōt puniri.vt nota-
tur in.l.nullus.C.de teſti. & idē tenet Hippoly.
de Marſi.in ſua pract.crimi.§.cōſtāte.col. ſi.nu.
100.& nu.84. & vi. Socinum in fallen.in parte,
pœna.regula.293. ¶ Attamē in arbitrarijs eius
8 arbitrium debet eſſe iuri † & æquitati conſonū,
aliàs non valet.Ita tenet Ludoui.Roma.in con-
ſilio.376. vbi ꝓ hoc allegat glóſ.in.l.eas cauſas.
ff.de conditio.& demōſtra.& latè Hippolyt.de
Marſi.in ſua practi.crimi.§.diligēter. nume. 24.
& in.l.quæſtionis modum.ff.de quæſtio.num.
71. cum ſequētibus. vbi quoque dicit, quòd qui
9 habet † poteſtatem diſponendi ſecundum con-
ſciētiā, vel arbitrium, nō debet ſequi propriam
conſcientiā, ſed publicam.tex.iūcta glo.in.c.in-
dicet.2.q.7.& voluit Cyn.in.l.quiſquis.C. ad.l.
Iuliā maieſt.& Iaſ.in.l.ſic legatum. ff.de legat.1.
nume.28. cum ſequentibus. Et ideo dixit Bald.
ſloq

in dicta.l. de eo. C. de pœna iudic. qui malè iu-
di.iudicem debere ſequi regulas legum. & non
conſcientiam ſuam, quæ legibus aduerſatur. De
quo etiam per Bald.in.l.2.in tertio notabili.C.
de fideicōmiſſ. & per Roma.in repetitio rubri.
ff.de arbit.colum.2.ad finem. & tex.in.l.1.ff.de
ſolu.tex.& ibi Bald.in.l. certi iuris.in fine. C.de
iudic.& Iaſ.in.§.ſed iſte.col. penultima. Inſtitu.
de actio.gloſſ.& vide Anto.de Butri.in capitul.
10 vt debitus. de appella.vbi dicit †, ꝙ in arbitra-
rijs iudex debet facere ſuum arbitriū cum con-
ſilio peritorum.& allegat quæ habentur in cap.
ne innitaris.de cōſtitu.& ſubdit ibi Domi. An-
to.per illam gloſ.quòd ſi cōmittitur aliquid iu-
dici expediendum ſecundùm, quod ſibi vide-
tur, intelligitur tamen habito conſilio perito-
rum.quod etiam voluit in capit. 1. de conſtitu.
quē ſequitur Cardi.Alex.in.c.vt debitus.de ap-
pella. 11.col.& Matheſil.in notabi.13.incipien
te, nota ꝙ vbi iudex.& Fel.in.c.quoniā frequen
ter.§.porrò.vt lite nō conteſta.& Hippo. vbi ſu
prà. ¶ Conſulo tamē iudicibus, vt abſtineant ſe
11 ab iſta partialitate †, tam in arbitrarijs, quàm in
alijs, & vt euitent nimiam familiaritatem ſub-
ditorum: quia ex conuerſatione æquali, naſci-
tur contemptus dignitatis. vt dixit textus in.l.
obſeruandum.ff.de offi.præſi.& text.in.l.8.tit.
4.parti.3.*Et tex.in.l.49.titu.5.part.1.quaſi in
fine.& ibi Grego.Lopez & tex.in.l.17.titu.22.
part.1.*Et alibi dicit Canon, Dum nimium ſer
uatur humilitas, regendi frangitur authoritas.
vt in capitulo.quando.86.diſtin.1. vilis & con-
temptibilis habetur.ſecundùm Archidi.ibi.pro
ut tenet Abb.in cap.dilectus.de pœnis. num.2.
& idem in procemi.Grego.num.2. vnde infert
illud vulgare, Familiaritas nimia, contemptum
parit. ſed dicebat Azo. illud verbum procede-
re inter fatuos: quia fatui tantùm contemnunt
præſidentem ex familiaritate, non tamē prudē-
tes: imò magis præſidem cōmēdant.de quo per
gloſſ.in dict.cap.quando. ſecundùm Abba.ibi.
¶ Nota vnum ſingular. in materia partialitatis,
12 quòd ſi in aliqua ciuitate † adeſt partialitas, vel
inimicitia inter aliquos milites, vel alios poten-
tes, poteſt iudex vetare, & præcipere ſub certa
pœna, quòd vnus non trāſeat ante portam, vel
domum alterius.Et eſt iuſta cauſa vetandi pro-
pter rixas, ſcandala, & pericula euitā da.vt tenet
Barto.cum quo cæteri doctores trāſeūt in.l.quē
iuſſit.ff.de re iudi.& ibi Alex.nume.3.& Iaſ.la-
tè, num.25.vbi dicit, quòd pro hoc allegat Bar.
text. in.l.1.§.finā. ff. de officio præfecti vrb. in
verbo, ſolitarium regionum. * Et Peregrin.in
parte, inimicitiæ.& vid. Baldum in.l.curatores.
ff.de

ff.de officio procurat.Cæsar.vbi tenet ꝙ tumul
tuosus & iniuriosus pōt ꝓhiberi ne accedat ad
aliquem locum.*Ange.& Imol.& Alex.addūt
text. in.l. si cuius. §. sed si inter duos. aliàs inci-
pit.l.æquissimum. ff. de vsufru.vbi est text.no-
13 tabil.quòd si duo † contendunt de possessione
alicuius loci,& est timor ne veniant ad arma,&
rixam, potest iudex præcipere vtrique eorum
sub pœna ne vadat ad illum locum. ¶Item per
istam gloss.dicit Rapha.Cuma.se putare, quod
14 eodem modo possit quis cogi† per iudicem mu
tare hospitium in quo habitat causa vitādæ dis-
cordiæ prout tenet Iaso. ibi in. d.l. quod iussit.
quod ego iam pluries feci. Et idem dicit in epi-
15 scopo,quòd episcopus† potest licitè præcipere
suo archipresbytero sub pœna ne transeat per
contractam duorum fratrum,quorum pater in
terfecerat, ne eorum animos prouocaret. Ad
quod addit Ias. Idem quod tenet Ioann. Andr.
post Guidonem de Suza.in additio.ad Specul.
in titu.de pigno. §. sequitur.versi.quid si timeo.
16 vbi tenet,quod quando est inimicitia † inter ali
quos,iudex potest prouidere futuris scandalis,
præcipiēdo sub certa pœna, ne per certos fines
incedant.arg in.d.l.1.§.fina. ff.de officio præfe.
vrb.Quam decisionem Ioan. Andr.refert, & se-
quitur Alexā.in.l.qui bona.§. si quis iusto.ff.de
damno infecto.¶Tamen licet sit prohibitus ac
cessus ad certum locū,vel ingressus palatij,con-
tra faciens ex causa ineuitabili,non punitur. te-
net Bal.in.c.monasterium.de vita & honestate
clerico. argu.l.Cæsar. ff.de publica. Et est ratio:
quia persona agēs est illa,quæ debet puniri, sed
ista non est persona agens, sed patiens,quia per
vim patitur.vt ait Seneca in epistola.c.7. ad Lu
cillum,ducunt volentem fata,nolētem trahunt.
¶Item tu adde text.in.l.fina. ff. de offi.procur.
Cæsa.in verbo, veluti contumeliosum. vbi est
17 text.ꝙ procurator Cæsaris,&quilibet† officia-
lis potest ex causa prohibere,ne aliquis accedat
ad talem fundum. Et per illū text. decidit ibi in
terminis nostris Alberi.de Rosa.post Iacob. de
18 Aretio, quòd si sunt duo † inimici, arbiter po-
test prohibere ne vnus vadat per contractam al
terius.& contra.Idem tenet Alberi.in.l.fin.ff.de
interdi.& relega.vbi ait, ꝙ iudex potest præci-
se præcipere alicui,nevadat per cōtractam alicu
ius inimici sui.per.d.l.1.§.fina.Et idē tenet Iaso.
ibi in.d.l.qđ iussit nume.27.tenēdo contra Bal.
ꝙ iudex potest iubere alicui, ne exeat domum
suam.quem text.allegat singu.Alex.ibi.Sed se-
cundum Ias.ibi dicit,ꝙ Alberi.in dict.l.fina.no-
19 tat ex illo text.† ꝙ præses prouinciæ, & pote-
stas,potest præcipere subdito suo sub pœna,ne
discedat de domo sua. Et quòd nō obstet dictū
Bald.in.c. Quintauallis. de iureiur.col.2.vbi te-
net,ꝙ arbitrator pro bono pacis nō potest mā
dare alicui,ꝙ exeat ciuitatem suam. Et similiter
non potest iudex præcipere alicui,ne exeat do-
mum suam,quia esset species seruitutis: nisi hęc
potestas esset sibi specialiter cōcessa à principe.
qui tex.in.d.l.fin.propriè loquitur,quādo pro-
pter delictum cōmissum quis punitur à præsi-
de ista pœna, nè quis exeat de domo sua, sicut
propter delictū,posset eum confinare in aliquo
loco, ne inde recedat. Sed in casu nostro, & in
materia nostra nō est delictum, sed solus timor
rixæ,& armorum,secundùm Ias.vbi suprà, quā
uis Alexan. ibi alleget.d.l.fina.ad materiam no
stram.¶Ratio dictorum potest esse,licet Ias.nō
20 dicat: quia scandalis † iudex prouidere, & oc-
currere debet.vt in.l.æquissimum. ff. de vsufru.
& tenet Abb.in.c.licet.de probatio.col.15.nu.
36.in fine. Et ibi tenet Anto. Franc. in additio.
21 ꝙ iudex debet semper prouidere †,ne partes ve
niant ad arma:quia eius officium est partes con
cordare,si sint discordes.vid.Bart.in.l. de die.ff.
qui satisda.cogan.& in.l.obseruandum.ff.de iu-
dic.per Alexand.in.l.athletas. §.Item si quis. ff.
de his,qui not.infami.vi.glos.in ca.1. de mutuis
peti.quod dicit Alex.verum in additio. ad Bar.
in.d.l.si vsusfructus.§.sed si inter duos.ff.de vsu-
22 fructu.& ibi Angel. in ciuilibus,† secus in crimi
nalibus, quia in eis non debet iudex studere ad
reconciliationem.vt per Baldum in.l.cùm affir-
mes.C.de liber.caus.& in.l.transigere.C.de tran
sact.nu.13.col.3.¶Quinimo si iudex in crimi-
nalibus ante punitionem delicti, & ante solutio
nem pœnæ cogit offensum ad pacem cum de-
linquente, tenetur in syndicat.secundū Bald. in
d.l.cum affirmes.& tenet Amod. Iusti. in tract.
syndi.in parte. Item in eo ꝙ plures innocentes.
col.6.vers.Itē tenetur.& idem Bald.in.l.1. ff.de
offi.præf.vrb.& in cap.1.de pace tenē.glo.in.c.
per venerabilem. de ele.& Bart. in.l.ambitiosa.
ff.de decretis ab ordi.facien. Notat Bart. in. d.l.
quos prohibet.ff.de postulan.dicens, ꝙ pax nō
potest fieri per iniuriatum ante condēnationē.
allegant glo.singu.in.l.2.ff.ad Sillania. & quod
notat Bald.in.l.ex stipulatione.C. de senten. &
in.l.1.§.quies. ff.de offic.præfe. vrb. & Ioannes
Andre.in additio.ad Specula.in titu.de pignor.
§.sequitur.versi.ꝙ si timeo.Sed intelligo Bar. in
d.l.quos prohibet,scilicet, ꝙ pax non potest fie
ri ante condēnationem,est verum per compul-
sionem iudicis,secus ex volūtate partis.vt text.
in.l.22.titu.1.par.7.& tex.& ibi docto.in.l.tran
sigere.C.de transac. Quæ pax potest fieri etiam
post

post latam sententiam. vt Bartol. in.l. quid ergo.§.pœna grauior.ff.de his,qui notan. infa.numero.7.Per quod.d.Bartol.extenditur.d.l.parti.quæ dicit, quòd debet fieri ante sententiam: & sic quòd non solùm ante sententiam, verum etiam post sententiam potest fieri. quod nota. & idem tenet Alexā.in.l.iurisgentium.§.si paciscar.ff,de pactis.numero.1.si renuntiat sentētiæ pro se latæ. per gloss. in.l. si diuersa. C. de transact.& ibi quoque Alexan.nume.3.& vide Bal. singula.in capitul.nisi specialis. de officio delegati.numero.1.vbi ait, quòd ne offensus patiatur damnū in re sua, potest remittere pœnam sententialiter impositam ad ipsius querelam, ne proprium suum perdat.quod dicit notandū per text. vnicum in.l. qui pœnæ. ff. de manumissi.¶Quoq; intellige,quod post condemnationem, & solutionem pœnæ potest iudex co-
23 gere ad pacem, quando † respublica inquietaretur,& inimicitia eorum esset scandalosa in republica,quia tunc ad pacem potest compellere.vt in.l.si quis ingenuam.§.In ciuilibus. ff. de capti. tenet Bartol. & Paul. de Castro.in.l.furti.§. qui iussi.ff.de his,qui not.infa. & idem Paul. de Castro.in.l.quidam æstimauerunt.ff.si cer.pet. nu-
24 mero.6. vbi dicit ꝙ iudex † potest compellere partes ad compromittendū, quando videt per viam iudicij,vel sententiæ non posse bene sedari discordiā inter partes, & ꝙ sit oriturum inter eas scandalum, prout frequenter cōtingit. arg. in.d.l.æquissimū.aliàs secus. Et ita debet intelligi secundùm eum,quod tenet Bald.in.d.l.ex stipulatione. & ista opinio Paul. tenet Alex.in.d. l.quidam æstimauerunt.nume.4. & dicit, quòd eam amplectitur Bald.in.c.cùm ecclesia vulterrana.de electione.ad finē. licet Bal.in.d.l. ex stipulatione.expressè tenet, quòd iudex etiā propter timorem scandali non posset partes cogere ad concordiam.vide quæ dicam in.c.6. infrà. eod.in gloss.pobres.nume.25.¶In tantū iudex
25 debet occurrere scandalis, ꝙ si aliqui † contendunt de possessione,& vterq; properat ad occupandum, & verisimiliter posset veniri ad arma inter eos,possessio sequestrabitur, & mandabitur vtrique, ne accedat sine licentia iudicis: & si post interdictum iudicis accedit,punitur, & reuocabitur statim à possessione.vt tenet Bald.in l.edicto diui. C. de edicto diui Adri.tollē. col.1. numero.3. & est text.in dicta.l. æquissimum.§. sed si inter duos.aliàs est lex si vsusfructus.§.sed si inter duos.& sequitur illicò.l.æquissimum. & tenet Abb.idem quod Bald.in capitu. dilectus de sequestra. posse. & fru. licet de Bald. nullam mentionem faciat.nume.10.& 12. & Bald.in.l. fina.C.de ordi.cogni.faciunt cumulata per Feli. in capi. nihil cum scandalo.de præsumptionib. ¶Quod intelligitur verum secundùm Alexan. in additio.ad Barto.in.d.§. inter duos. Si neuter contendentium possideat: quia si vnus possideret,non possidenti inhiberetur possessio, & nō potest sequestrari.Bald.in.l.1.colum.prima.versicu.quædam est.C.de sequestra prohibi. & idē Bald.in.l.fina.C.de ordi.cogni.& in cap.2.colū. secunda.de vita & honesta.cleri. & in.l. ordinarij.C.de rei vendica.Quod refert,& sequitur Iaso.in.d.l.quidam æstimauerunt.colum.3. num. 4.vbi dicit hoc esse quotidianum: quia propter metum armorum non debet fieri sequestrum, nec recedi à tramite iuris, nisi quando dubium est de possessione: secus quando vnus possidet, alius non.& idem tenet Hippoly. de Marsil. in suá practi.crimina.§.pro complemento.fin.colum.nume.45. & idem tenet additio. Abb.in.c. examinata.de iudic.in additione,quæ est in nu. 13.colum.quarta.in parte,si iudex. vbi tenet,ꝙ iudex præcipiat non possidenti vt non molestet possidentem sub certa pœna.Item.tenet Petrus de Ferra.in sua practi.in forma libelli sequestri.colum.2.numer.6.versicu.sed circa. & vltra eos allego glo.in cap.accedens.el primero.vt lite non contesta.in parte, turbare.

SVMMARIVM.

1 *Alunatio dicitur cum vno tantùm.numer.10.*

2 *Stante statuto, quòd puniatur producens testes falsos,habet locum in producente vnum testem falsum.*

3 *Testator iubens bona sua distribui inter pauperes,possunt in vnum distribui.*

4 *Protestatio quæ debet fieri coram vicinis sufficit si fiat coram vno.*

5 *Appellatio quæ debet interponi coram honestis personis quando copia iudicis non potest haberi, sufficit si appellatio interponatur coram vna honesta persona.*

6 *Plurale ponitur pro singulari.*

7 *Pluralis locutio, an vno numero sit contenta.*

8 *Decedere non dicitur sine liberis, qui ex matrimonio vnicam filiam relinquit.*

9 *Medici quando plures requiruntur, si in loco nō possunt haberi,an sufficiat vnus.*

10 *Statutum disponens, quod accedens ad domum alterius cū hominibus armatis puniatur,an verificetur, si accesserit cum vno homine armato.*

Ninguno

d **Ninguno.** d Nota text. quod partialitas, & confedera-
1 tio† cũ vno solo cõtrahitur. idem tenet Bart. loquendo in adunatione in l. si rixa. 3. colum. ff. de Sicarijs. & in l. si criminis. C. de vi publica. vbi dicit, quòd formæ actio- num coaduna tæ debent intelligi, etiam si adunauit vnum, per l. 2. §. 3. ff. vi bono. rapto. quòd dicit menti tenendum. ¶Et facit quod tenet in d. §. 3. vbi dicit in simili, quòd stante statuto, quòd si quis produ-

ninguno d, **ni alguno**

2 xerit testes† falsos puniatur, quod habet locum in producente vnum falsum testem. Et vid. Alex. & Iaso. in l. Gallus. §. quid si is, ff. de liber. & posthu. 1. col. vbi idem tenent. & Albericus de Rosa. in 2. part. statu. quæst. 28. & ibi dicit quòd idem sit, si ad vnum actum probandum producat duodecim in eadem causa, non debet puniri pro quolibet, nisi pro vno, quia est vnum delictũ. Secus si in diuersis causis ad diuersa facta
3 probãda. ¶Item facit: quia si testator† iussit bona sua distribui inter pauperes per Titiũ, quòd Titius potest in vnum distribuere, licet in hoc contrarium tenet Bart. per ea, quæ habentur in l. 2. ff. de optione lega. & Alexan. in dicta. l. Gallus. §. quid si is. quia in expresso tenet Paulus de Castro in l. cùm quidam ff. de legat. 2. nume. 4. dicẽdo, quòd prima opinio est vera, & sic quod in vnum potest distribui, quando est facta electio cum discretione, & iusta causa, si bona non multùm valent, & ille multùm meretur, quia nobilis, & virtuosus, & cum illis bonis potest ascendere ad magnum gradum, & sic relinquitur arbitrio superioris, vt episcopi. ¶Facit ad idem, quod tenent Bartol. Alexã. & docto. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. ff. de noui operis nuntiat. maximè ibi Alex. in fine, vbi ait, ꝙ
4 quando timetur de prætore†, de denuntiatione, debet protestari coram vicinis, & sufficit ꝓbari per testes, quòd coram vno tantùm vicino facta fuit protestatio. secundùm Specu. in titul. de primo. & 2. decreto. §. iam de effectu. versic. quid si nunc sufficeret. Lapus allegat. 38. aliàs 40. vbi ad hoc allegat. l. vt perfectius. cum gloss. in versicu. tabularum. C. de annali except. & ca. vt circa. de electio. in 6. & Romanus ibi in dicto §. si quis ipsi prætori. dicit, quòd alibi non reperitur tactum, & quòd omnes scribentes ita volũt maximè Antoni. de Butri. in capitul. pastoralis. §. præterea. de offic. delegat. & idem tenet Imol. in capitul. fina. de appellat. ¶Vbi quoque tenet
5 Imol. quòd appellatio †, quæ debet interponi coram honestis personis, quando non potest haberi copia iudicis qui sententiam tulit, sufficit si appellatio interponatur coram vna honesta persona, adhibitis tantum testibus. per text. in dicta. l. vt perfectius. & Abbas in dicto capit. pastoralis. §. primo. de offic. delegat. ¶Et sic, ꝙ
6 plurale† ponitur pro singulari. vt in l. Diuus. in fine. ff. de petitio. hæredi. & in l. secunda. §. exactis. ff. de origi. iuris. glo. in l. falga. ff. de condi. & demonstrat. & gloss. in princip. Institu. de iure persona. Et non solùm in materia fauorabili, verum etiam in pœnali, & sic odiosa plurale ponitur pro singulari. Bartol. in l. si quis alteri. per illum textum, cum glos. C. ad legem Iuliam maiestatis. quia licet omnes leges loquantur in plurali, & dicant, præcedentibus indicijs, tamen sufficit vnum indicium, & sic in materia odiosa plurale pro singulari ponitur. vt tenet Iaso. in dicta l. Gallus. §. quid si is. numer. 3. ¶Vbi dicit, quòd facit quod tenet Bald. in l. prima. notabi. C. de
7 conditio. insert. vbi pluralis† loquutio vno numero est contenta vbi infert Bald. quòd stante statuto, quòd si supersunt masculi, non succedat soror: quòd si extat vnus solus masculus, ille excludit sororem: quia naturalis ratio magis attenditur, quàm pluralis loquutio. ¶Item facit secundùm Bald. quòd stante lege, vel statuto.
8 quòd si mulier† decesserit sine liberis, vir lucretur dimidiam dotis: quòd non dicitur decedere sine liberis, quando vnicam filiam ex eo matrimonio relinquit. facit text. in l. non est sine liberis. ff. de verborum significatione. ¶Item facit, quòd si testator dicat, si decesserit sine liberis, quia sufficit decedere cum vno, vt est glos. in l. ex facto. §. primo. & ibi Barto. ff. ad Trebellia. & idem dicit Bald. in dicta. l. prima. C. de conditio. insertis. generalius, quòd extante statuto, ꝙ existentibus filijs masculis, filiæ fœminæ non succedant idem erit, si vnus masculus tantùm extabit: secundùm Alexand. & Iaso. in dicto. §. quid si is. ¶In simili vi. tu Abb. in capit. proposuisti. de probationib. numer. quarto. versicu. &
9 primo. vbi tenet, quòd licet plures periti† & medici requirantur in arte attestationis, si in eodem loco plures possunt haberi, sunt adhibendi, aliàs sufficit vnus solus. Bar. in l. prima. §. 1. de ventre inspicien. & in l. constitu. digestorum. per text. in authenti. de non alienandis. §. quod ait. column. secunda. versic. vt neque. & ille text. est multùm notabilis: quia probat hoc dictum. & idem tenet Paul. de Castro in l. qui luminibus. in fi. ff. de seruituti. vrba. prædi. & per Ange. in l. quòd si nolit. §. si mancipium. ff. de ædilitio edicto. *Et de materia ista & quis potest eligere hos medicos in casu vulneris & de pluribus.

bus.q.in materia vi.late Peregrin. in parte medicus.* ¶Sed contra nostrum text. tenet Ias. in d.§.quid si is.d.legis,gallus.nu.12.dicēdo,quòd si statutum disponat, ꝙ si aliquis accesserit ad domum alterius cum hominibus armatis, puniatur certa pœna. vt in.l.11.titulo.4.foro legum.lib.4.vbi ponitur pœna

nos regidores ni cavalleros, ni otras

congregantis gentē ad malum, quòd nō habet
10 locum, si accesserit cū † vno homine armato. secūdùm Bal.in.l.iubemus.§.sint autem per text. ibi.C.ad trebellia.& idem tenet Montal. ibi. in glo.illius.l.fori.quia non est eadē ratio. nā grauior est iniuria,quę fit à pluribus.& materia subiecta requirit pluritatem. vt. ff. de testam. in.l. vbi numerus. ¶Secus verò dicit, quando statutum vtitur nomine collectiuo, vt quia dicit, si quis accesserit cum familia vt in dicta.l. fori. & non habet nisi vnum in familia, tunc punitur: quia hoc nomen etiam in vno verificatur. vt in l.sint autem.& ibi Bal.C.ad trebellia: vbi Bald. dicit,quòd si statutum dicit,ꝙ si quis accesserit cum familia,habet locum in eo,qui cum vno accessit, cùm plures in familia non haberet. & sic intellige dictum Ias.vbi suprà.& sic dicta.l. fori verificetur in coadunante vnum solū.secūdùm Montal.ibi.& tenet iste tex.& facit tex. in. d.l. 2.§.sed si vnus.ff.vi bonorum rapto. ¶Et Alex. & Ias.in.d.l.gallus.§.qd si is.volunt concordare Bal.cū.d.§.sed si vnus.& dicūt idē, quod Montal.scilicet,ꝙ maior iniuria fit accedendo ad domū alicuius cum pluribus armatis,quàm si accedant cū vno.tex.est notabilis in. l. si plures serui.ff.de iniurijs.& ita procedit decisio Bal.in.d. l.iubemus.sed quantū ad dānū si quis violenter rapiat,putà centū,tantū dānum infert rapiē do cū vno homine,sicut si raperet cū mille hominibus.& ita loquitur.d.§.si vnus. ¶Sed quid dicemus de.l.1.tit.10.lib.4.in ord. regali: vbi dicit,quod nemo faciat adunationem assonatam nec congregationem gentiū sub pœna ibi posita: an si aliquis faciat istā assonatam,seu adunationem cū vno homine,puniatur pœna: de qua in.d.l.quod videtur per supradict. sed tu dic cōtra,per verbum,gens,positum in ea; quòd verbum verificatur in quatuor hominibus. vt Bar. in.d.l.1. ff. de probatio. quod nota ad intel.illius.l.fori.& dixi supra in.gl.*no se juntara.*

e Personas. e Quæ veniant appellatione personæ, dixi latè in.c. 1.in gloss. *de ninguna persona.* & sic quòd cum illis personis,& vniuersitatibus contrahitur adunatio,confœderatio,& partialitas: siue sint ecclesiasticæ religiosæ, vel cuiuscunque qualitatis,& etiam si fiat cum muliere,vt dixit Paul.de Castro in.l.1.§.ius gentium.in princi.ff.de iusti. & iur.& dixi in glo.1.istius.c.num.2.

S V M M A R I V M.

1 *Partialitas contrahitur etiam cum forensi, si ibi sæpe conuersatur.*

2 *Statutum ciuitatis habet locum in forensem, & contra eum, si ibi continuè conuersatur.*

3 *Contrahere non potest iudex cum forensibus, qui conuersantur in loco suæ iurisdictionis.*

4 *In conuersatione decennium requiritur.*

5 *Conuersatio, an faciat quem de foro.*

6 *Scholaris non efficitur incola alicuius loci ante decennium: & ideo de contractibus, & delictis alibi commissis non potest conueniri in loco studij.*

7 *Conuersatio, seu habitatio assidua, an sufficiat etiam si non sit decenalis.*

8 *Domicilium an dicatur quis contraxisse, quando vendidit bona, & possessiones, & contulit se in alium locum, in quo emit domum, & possessiones.*

9 *Domicilium, an constituatur per decennium.*

f Tales pueblos. f Idē crederē & tenerē, ꝙ in pœnam confœderationis, adunationis, seu partialitatis iudex incurrit, si eam habet non solùm cum subditis suæ iurisdictionis, verum
1 etiā cum forensi, † si ex eius adunatione, & partialitate aliquis damnum recipiat, si talis forensis erat homo, qui sæpe.& quasi continuè ibi cōuersabatur, vel vtebatur. Quia licèt sit verum, quòd forēsis dicatur ille, qui non est subditus, nec habitat in eadem ciuitate, nec habet ibi domicilium, vt Paul.de Cast.consi.193.col.vlti.& in consi.9.& Feli.in.c.quoniam.de offi.ordi. in princip.non habet locum in forensem, qui continue ibi conuersabatur, vel vtebatur: quia iste pro ciue,& subdito reputatur: & contra eum ex
2 tenduntur † statuta ciuitatis, & non potest allegare ignorantiam. tenet Gand. in tract. malefi. in tit.de rebus portan.contra deben.nu.7.in.fi. & Ias.in.l.cunctos populos.C.de summa.Tri.& f.de catholi.nu.67.cum sequentibus.& Hippol.

de Marſil.in l.fin.ff.de iuriſ.omnium iudi.nu. 81.in repetitio. ¶Et cum talibus forenſibus,
3 qui conuerſantur † in loco, iudex non poteſt contrahere:& ſi contrahit, contractus eſt nullus. vt tenet Alexand.in.l.principalibus.ff.ſi cert.petat.numer.4.verſic. quartò limita. &facit tex.iũcta gloſſa.ibi

personas: algunas d los tales pueblos, f

in.l.quiſquis.C.ſi certum peta.ibi, ſi in prouincia fuit verſatus.¶Sed quod tempus in iſta conuerſatione requiritur? Angel.in conſilio.27.di-
4 cit,quòd in iſta † conuerſatione requiritur decenium,loquendo quando quis dicatur contrahere incolatum.vbi dicit, quòd conſuetus con-
5 uerſari in ciuitate,talis conuerſationis † vſus nõ facit quem d foro,niſi vſus ſit aſsiduus, vt per. 10.annos continuos.ſecũdũ Cy.in.l.2.C.vbi ſenato.vel clariſsi.vbi hoc expreſsè dicit. Et facit quod notat Innocen.in.c.ex parte.de foro compe.& idem tenet Alex.in conſilio.165.in.6.volu.conſiliorum.nume.3.¶Tamen Bart.ibi in.l.2.C.vbi decrimi.agi opor.dicit,quòd licet tales non habeant ibi domicilium,ex conuerſatione aſsidua ſortiuntur ibi forum,& poſſunt ibi conueniri.Quod eſt conſiderandum:quia prædicti expreſſe dicunt, quòd aſsidua conuerſatio domicilium non inducit, ſed quòd facit quem ſortiri forum.ita Bart.vbi ſuprà,& Feli.in cap.dilectus.de reſcrip.col.6.verſi.ad domicilium ſortiendum.vbi dicit, quòd cautus debet eſſe ille, qui fundat ſe in aſsidua conuerſatione,vt deducat dictũ tempus.10.annorum.Idẽ tenet Bald. in.l.1.verſic.quarto quæro.C.vbi de crimi.agi opor.dicens poſt Iacob. Butri. quòd ſcholaris
6 † nõ efficitur incola alicuius loci ante decẽniũ: quia quotidie videt eſſe in via,donec eſt in ſtudio:& ideo de cõtractibus, vel delictis cõmiſsis alibi non poteſt conueniri in loco ſtudij.¶Sed ſecundùm Felin.vbi ſuprà, eſt aduertendum, quia multi tenent ſufficere conuerſationem aſ-
7 † ſiduam,etiam non decennalem. ita Innocen. in.c.dilecti.de foro compe.& Salyce.in dicta.l. Senatores.& in dicta.l.2.C.vbi de crimi.agi opor.& Card.in cap.ex parte.de foro cõpe.dummodo ex coniecturis non appareat eum de loco receſſurum.& ibi Abb.latè col.ſecunda. dummodo etiam habeat certam partem fortunarũ ſuarum in illo loco.per illum text. videtur tamen Abb.ibi requirere ad finem, vt quis dicatur ſortiri ibi domiciliũ.Sed ad finem, vt poſsit ibi conueniri,videtur velle, quòd ſufficiat aſsidua conuerſatio. Et pro iſta parte vide latè vltra omnes Maria.in cap.fina.de foro compete. colu.16.vbi vltra alios conſiderat.quòd non reperitur tex.qui dicat, quòd requiratur habitatio decẽnalis.Nec obſtat.l.2.C.de incolis.quia reſpondetur,quòd iura loquẽtia de habitatione intelliguntur,quando quis efficitur per eã incola vt in dict.l.2.C.vbi ſenato.vel clari.& notãt Innocen.in dict.cap.ex parte. ſecundùm Feli. vbi ſuprà, vbi dicit, quòd ex dictis Mariani licet multa ſcribat.tres caſus ordinat. ¶Primus, quando ſola habitatio non habet aliam cauſam aut actum adiunctum ſignificatiuum aſſumpti vel non aſſumpti domicilij,& hoc caſu ſit arbitrarium, vt arbitretur iudex ipſam habitationẽ & moram. ¶Et ſic ſit in iſto caſu iſtius capitu. quod ſit arbitrarium,vt ex iſta cõuerſatione domicilij poſsit partialitas notari,ſi fortè nulla alia cauſa adeſt conſtituti domicilij, nõ debet arbitrari domicilium conſtitutum minori tempore decennij. per text. iuncta gloſſa.in.l.eſt verum. C.de incolis.lib.decimo. Et facit quod de decurione notat gloſſ.in.l.1.C.de ſeruis fugiti.Ita dicit ſenſiſſe Abb.in cap.fin.de parochijs. dum dicit,quòd ſi habitans non emit ibi poſſeſsionem, ſed ſtat ibi in ſuſpenſo, tempus erit arbitrarium.¶Secũdus caſus eſt, quando habitatio habet admiſta aliqua ſignificatiua domicilij:
8 quia in loco vbi prius habebat † domicilium, vendidit domum,& poſſeſsiones,& contulit ſe ad alium locum,in quo emit domum & poſſeſſiones,dicitur ibi conſtituiſſe domiciliũ. vt per Hoſti.& Abb.in.d.cap.fi. & hoc modo intelligitur dicta.l.ſecũda.C.vbi ſenato.vel clari.cum alijs præallega. Et concludit latè Marian.contra Abb.in dict.cap.ex parte, quòd habitus totius patrimonij, vel maioris partis, non conſtituit domicilium,quia requiritur animus, qui cognoſcitur per habitationem. Et dicit Abb. in.d.cap.fin.quòd vbi immediatè quis declarat animum ſuum,quòd vult ibi habere domiciliũ, dicitur tunc habere ſine alia exceptione temporis. ¶Tertius caſus eſt, quando quis habi-
9 tauit decennio, † quia videtur habere animum perpetuò ſtandi, & præſumitur ibi conſtituiſſe domicilium,etiam ſi prius nõ oſtenderit alia ſigna domicilij acquirẽdi, putà, ſi ſtetit ſimpliciter conducendo domum.ita loquitur text.cũ glo.in.d.l.2.C.de incolis.lib.10.& ita intelligitur quod notat Ioan. Andre.& Abb.in procemio decretali.per.l.cùm de in rem verſo.ff.de vſuri.& gloſſ.Bart.& Angel.in.l.lex Cornelia. §.domum.ff.de iniurijs. Speculator.in titul.de compe.iudi.aditio.§.1.verſic.45.& verſicu.51. ¶Sed hunc tertium caſum limita tripliciter ſecundum

cundùm Felin.vbi suprà in dict.capit. dilectus. de rescrip. ¶Primò dummodo decennium sit continuatum,secus si interpolatum.allegat Angel.in dict.§.domum.Sed Ioann.de Plate. in.l. nec ipsi.C.de incolis.lib.10.num.2.dicit,quòd si statuto caue tur, quòd quicunque habita

saluo q̃ ygualmẽte[g]

uerit per decennium sit ciuis,requiritur ad hoc quòd sit ciuis, quod habitauerit maiori parte temporis secundum Iacobum de Aretio. & Bartol.in dicta.l. cùm delationis. §. sabinus. ff. de fundo instructo. ¶Secundo limita, nisi sit præsumptio, quòd etiam habitans decennio non intendat ibi cõtrahere domicilium.Exemplificat in scholari, qui stetit in studio decennio, & fortè studuit primo in vna facultate, & modò in alia, vel fortè detentus alia extrinseca occupatione non potuit studium complere,& continuè cogitat de repatriando:quia iste domicilium non sortitur per decennium. Et idem potest secundum eum exemplificari in quocunque alio ostendente per exteriora signa,quòd non intendit domicilium sortiri. vt late per Felin.vbi suprà.quem vide. Et quod per decennium habitando quis, dicatur vicinus, text.est in.l.23.titulo.2. lib.7. in ordi. regali. & text.in.l.32.titulo.2.partit.3.& text.in.l. 2. titulo.24.partit.4.

SVMMARIVM.

1 *AEqualitas in iudicijs etiam arbitrarijs, & in alijs actibus extraiudicialibus est seruanda.*

2 *Priuilegium competens vni litigatorum, extenditur ad alterum.*

3 *Inter litigatores debet esse æqualitas.*

4 *Priuilegium personale egreditur personam, & transit ad aduersarium.*

5 *Dilatio vni data,prodest alteri.*

6 *AEqualitas inter socios est seruanda.*

Contrahentes cum minore,obligantur, licet ipse non obligetur.

7 *Aequalitas seruatur in quasi contractibus, & in vltimis voluntatibus, & in collationibus, & inter dotem & donationem, & in muneribus subeundis.*

8 *Casus, in quibus ratione æqualitatis priuilegium personale egreditur de persona.*

9 *Accessoriæ, quæ dantur iudicibus illiteratis & non salariatis ad proferendam sententiam de consilio peritorum, debent solui per vtrunque litigatorum, vt æqualitas seruetur.*

Quid in expensis notariorum.

10 *Iudex, vel notarius, qui vni parti remisit expensas,an teneatur remittere alteri, vt æqualitas seruetur.*

g **Ygualmente.** g Idẽ tenet Speculator in tit. de dilatio.§.4.versicu.sed nunquid terminum. nu.
1 13.vbi ait,quòd æqualitas† in iudicijs est seruãda.Et facit tex.in.l.qualem.ff.de arbitris.&.l.in sacris.C.de proximi.sacro.scrini.§.quoniã. lib. 12.& glo.in.l.fi.in fine.C.de re milit.libr. 12.in parte,forma.¶Et non solum in iudicijs,sed etiã in arbitris, & in alijs actibus extraiudicialibus, & arbitraria contingentibus.vt.ff. de arbitris.l. si de meis.circa principium.&.l.pedius.§.in seruum. &.l. cùm dies. §.penulti. ff. de vulgari. & pupilla.substitu.&.l.hoc iure. &.l. Lucius.eod. titu.& in.l.ratas. C. de rescinden. vendi. & in.l. in testamento.ff.de testamen.mili.& in.l.hæreditatem. de impuber.& ali.substitu. & Barto.& Plat.in dict.l.in sacris. §. fina. ¶Et dicit Dynus in regula. in iudicijs. de regul.iur. in 6. quòd in tãtum debet obseruari in iudicijs, quòd si vnus
2 litigatorum† sit priuilegiatus,& alter non,priuilegium vni competens,extendi debet ad alterũ.vt in.l.fina.C.de fructi. & liti. expens. & per dictã.l.in sacris.Sed dicit Dynus, quod hoc est falsum:quia priuilegiũ vni concessum, ad aliud extendi non debet.vt Institu.de iure natura. §. sed quod principi.nisi saluetur, quod habeat locum in priuilegijs concessis vel pertinentibus ad litis executionem.vt in dict.l.fin. de fructib. & litis expens. Vel potest dici, vt ibi per eum. Aut priuilegiũ continet ius iniquum,vt quia in alterius læsionẽ concessum,& si fuit concessum ad postulationẽ,debet vti impetrans eodẽ iure: sed si sine postulatione, tunc non cõpellitur eodem iure vti.vt in.l.1.ff.quod quisque iuri.sed si non continet ius iniquũ,sed fauorem illius, cui conceditur,& aliquam iuris communis relaxationem, siue ad postulationem eius concedatur,siue non concedatur,prodest impetranti tãtum.vt in.d.§.sed quod principi &prodest non solum impetranti,sed etiam cum litiganti occasione controuersiæ quæ inter eos versatur, esset inæqualitas vitanda,& tunc videtur eum cõ

 tinge-

tingere.& ita loquitur.l.fin.de fructi.& litis expens.&.l.in sacris.&.l.vnicuique.eod.tit.secundum Dy.vbi suprà.¶Ex quo dicit Bart.ibi in.d.l.in sacris.in fine.& Plat in.d.§.fi. quod inter li-
3 tigatores debet esse æqualitas, † vt quantum vnus soluit pro sportulis,tantum soluat alter,& non plus:& si vnus ex speciali priuilegio nil soluet, etiam vnus aduersarius nil soluet, quantũcunq; succubuit, & aduersario sit in expensis condemnatus.vt est casus in.d.l.fina.Et idem tenet Christopho.Por.Institu.quibus aliena.licet vel non .in.fi.dicendo, quod si aliquis ex priuilegio habet quod non teneatur iudici delegato soluere nisi mediam partem salarij eius,quod alter soluere tenetur, hoc priuilegium attribuitur aduersario cũ quo litigat, vt dicta æqualitas in iudicio inter litigatores seruetur.¶Et sic est ca-
4 sus,in quo priuilegiũ personale † egreditur per sonam,& trãsit ad aduersarium ratione iudiciariæ æqualitatis seruandæ.¶Sic est in dilatione:
5 quia dilatio vni data,† prodest alteri.l.petendi. C.de tempo.in integr.resti. ¶Similiter in arbitris,vt dixi:quia se habent ad instar iudiciorum
6 vt in.l.1.ff.de arbitris.¶Et inter socios:† vt in.l. si socius pro filia.ff pro socio. licet quandoque claudicet pactum, siue contractus, quando est iusta causa claudicãdi,vt est fauore pupilli,quia contrahendo sine authoritate tutoris,non obligatur,sed contrahens secum,bene obligatur.vt in.l.nihil.§.penul.ff. de actio. empti. & Institu. de autho.tuto.in princip.& vide Alexa.in.l.videamus.ff.de iur.iura.nu.8.vbi idẽ tenet s. ꝙ licet contractus factus per minorẽ sit nullus, est verũ,quando est cõtra se,secus si est in suũ fauorẽ.gl.in.l.1.§.fuit quæsitum.ff. ad trebelli. & in l.7.tit.11.for.legũ.lib.1.&facit.l.11.ti.22.par.3 tex.in.l.nõ ideo minus.C.de procu.in.fi.glo.in l.si tutor.C.in quibus caus.resti. in integrũ non est neces.Saly.in.l.non vtiliter.C.de eo,qui pro tuto.se gessit,& Cy.in.d.l. si tuto. Et facit quod tenet Bart.in.l.1.ff.de tutelis & ratio.distra.nu.5.vbi si contractus est nullus fauore alicuius ille potest dicere contractum valere.vt in.l.si res. §.1.ff.de iur.dot.& vi.Innoc.in.c.accedens. de procur.in fine.vbi allegat.d.l.non eo minus.est gl.singula.in.l.2.ff.de acceptila.& ibi Angel. & cõs.316.&Bal.in.l.cõtra iuris.ff.de pactis.Barb. cõsi.58.in.2.volu.in fine.licet Bal.in.d.l.contra iuris.ff.de pactis.dicat,ꝙ valeat actum fauorabile in fauorem minoris sine curatore, si non opponatur.&Feli.in.c.1.de accusa.nu.6.sed hoc intelligo,si actus est in fieri,& nondum est perfectus.Secus est si est perfectus,quia tunc valet,& tenet,licet à parte opponatur, si est in fauorem minoris.vt in iuribus supradictis. * Et idem tenet Ioan.Bosque.in tractat.de legitimis nuptijs lib.6.nu.49.tomo.10.tracta.fol.64.ꝙ si minor vel mulier non volunt rescindere contractum, alia pars non potest,& sic claudicatur & vi.Fel. in.c.cum causa.de re.iud.num.25.& late Alex. in additio.ad Bart.in.l.cum lex.ff. de fideiusso. in additione.fin.& loquendo in ecclesia vi.Bal. in.d.l.contra iuris.ff. de pact. vbi idem tenet ꝙ ecclesia potest facere contractum sibi fauorabilem absque solennitate legali seu canonica,non tamen potest se obligare.& vi.Abb.in.c.diuersis fallacijs.de cleric.coniuga.nu.4.& glo.in.ca. 1.ne sede vacante,&singulariter per Inno.in.c. 1.de his qui fiunt à prela.&Bar.in cõs.159.col.
7 2.in.fi.cum seq.*¶Item in quasi cõtractibus † seruatur æqualitas. vt in.l.fin. ff. de nego. gest. ¶Et in vltimis voluntatibus,& in substitutionibus in dubio seruatur.vt in. d. l. in testamento. ¶Et in collationibus.l.illud.§,ad hæc.C. de colla.¶Item inter dotem & donationem seruatur æqualitas.vt in authẽ.æquali.C.de pactis cõuẽ. ¶Item in muneribus subeundis, & solutionibꝰ tributorum seruatur æqualitas. C. de anno. & tribu.lib.10.prout tenet dictus Ioan.de Plat. in d.l.in sacris.¶Attamẽ licet Plat.dicat, quod illi
8 sunt casus,in quibus ratione † æqualitatis priuilegiũ personale egreditur de persona, Ange. de Aretio.in.d.§.sed quod principi.nume.2.ponit alios.¶Et primum dicit,quòd si est priuilegium concessum propter naturalẽ & sufficientem rationem,vt in beneficio restitutionis in integrũ concesso minori propter læsionem,ꝙ transit ad heredes.vt in.l.interdũ.ff.de mino.¶Secundus est in priuilegio concesso marito ne conueniatur nisi inquantum facere potest, quod transit ad hæredem,idest,ad cõmunem filium eiusdem matrimonij.vt.in.l.etiã.in princi.& ibi doct. ff. solut.matri.¶Tertius in priuilegio prælationis dotis concesso mulieri, quod transit ad heredẽ ratione æqualitatis,idest ad filiũ mulieris eiusdem matrimonij.vt in.l.assiduis.§.exceptis. C. qui potio. in pig.habean.¶Quartus,quãdo de hæredibus in plurali est facta mentio,quia tunc etiam transit ad hæredem hæredis.vt in.l.sciendũ. ff. de verbor. signification. Sed si de hærede in singulari fuit facta mentio,tunc non transit nisi ad primum hæredem,si est talis res,quæ de sui natura non transit ad hæredem.vt in.l.antiquitas.C.de vsufructu.¶Quintus,quando priuilegium conceditur ciuitati,vel loco,quia semper idem est locus,licet personæ renouentur.vt in.l.proponebatur. ff.de iudicijs.& vide quæ dicam infrà,in capitulo.29.in glossa, *los priuilegios.*

¶Sextus,

¶Sextus, si concedatur posteris, quia transit ad successores, non tamen ex fœmininis: vt in.l. prima, in fine. ff. de iure immunita. ¶Septimus est, si priuilegium concedatur rei, quia ad quoscunque transit res, transiret priuilegium. gl. in.l. sordidorũ. C. de exacto. tribu. lib. 10. Quæ omnia sunt de mente Barto. in.l. 1. ff. de constitu. princip. & Bart. Angel. & Imol. in.l. quia personale. ff. solut. matrim. ¶Et idem ego dicerem in ac-
9 cessorijs, † quę dantur iudicibus illiteratis non salariatis, vt cum consilio peritorum proferant sententiam, quæ debent solui per vtrunque litigatorem. vt tenet Lud. de Ponta. in d.l. in sacris. col. 3. versicu. secundò quærit. per cap. statutũ. §. assessorem. de rescrip. in. 6. & Paul. de Castro in.l. fina. ff. de assesso. & Abb. in cap. sciscitatus. de rescript. numero. 15. & dixi suprà in cap. 1. in gloss. *y el derecho a las partes*. versicul. an si de consilio sapientis. in fine. ¶Et facit quod tenet Bald. in.l. prætor. §. sed ibi. ff. de edendo. vbi ait, quòd si iudex mittit notarium ad aliquem locum pro examinandis testibus, quòd debet mittere expensis petentis: si autem mittitur ex mero officio, tunc mittet expensis vtriusque partis. & sic tenet, quod consilium est petendum expensis petentis. vt Bald. ibi, in additione. nu-
10 mero. 2. ¶Sed si iudex, vel tabellio, qui † sportulas recipere debet gratis, remiserit vni parti, an teneatur remittere alteri, vt æqualitas seruetur, quod videtur per supradicta. & in authentic. sed cum testator. C. ad. l. falcidi. Tamen contrarium est verius: quia nemo tenetur esse liberalis vltra quàm velit. vt in.l. tutori. C. de negoti. gestis. secundùm Bald. in dicta. l. fina. C. de fru. & litis expens. numero. 9. Nec obstat dicta authen. quia ibi non est liberalitas, sed fidei meritum, & honor exhibitæ fidei. vt in authenti. de hæredi. & falci. §. si verò. col. 1. & in.l. patrem. ff. quæ in frau. credi.

SVMMARIVM.

1 *Iustitiæ definitio.*
2 *Iudex debet esse iustus, & nulli vitio subiacere: & debet esse fortis, potens, & constans, & debet habere in se alia, vt hic.*
3 *Iudicandi authoritas est quædam potestas delegata hominibus à Deo, de qua rationem sunt reddituri secundum qualitatem eorum.*
4 *Exemplum de quodam gentili, qui iustitiam fecit omni tempore.*
5 *Iudex non faciens iustitiam, Deo tenetur.*
6 *Iudex iustitiam non faciens, parti tenetur.*
7 *Iudex tenetur parti, si probationes, & defensiones non admittit.*
8 *Iudex negligens in accusatione, vel querela recipienda, & in testibus examinandis super ea, facit litem suam. Fallit vt hic.*
9 *Iudex si non admittit probationes, & defensiones, & instrumenta, tenetur.*
10 *Iudex tenetur, si non fecit restitui furtum.*
11 *Iudex tenetur, si non exigit condemnationem communis.*
12 *Iudex tenetur, si noluit audire partes.*
13 *Iudex tenetur, si per dolum notabilem omittit interrogare testem.*
14 *Iudex omittens condemnare victum in expensis, quando fuerunt petitæ à parte, tenetur.*
15 *Iudex tenetur, quando non diffiniuit causam ciuilem, infrà tempus à statuto præfixum.*
Iudex negligens in ferendo sententiam, ad finem, vt partes se concordent in foro conscientiæ, parti tenetur.
16 *Iudex tenetur, si processum criminalem non expediuit infrà tempus statuti, & successori reliquit.*
17 *Iudex, an teneatur, si de maleficio non inquirit.*
18 *In magistratu præsumitur ignorantia, nisi scientia probetur.*
19 *Iudices, & rectores possunt aliquos retinere, vt socios, vel mandatores manifestent.*
20 *Iudices debent esse vigiles in iustitia facienda, quòd nunquam ad superiorem citius perueniat culpa delinquentium, quàm vindicta.*

h **En justicia.** h Quæ est omnis virtus secundum Phi-
1 los. ethicorum. † & est constans & perpetua voluntas ius suum vnicuique tribuens. Institu. de iustitia & iur. in principi. & in.l. 1. ff. eo. quę non potest habere locum, vbi deficit fides. vt Specula. in tit. de summa Trinita. & fide catholi. in
2 principi. Et sit iudex † in se iustus, vt nulli subiaceat vitio graui. Et fortis, potens, & constans in exhibẽdo quod debet. Nec vereatur magnitudinẽ cuiuscũq;: quia nõ est qui resistat maie-

ſtati ſuæ. Eſther. 9. & ideo dicitur Eccleſiaſt. 7. Noli velle fieri iudex, ſi non vales virtute, ideſt fortitudine irrũpere iniquitates malorũ. Et ad hoc tẽdit illud vulgatũ. Non vultum pauperis, nec honores põtẽtis cõſiderari debere ſed quod iuſtum, & honeſtum videtur tribui vnicuique quod ſuum eſt, nec

tengã a todos en juſticia[h] quãto a ellos

alterũ lædere: quæ duo ſunt iuſtitię partes. vt in §. iuris pręcepta. Inſt. de iuſt. & iur. & tenet Marcus Mãtu. in tract. de fauoribus pupillorũ. prima parte: col. fi. tom. 18. tract. fol. 95. ¶ Et debet eſſe patiens in ſufferendo, & tranquillus in diſcutiendo, & finiendo, & rigidus in minas inferendo: quia ſic Deus iudex minatur peccatoribus per prophetas. vnde dicit. Niſi conuerſi fueritis ad Deum, gladium ſuum vibrauit ſuæ vltionis, comminando. Et debet eſſe æquus in diſcernendo, & maturus in diſcurrendo. vt ponit Archiepiſc. Floren. in tertia parte. titu. 9. cap. 1. in princi. vbi quoque tenet, quòd qui iuſtè iudicat, bonũ opus facit. & ſecundũ eum remunerabitur: quia opus excellens & laborioſum valde bene peregit, & magno premio coronabitur: q̃a iudex dicitur quaſi ius dictat populo, ſiue ꝙ iure diſceptat. Iure aũt diſceptare, eſt iuſtè iudicare. vt in ca. iuſtũ. 23. q. 2. & Leui. 19. Iuſtè iudica ꝓximo tuo. Et niſi ſufficienter probatũ fuerit, nullus debet condemnari, niſi confeſſus, vel cõuictus. Et hæc omnia acta per iudices, põt dici pro eis, Beati, qui cuſtodiunt iudiciũ, & faciunt iuſtitiam omni tẽpore. Pſal. 105. ſecundũ Florẽ. vbi ſuprà. ¶ Et quia actus iudicij, & authoritas
3 † iudicandi eſt quędã poteſtas delegata, ſeu collata hominibus à Deo, qui in hoc tenent locũ, & vices Dei in iudicãdo in quãtũ poſſunt debẽt eum imitari. Vndè dicitur Deuter. 1. Quod iuſtum eſt iudicate. Dei enim eſt iudicium. Nã & de ſuis iudicijs ipſi iudici Deo rationẽ ſunt reddituri, & ſecundum qualitatẽ eorũ gloriam, vel pœnã recepturi. vt tenet latè Archi. Flo. vbi ſu-
4 prà. ¶ Vbi refert de quodã pagano iudice, † qui fuerat iuſtiſsimus in iudicando, cauens ſibi ab omni iniuſtitia: qui quanuis mortuus fuerit in infidelitate, tñ præſeruatus fuit per longiſsima tempora à condẽnatione infernali. ¶ Demum quodam fodiente in agro ſuo ad puteum, vel aliud faciendum, audita eſt vox, leuiter percute, ne me lædas: quo interrogante quis eſſet, reſpõdit ſe fuiſſe gentilẽ, & iudicẽ, & propter iuſtitiã ſuam à Deo præſeruatũ quouſque baptiſmum reciperet, rogans eum, vt pro epiſcopo mitteret vel iret, vt baptiſmũ ei conferret: quo facto, ſubitò in cinerem diſſolueretur: caluaria eius integra erat, & lingua in ea viuens, & recens, & loquens. Quibus omnibus peractis, & corã ipſo clero, & populo per ipſum declaratis, baptiſmo recepto, in cinerem eſt reſolutus, ad beatitudinem anima eius nulli dubium tendente. Beati ergo, qui cuſtodiunt iudicium, & faciunt iuſtitiã omni tẽpore, & ſine acceptione perſonarũ. vt late Dyn. in dicta regul. in iudicijs. & in capi.
5 nouit. de iudi. quia alias teneretur, vt † dictus Archie. Florenti. vbi ſuprà allegando Sapięn. 6. dicendo, Diſcite iudices finium terræ præbere aures vos, qui cõtinetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationum: quoniam data eſt à domino poteſtas vobis, & virtus ab altiſsimo, qui interrogabit opera veſtra, & cogitationes ſcrũtabitur: quoniam cùm eſſetis miniſtri regni illius nõ rectè iudicaſtis, nec cuſtodiſtis legẽ iuſtitiæ, nec ſecundũ volũtatem Dei ambulaſtis. Horrende & citò apparebit vobis: quoniam iudiciũ duriſsimũ fiet his, qui præſunt, ideſt damnatio, & punitio grauiſsima iudicibus malè iudicãtibus, & iniuſtè. ¶ Et non ſolùm Deo, verum
6 etiã parti læſæ tenetur. † vt dixi in cap. 1. in glo. *y derechamente.* & in gl. *el derecho a las partes.* in ver. & ideo ſi iudex. ¶ Et vltra ibi dicta dic, ꝙ quo-
7 que iudex † tenetur, ſi non admittit probationes, & defenſiones, quia non facit iuſtitiã: dum tamen pars probetur in ſyndicatu, ꝙ produxit teſtes probantes intentionem ſuam, & noluit examinare, aliàs non tenetur. Quod eſt menti tenendum ſecundum Amodeum Iuſt. in dicto tractatu ſyndic. in parte, an & quando officialis teneatur de negligẽtia. ver. 2. ¶ Ex quo ſecũdũ
8 eum ibi infertur, quòd ſi poteſtas, † vel iudex negligat recipere accuſationem, denuntiationem, vel querelam ſibi porrectã: vel ſi recipiat, & noluit examinare teſtes ſibi productos, facit litem ſuam, & tenetur in ſyndicatu: dum tamen pars probet in ſyndicatu, quòd produxit teſtes probantes intentionẽ ſuam, & iudex noluit examinare: & quod intereſt ſua teſtes fuiſſe examinatos in tanta quantitate. vt in. l. ſi quando. C. de teſtibus, aliàs iudex non teneretur ſecundum Bald. in. l. dãni. §. ſabini. ff. de damno infecto. & in. l. in pecuniarijs. ff. dę ferijs. allegat. l. qui commeatus. ff. de re militari. ¶ Sed hoc fallit, quando querelatur ſeu queritur de vxore, filijs, vel cæteris, quos ſecũ iudex habet: quia quando tales cõueniũtur, poteſt iudex nõ admittere querelantẽ, & dicere, vade ad aliũ iudicem. text. eſt in. l. lex Cornelia. ff. de iniuri. in princi. & tenet in. l. qui iuriſdictioni. ff. de iuri. omni. iudi. in. fi.

¶ Simili

¶Similiter tenetur, si non admittit alias defen
9 siones,† vel probationes per instrumenta. secũ
dùm Bal.in.l.præscriptione.C.si contra ius vel
vtil.publi.¶Idẽ secundùm eundẽ Amod. Iust.
10 tenetur,† si non fecit restituĩ furtũ, vel dãnum
passo, cum possit, & tenetur in solidum quia
præsumitur esse in dolo, vel lata culpa, quæ do
lo cõparatur secũdùm Bal.in.d.l.mancipia. C.
de seru.fugi.vbi dicit. quòd vidit quendam iu-
dicem condẽnari, quia attulit accusatione sibi
porrectam ad cameram, & noluit super ea pro
11 cedere.¶Item tenetur, si non exigit † condem
nationes,& alia debita communis. vt in l.1.C.
de mutile.lib.12.& in.l.fin.C.vt in posse.lega.
maxime si debitores ipsius cõmunis facti sunt
non soluendo.l.lucius.§.fi.de fideiuss.& eo ca-
su debet de suo salario tãtundem retineri.l.iudi
cis.C.de anno.& tribu.lib.10.¶Poterit tamen
ab his, pro quibus soluit, repetere. secundùm
Bar.in.d.l.missi opinatores.C.de exa.trib. lib.
12 10.Item tenetur, si noluit † audire partes.Bal.in
rub.C.de pœna iud.qui male iudi.l.argẽtarius:
§.cùm autem.ff.de edendo. ¶Item si per dolũ,
13 vel notabilem † negligentiam omittat interro
gare testem de causa sciẽtiæ.per tex.in.l. si quã
do.C.de testibus.¶Item si omittit cõdemnare
14† victum in expensis, quando fuerunt petitæ à
parte gl.singula.in.c.fi.de rescrip. aliàs nõ tene
tur, si nõ fuerunt petitæ.vt in.l. properandum.
§.sint autẽ alteterutra.C.de iudicijs. Tamẽ si vult
potest condemnare in expensis, licet non sint
petitæ à parte, cum hoc emergat post litem cõ
testatam,& sic ad eius officium spectet. tenet
Io.de Plat.in.l.2.C.de decurionibus.li.10.in fi
ne:& si nõ condemnat, nõ recuperat ab eo, qui
debuit condemnari: quia lata sentẽtia super ex
pensis, officium expirat: quia soluit potius pœ
nam sui quasi delicti, quàm verum debitũ, ideo
nõ potest recuperare secundùm Ang. & Io.de
Imol.in.l. si quis dolo.ff.de re iudi. Bal.in.l.san
cimus.C.de iudi.licet Specul. teneat contrariũ
in ti.de expensis. §. postremò. ¶Itẽ tenetur, si
15 non diffinuit † causam ciuilem infrà tempus à
statuto præfixum.vt in authentica de quæsto.
§.super hoc.colla.6.Et non solùm facit litẽ suã
vt teneatur ad interesse partis quatenus eam læ
dit.vt in.c.iudices.de pace iur.firm.in vsi.feud.
Sed tenetur etiam ad pœnam statuti,& incidit
in periurium: quia iurauit seruare statuta,& pœ
na statuti nõ excludit pœnam periurij.vt in.l.
si quis maior.C.de trãsa.& notat Bal.in.l.obser
uare.§.proficisci.ff.de offi.procons.& lega.in.3
q.versi.sed nunquid iudex.& ita refert tenuisse
Iac.Butri.in.d.l.properandum.in principio.C.
de iudicijs.& idem tenet tex.in.l.6.tit.16.libr.
3.in ordi.regali.& in Pragmati.95.facta per no
strum Imperatorem & regem Carolum Valiso
leti, anno.1523.loquẽdo in iudicibus appella-
tionũ regimẽti, quòd si infrà illum terminũ nõ de
cidũt causam, incidũt in illam pœnã vltra inter
esse partis.¶Quod limita,& intellige verum, si
potestas, vel iudex est in dolo, quia potuit, &
noluit: sed cessante dolo, non est periurus, aliàs
sequeretur, quòd ex culpa,& negligẽtia fieret per
iurus, quod est falsum. non tamen excusatur à
pœna pecuniaria statuti. nisi propter causam pro
babilem,& necessariã.vt in.l.cõtinuus.§.illud.
ff.de verbo.obliga.& Inno.in capit.pe.de offi-
delega.¶Et dicitur probabilis causa, si fuit im-
peditus facto partiũ,& tunc excusatur à pœna
& potest tempus prorogari secundùm Bald.in
l.petendæ.C.de tempori.in integrum restit.pe
te.& in authenti.clericus.C.de episcopis & cle.
& in.l.ideo.C.de his, quibus vt indignis.vbi ha
betur, quòd vbi nõ est culpa, nõ debet esse pœ
na. ¶Dicitur ergo iudex in culpa, si causa erat
instructa,& fuit requisitus quòd expediat, & stat
per eum: aliàs non dicitur negligens, nec tene
tur ad pœnam.secundùm Bald. in authentica,
sed & lis.& in authentic.Itẽ si appellatiõe.C.de
temporibus appella.& in dict.§.iudicis.& dixi
in capitulo primo in gloss.y fiel.versiculo vltra
supradicta. vbi singulariter.Quia in his, quæ
respiciunt vtilitatem priuatam, iudex regulari
ter non impartitur officium non petitum.l.4.
§.hoc iudicium.& ibi Bart.& scriben.ff.de dam
no infecto.& Amodeus Iusti.vbi suprà.Et quan
tũcunque iudex teneatur infrà certum termi-
num causam finire, non cogitur expedire, nisi
infrà finem tẽporis.Bart.in extrauaga.ad repri
mẽdum.in verbo, procedatur.& Cataldi. in. d.
tracta.syndic.quæstione.45.¶Et facit quod sin
gulater tenet Cardina. in Cle.sæpe. de verbo.
signifi.§.& quia quæst.18.vbi ait.quòd si iudex
est negligens ferre sententiam ad finem cõcor
dandi partes, si propter concordiam partes læ
duntur, parti læsæ in Foro conscientiæ ad refe
ctionẽ damni tenetur.quod sequitur Restau.ca
p So pena. p Nota tex. quod quando finis legis determinat aliquā pœnam, & præcedunt † multa capitula, vt in isto 1 text. omnia videntur ab eadem pœna determinari. tenet Bald. in. l. quisquis. C. si cert. petat. Quod intelligo, nisi ea, quæ præcedunt, habeant suam pœnam, & determinationē. vt tenet Abb. in. c. Causamq;. de rescript. numer. 5. quod dicit probari in capitul. cùm dilectus. de donatio. & dixit in capitu. secundo requiris. de appellatio. Et istum intellectum ponit Philippus Decius consili. 1 1. num. 15. licet non alleget Abb. in. d. cap. causamq;. allegando Bart. in. l. talis scriptura. §. fi. ff. de legatis primo. & Bald. in. l. 1. C. de liberis præter. ¶Et quòd talis pœna, vel clausula in fine apposita referatur ad præcedentia, etiam in materia odiosa, & pœnali. tenet Alexand. in consi. 101. in. 3. volumi. nume. 10. per. l. 3. §. si filius. ff. de liber. & posthu. & per. l. 1. C. de liberis præteri. quæ iura loquuntur in clausula cōtinente exhæredationem, quæ est odiosa, & restringenda. l. cùm quidam. ff. eod. de libe. & posthu. & idem tenet Alex. cōsi. 25. in. 1. volu. versi. secūdo respōdeo, &

contrario hiziere,

Ange. in. §. cap. 3. Institut. ad. l. Aquil. num. 1. cum sequenti. vbi dicit menti tenendum, quod quando vna lex, vel statutum habet plura capitula, licet sint pœnalia, dictum in vno capitulo, intelligitur repetitum in alio, vt ibi per eum. ¶Et facit quod tenet Philipp. Decius consil. 92. numer. 2. vbi ait, quod qualitas adiecta in vna re ex pluribus copulatis in eadem oratione ad omnes alias porrigitur. vt notat Bart. per illū tex. in. l. Seię. §. Gaio. ff. de fundo instru. & idem Bart. in. l. si ita stipulatus. §. Grisogonus. colū. 3. ff. de verbo. obli. & in. l. si legatarius. §. fin. per illum text. ff. de legat. 3. Et facit quod notat idem Bart. in. l. doli verbum. ff. de seruo corrup. vbi inquit, quòd si statutum dicat, si quis fecerit sic, & sic de nocte, illa qualitas noctis, ad omnia supradicta refertur, & idem tradit Bartol. in. l. 4. §. eritq; differentia. column. 1. ff. vi bono. rapto. & vide quæ dixi suprà. in capitul. 1. in glos. *y complir todo lo susodicho.*

S V M M A R I V M.

1 *Pœna iudicis contractantis.*

q Pierda. q Aliter de iure communi † di-
1 sponitur. vt per text. in. l. non licet. ff. de contrahen. emptio. vbi dicitur, quod amittit rem emptam, & cōdemnatur in quadruplū. Et. l. aufertur. §. quod à præside. ff. de iur. fisci. dicit, quod res vendita in firmato contractu vendicatur, & eius æstimatio fisco infertur. Sed de iure communi est conclusio secundùm Amode. Iusti. in dict. tracta. syndicat. in parte, Item in eo quòd dictus potestas barateria. versi. fi. quod cōtractus non valet, qui fit lege prohibente, & res vēdita à domino vendicatur, & pretium, quod habuit ab officiali, fisco infertur. vt in. d. §. quod à præside. & vltra hoc officialis, qui emit, cōdemnatur fisco ad æstimationem rei emptæ in quadruplum. concordat dict. l. non licet. secundum glo. in. d. §. quod à præside. in vltima solutione glo. cui in dubio est standum. l. qui filium. §. Sabinus. ff. ad Trebel. allegat. l. 1. C. de contract. iudi. Sed hodie per nostrum text. dicta iura corriguntur: quia solūmodo amittit illud, quod emerit, ædificauerit, & contractauerit, & gregem, quem

quem in dictis pascuis publicis portauerit, & cameræ regis applicatur per nostrum textum. quod nota.

SVMMARIVM.

1 *Lex pœnam imponens, an fisco applicetur.*

2 *An quando pœna pecuniaria imponitur dicatur iudicium criminale, vel ciuile.*

3 *Pœna imposita à lege, vel statuto, dicente, si quis fecerit sic, condemnetur in centum, cui applicetur.*

4 *Pœnæ debitæ ex vltima voluntate, cui sunt in dubio applicandæ.*

5 *Pœnas, & ius confiscandi an habeant Duces, Marchiones, & Comites, & cæteri domini.*

6 *Pœnam an possunt minuere vel remittere Comites, & Barones, dummodo nõ sit pœna infamiæ. & nume. 7.*

An si possint restituere famam.

r Camara. r Licet hic lex istam pœnã non applicauerit, intelligi-
1 tur ista pœna applicata fisco. Quia † quãdo lex ponit pœnam, & eam non applicat, intelligitur fisco applicata, secundum glo. & doct. in. l. agraria. ff. de termino amoto. & glo. in. l. iubemus. §. his iudicibus. C. de sacrosan. eccle. & facit text. in. l. multarum. C. de modo multan. ¶ Licet videatur, q parti applicetur, vt in omnibus popularibus actionibus. vt in. l. si cui ex popularibus. ff. de verbor. signifi. ¶ Et alibi videtur, q medietas applicetur parti, & medietas fisco. vt in. l. 3. §. hoc autem. ff. de his qui deiece. vel effude. & in. l. lege Cornelia. ff. ad silania. ¶ Sed tu in hoc tene distinctionem Bar. in dict. l. agraria. ¶ Scilicet, q quando lex ponit pœnam, & introducit actionem, regula est, quod applicatur parti. vt in. l. si cui. ff. de verbo. signi. & in. l. 3. ff. de sepul. vio. l. si quis id quod. ff. de iuris. om. iudi. fallit si in lege aliter exprimitur. vt in. l. fi. ff. de litigio. & in. d. l. lege Cornelia. ff. ad sillan. ¶ Sed quãdo lex introducit accusationem, tũc applicatur fisco. vt in. d. l. multarum. C. de modo multan. & in. c. 1. quę sint regalia. in feud. col. 10. & hoc nisi aliter exprimeretur. ¶ Sed quando lex simpliciter loquitur, tũc putat Bart. q in dubio introducat accusationem, & pœnam fisco applicatur. vt in. d. l. iubemus. §. his iudicibus. Et hanc distinctionem Bar. sequitur ad literam Abb. in. c. ex literis. de probatio. in fi. nu. 14. & in rub. de iudicijs. nu. 6. & sequitur eam Ias. in. §. pœnales. Institu. de actio. nu. 40. & 41. vbi dicit, quòd non discedit ab ista theorica. Bartol. licet istam. q. altercet, & ait q contra Bart. tenet Ang. in. d. l. si quis id quod. ff. de iuri. omn. iudi. dicendo, q vbi lex non dat actionem, nec accusationem, sed simpliciter dicit, iudiciũ dabo, tũc pœna applicatur parti. Sed Alex. suus pręceptor. in dic. l. si quis id quod. conatur respondere, & dicit, quòd doctrina Bartol. in illo finali membro posset limitari, vt non procedat, quã do pœna debetur ex edicto prætoris, quia tunc in casu dubio pœna applicatur parti. Et quoq; dicit, quòd fallit, quando lex dicit, iudicium dabo: quia est proinde ac si dixisset, actionem dabo, & parti applicatur, & sic videtur tenere cum Angelo in isto casu. ¶ Sed quando pœna pecu-
2 niaria venit imponenda, † an dicatur iudicium criminale, vel ciuile. Abb. in dict. rubr. de iudicijs. numero. 5. dicit, quòd canonistæ non habẽt istam materiam declaratam, & quòd dominus Anto. dicit quòd glossæ iuris ciuilis in hoc variauerũt. & ipse ibi dicit, quòd causa ciuilis dicitur, cuius finis est commodum partis, & interesse priuatum. ¶ Causa criminalis, cuius finis est interesse publicum, vt vindicta publica. Causa mista, quæ de vtroque participat. Ex quo concludit quòd quando pœna pecuniaria fisco est applicanda, sit criminalis. quod tenet Innoc. in capitulo, qualiter & quando. de accusa. el segundo. per. l. 3. §. pe. ff. de præuari. quia ita intẽditur vindicta publica per pœnam pecuniariam, sicut per pœnam corporis, seu famæ. ¶ Sed Abb. ibi latius attingens istum passum, dicit, quòd circa hoc reperit triplicem opin. ¶ Prima, vt si pœna venit applicãda fisco, iudicium dicatur criminale, si parti, dicatur ciuile, seu ciuiliter agi. ita notat gloss. in dict. l. 3. ff. de sepul. viola. ¶ Secunda opi. vt si venit pœna pecuniaria imponẽda, semper agi ciuiliter, si corporalis, criminaliter. vt notat glo. in dict. l. siqua per calumniam, C. de episcopis. & cleri. & l. prima. C. quando ciuil. actio. ¶ Tertia opinio, vt si agatur de crimine, semper dicatur agi criminaliter, siue pœna veniat applicanda fisco, siue parti. Hanc opin. sentit glo. in. l. lex Cornelia. ff. de iniurijs. quæ vltima opin. videtur apertè contra tex. in. c. per tuas. el primo.

(In the passage above, the text quoted in large type is:) pierda q lo que ansi comprare, o edificare, o tratare, y el ganado q̃ ansi truxere para la nuestra camara.

de ſimoni.prope finem.&.c.tuæ. de procura. &
ca.ſuper his. de accuſation. ¶Sed quæ opinio
iſtarum ſit vera. ¶Barto.in præallega.l.3.de ſe-
pulch.violato.tenet primam opinionem, & di-
cit eam veram, & communiter tenēdam. & per
Innoc.in dicto.c.qualiter & quando. ¶Sed con
tra prædicta dicit, ꝙ fortiter ſtat. d.ca. per tuas.
vbi agebatur de crimine ſimoniæ ad priuationē
beneficij, tamen dicitur agi ciuiliter, nec pœna
ibi applicatur parti.¶Et ideo Abb. putat dicen
dū,quod tūc propriè agitur criminaliter,quādo
directa via crimē deducitur ad iudiciū,vt punia-
tur acrius,quàm pōt.& ſic vt imponatur pœna
ordinaria,ſiue pœna applicetur fiſco, ſiue parti:
quia eſt conſiderandum, quod principaliter agi
tur,& non quòd venit in cōſequentiam. ¶Aut
crimen deducitur non ſic directa via, vt ſuprà
dicitur,& dicitur agi ciuiliter,quanquàm pœna
nō venit applicanda parti. vt optimè probatur
in.d.c.per tuas & dicitur tunc agi ciuiliter, qua
ſi curialiter,& remota ſtricta ſeueritate. Sicut &
verba dicuntur ciuiliter intelligi, quando ceſſat
amara interpretatio.l.ſi cui.ff. de ſeruitut. ¶Sed
quicquid dicat dominus Abb.vera,& cōmunis
concluſio eſt, quòd quando pœna non applica
tur parti,agitur criminaliter, & dicitur cauſa cri
minalis. ſecūdùm Bart. in.l.prætor ait.in princi.
ff.de ſepulch.viola. & Iaſ.in. §.1.Inſtit.de actio.
nu.15.& etiā quantumcunque ſit pecuniaria, li
cet gloſſæ quàm plures aliter dixerunt, quæ im
pugnantur à Bartol. in dict.l. 3.idem tenet Æ-
neas de Falco.in additio.ad Abb.ibi in dict.Ru-
bric.de iudic.& dicendo, quod non obſtat dict.
cap.per tuas.per Abb.allega.quia quando agi-
tur ſolum vt quis remoueatur ab officio vel ad-
miniſtratione tunc dicitur ciuiliter agi. Iſta eſt
doctrina Barto.in.l.non ſolum.§.fin.in.2. nota-
bil.ff.de procura.& in.l.1.ff. de inſpect. tuto. &
ita agebatur in dict.capitul. per tuas.ſi bene ad-
uertis. Et iſtam quoq; dicit veram & communē
opin.Zachari.ibi, in dict. Rubric.in additio. ad
Abb.ſcilicet, quod ſi pœna non venit applican
da parti,tūc dicitur criminalis.¶Quod dicit Iaſ.
fore intelligendum in dict.§.1.de action.inſtit.
quæ incipit,ſupereſt.numer.16. quando pœna
eſt applicanda fiſco ex accuſatione,quia tūc di-
citur criminalis cauſa.Secus ſi aliqua actio intē-
tetur nomine fiſci, puta petitione hæreditatis,
quia tunc dicitur cauſa ciuilis.ſecundùm Barto.
in dicta.l.3.ad finem.per.l.1.C. de peti. hæredi.
cum alijs allegatis ibi per eum. ¶Idem dic, ꝙ
quando pœna applicatur fiſco, dicitur crimina
lis,eſt verum, quando venit imponenda ex deli
cto,ſecus quando ex illicito contractu prout te
net Alexand.in additio.ad Barto.in dict.l.præ-
tor ait.ff.de ſepulc.viola.in.2.additione, in fine
quod ſequitur Bertachin.de Firmio, in ſuo au-
reo repertor.in parte, cauſa criminalis. verſic.5.
quod nota. quia facit ad multa. ¶Quoque re-
ſtringe,quòd pœna pecuniaria, quę venit appli
canda parti,ſit ciuilis,eſt verum, quando pœna
eſt applicabilis parti. ſecundùm.d. Zachar. vbi
ſuprà.quem vide. ¶Sed quid ſi lex, vel ſtatutū
3 dicit.Si quis fecerit† ſic,condemnetur in cētum
quorum dimidia applicetur fiſco, & dimidia
accuſatori: quia erit merum iudicium ciuile, &
in totum eſt condemnandus,& debet tota pœ-
na ſolui fiſco,& fiſcus exigit eā,ſed poſtea con-
tra fiſcum accuſator regreſſum habebit ad dimi
diam.vt ponit Bartol.in.l. ſenatus. ff. de iure fi-
ſci.§.ſi verò ſenatus. ¶Quid autem ſi dicat con-
demnetur in centum,quorum dimidium appli-
cetur fiſco,& aliud offenſo debeatur, tunc ante
condemnationem non poteſt dici nata, & quæ
ſita ſit actio offenſo: quia ſtatutum dirigit ver-
ba ad iudicem,& ſic iudicis officio nobili fit cō-
demnatio in centum, & ſic per viam accuſatio-
nis.vt Inſtitu de public.iudic.in prin.aliàs ſi di-
ceremus contra, quòd orietur iudicium ciuile,
& criminale,non poſſet fieri in eadem ſentētia
ad centum.per.l.1.C. quando ciuil.action.cum
ſimilibus.¶Sed ſi ſtatutum dicit,ſi quis turbaue
rit aliquem in poſſeſsione ſua, incidit in pœnā
centum,quorum dimidium applicetur fiſco, &
aliud parti turbatæ. oritur ex illo duplex via a-
gendi,ſcilicet ciuiliter,& criminaliter.per nota-
ta in di.l.3.§.1.ff.de ſepulchro.violat.& ſic ſequi
tur,quòd ſimul non poterunt intentari. dic.l.1.
C.quando ciuilis actio.&.l.2.§.1.ff.vi bonorum
rapto.quos caſus, & ſupradictam diſtinctionē
tenet Matheſila.in ſuis ſingul.ſingula.70.ꝙ no-
ta.& vide.¶Sed Antonius Francis. vbi ſuprà,in
additio.ad Abb.in.d.Rubri.dicit, quòd propriè
appellatur cauſa miſta. vt eſt tex.& ibi notatur
in dict.capit. tuæ. de procura.& ibi per Imol.&
ſic ratione miſtionis ſimul poteſt intentari, in-
tentando accuſationem vt principaliorem. &
vi.Iaſ.in dict.§.1.Inſtitu.de actio.nume.16.¶Et
ſic ego teneo,quòd quando pœna venit impo-
nenda, non ſolùm ad priuatam vtilitatem, ſed
etiam ad publicam, poteſt procedi ſimul in ea
intentando accuſationem, & debet pronūtiari
in ſententia ſuper vtroque:quia magis dignum
trahit ad ſe minus dignum.vt in.l. quæ religio-
ſis.ff.de rei vendicat.& in capit. quòd in dubijs.
de conſec.eccleſi.vel altar.bene facit quod no-
tat Bartol. in. l. præcipimus.capitulo penul. C.
de appellatio.& ideo potius inſpicitur publica
tanquam

tanquā dignior, cùm in illa præferatur priuatæ, & illam ad se trahit. vt in l. 1. C. de vendi. rei. fisca. & tenet ad literam Alexand. in consilio. 82. in. 1. volum. nume. 12. in fine. ¶ Et facit quod tenet Alexan. consili. 82. in. 1. volu. in fine. vbi ait, ꝙ quando pœna applicatur fisco, & parti, dicitur criminalis. de quo per Bart. ff. de sepulchro. viola. l. prætor. ¶ Pœnæ autem debitæ ex vltima
4 voluntate, † cui sint in dubio applicandæ, si testator iubeat aliquid hæredi, & eo casu, ꝙ contra fecerit, priuet eum simpliciter hæreditate, cui erit tunc illa hæreditas applicanda? Text. est menti tenendus in. l. vxorem. §. hæres. ff. de leg. 3. & ibi Bar. dicit, ꝙ talis hæreditas debet peruenire ad cohæredes, vel substitutos. & Ang. in. l. pater familias. ff. de hæredi. institu. in fine. & idem quod Bar. in. d. §. hæres. tenet Bal. in. l. vnica. C. de his, qui pœnæ nomi. columm. 7. nu. 43. vbi ait, quòd si testator mandauit hæredi, quòd non molestaret vxorem in quodam legato, & si molestauit, priuauit eam hæreditate, tandem hæres molestauit, hæreditas nō applicatur vxori, quia testator hoc non disposuit, sed cohæredibus, & substitutis: & si non habet cohæredem, vel substitutum, venit ad venientes ab intestato: & vltimo loco deficientibus ab intestato, venit ad fiscum. vt est expressum in authenti. hoc amplius. C. de fideicommiss. & quia ibi loquitur in monitione iudicis; est text. in eod. titulo. in. l. fin. quod est notabil. secundum Bald. in. d. l. vnica. & idē tenet Bal. in auth. cui relictū. C. de indi. vidui. tol. numer. 10. versic. extra quæritur. vbi per eum distinguentem. & tenet Alexan. in consil. 138. in. 1. volu. nu. 24. & nu. 25. & 26. vbi quoq; tenet, ꝙ si legatarius caret legato, debet dari pro anima testatoris, si testator prouidit, aliàs ad hæredem. ¶ Et ibi quoq; tenet, ꝙ valet dispositio testatoris, ꝙ hęres non adimplens voluntatem testatoris, hæreditate priuetur. vt in dict. l. 1. C. de his, qui pœnæ nomi. & Institu. de leg. §. 1. & fi. & in. l. multa. in prin. ff. de condi. & demonstra. & declarat Bart. in. l. pater. ff. de hæredi. institu. Petrus de Ancharra. in cap. si hære-
5 des. de testa. in. 6. ¶ An autē Duces, † Marchiones, Comites, & Barones nostri temporis habeant has pœnas, & ius confiscandi? Ioā. de Pla. in. l. 1. C. de bon. vacat. lib. 10. 1. colum. n. 2. vers. an autem Barones. dicit, ꝙ videtur ꝙ sic, cum habeant merum imperium in feudum. vt in. d. §. si verò dominus temporalis. de statutis contra liberta. ecclesiæ. præsertim cùm imperiū sit scissum. Quidam autem dicunt esse confiscare ex causis descendentibus à mero imperio, ex quo ipsum habent, aliàs non. Sed secundum Ioannē de Plate. ibi possunt, si consueuerunt, cum enim ex consuetudine dicatur eis iurisdictionem cōpetere. vt in. l. 1. in fine. C. de emancipa. liber. ita & confiscatio. & facit tex. in. l. final. titul. quinto. libro. 4. foro legum. vbi in expresso tenet, *que las penas, y las calonias que las ayan aquellos que tuuieren vezes del Rey en los lugares que han por donadio del Rey, ansi como las deue auer el Rey.* ✱ Et tex. in l. 5. tit. 12. in fi. lib. 3. fori. & vi. l. 7. tit. 2. li. 8. ord. ✱ Qui textus est singularis, vbi expresè cauetur, quòd pœnæ, seu multæ, quæ applicantur fisco de iure, pertinent dominis locorum. & sic tene. ✱ Et tenet in expresso sequendo. dict. l. fin. fori. in parte furtum. quæstio. 4. in glo. applicandū, & de iure regni nouissimo. in. l. 5. titul. 4. libro. 1. ordi. in fin. vbi ait. *los señores de los dichos lugares ayan para si los omezillos calunias segun los auemos en los lugares de nuestra corona Real.* & vid. Guillerm. Benedict. in rep. capit. Rainuntius. de testamēt. in parte & vxorem nomine adelasiam. in. 5. decisione. num. 293. vbi affirmat, ꝙ cum Barones nostri temporis hodie habeant ex consuetudine, aut in memoriali præscriptione merum imperium, certe soliti sunt bona delinquentiū sibi confiscari, licet propriè fiscum non habeant. ✱ ¶ Et facit quod tenet Baldus in. l. prima. in fin. C. de hæredi. vel actio. ven. vbi tenet, quòd domini terrarum in suis terris habent fiscū ex largitione principis, seu ex contractu, seu ex præscriptione immemoriali. & vid. Petrum Iacob. in sua pract. in Rubr. de conditione ex lege. Institu. de actio. §. quadrupli. columm. 3. vbi dicit, ꝙ licet videatur, ꝙ non sit nisi vnus fiscus. vt in l. 1. C. de bon. vac. libr. 10. attamen quilibet habens merum Imperiū, habet fiscum ex quadam consequentia quantum ad confiscationē bonorum, vel ex sentētia cōtra criminosos lata, vel alio modo. & sic intelligitur authentica, bona dānatorum. C. de bonis præscrip. & l. vnica. C. nec sine iussu princi. & l. 1. ff. de iur. fisci. Et sic, ꝙ ille, qui habet merum Imperium cōfiscat, & etiā de consuetudine, quæ pro lege debet obseruari. vt in. l. de quibus. ff. de legi. ¶ Sed hoc intellige, quando confiscatio fit à lege: quia hanc cōfiscationem expressam, vel tacitā, potest facere quicunque habet cognitionem, & condemnationē de illo crimine. Sed cōfiscationem, quam vellet facere dux, seu alius dominus, vel iudex ex officio, & præter legem in casibus, in quibus à iure non cauetur, non potest facere nisi qui positus est in summa potestate, vel alius de principis iussu. Et ita procedūt, & soluūtur omnia contraria. prout tenet Saly. in. d. l. vnica. C. nec sine iuss. prin. & Bal. & ibi Cyn. & Martinus de Lau-

de in tracta. de fisco. q. 3. tomo. 6. tracta. fol. 2. Et sic quoque potest intelligi dictum Matthiæ. de Afflictis. in tracta. de iure protomiseos. in parte est autem. n. 24. vbi dicit, ꝙ ciuitates, & alij domini, recognoscentes dominos superiores, non habent fiscum. l. eum qui vectigali. ff. de verb. signi. & l. prima. C. de bonis vacanti, l. simile. ff. de muneri. Attamen fiscus dominorum merum Imperium habentiũ non habet priuilegiũ tacitæ hypothecæ, nec in alijs similibus, sicut habet fiscus Imperatoris, seu regis, quia ille, qui habet merum Imperium, potest illud exercere sine talibus priuilegijs, secũdum Petrum Iacob. vbi suprà, quod nota. & vide in. c. 12. infrà eo. in gl. Camara. & ibi quoque dicam si episcopus habet fiscum. ¶ Attamẽ isti duces, Comites, & Barones, & alij, † ad cuius bursam pertinẽt istę pœ-
6 næ, qui habẽt regalia, possunt minuere. vt Bart. in. l. acta apud se. §. de ampliãda. ff. de re iudica. Sed pœnã infamiæ, vel aliã, nõ pecuniariam nõ possunt remittere, nec minuere. vt in. l. 1. §. de qua. ff. de postu. secũdum Bart. in. d. l. acta apud se. §. de amplianda. Et Paul. de Castro. in. l. 1. §. ait prætor. ff. de postula. nu. 3. & 4. dicit, quod restitutio aduersus infamiam non potest fieri nisi à principe, quia est casus de reseruatis principi. vt in. c. cùm te. de re iudi. per Innoc. in. c. domino sancto. 50. [illegible] & ibi per gloss. & Bar. in l. fi. C. de sente. passis. & 3. q. 1. §. intelligitur. per Cy. in. l. imperialis. C. de nuptijs. & tenet in expresso Lucas de Penna in. l. e patria publicam. C. de re milita. lib. 12. versi. 26. ¶ Quod ego intelligerem, ꝙ non possunt remittere pœnam infamiæ, quando est pœna determinata per sententiam, secus ante sententiam, vel in ipsa sentẽtia. vt Ang. in. d. §. de amplianda. & hoc cum causa, vt glo. & docto. in. l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his, qui notant. infam. alias sine causa ante sententiam, vel in ipsa sententia nõ possunt minuere. vt ibi per docto. & per. Pau. de Castro. in. d. §. ait prætor. Et quid de restitutiõe gratiosa, & de non gratiosa, sed de iustitia. & an papa possit laicum famæ restituere. vide per Abb. in. d. c. cum te. de re iudi. & Roma. consilio. 497. ¶ Angel. in. d. l. 1. §. de qua. ff. de postul. dicit, ꝙ populus, qui præscripsit iura Imperij in sua ciuitate, restituere potest infamẽ. Quod intellige, si est infamis ex statuto, secus si est infamatus de iure cõmuni. l. infamẽ. ff. de publicis iudi. quod tenet quoque Bar. in. d. §. de qua re. & idem dicit esse in regibus, & principibus, qui Imperatorem in dominum recognoscunt, quia non possunt ad famam restituere. Sed si nõ recognoscũt, possunt quoad seipsos & quoad eos restitutio famæ fieri [illegible]

ęret, quia apud eos in et dicitur esse Imperium sui ipsius. Et cum ista limitatione Barto. transit. Alex. in. d. §. de amplianda. nu. 4. Quia restituere infamem non potest alius, quàm Imperator, vel Papa. l. 1. §. de qua. ff. de postul. & tenet Bal. in. c. cum per Tabellio. de fide instru. versi. quærit Innoc. ¶ Et quoq; isti Duces, Marchiones, & Comites, & alij domini temporales, & spirituales non possunt pœnas remittere, nec bannitos reuocare, nec exilium remittere, nec dare licentiam redeundi ad loca, ex quibus fuerunt exulati. vt tenet Ioan. Faber in. l. pœnam. C. de pœnis. nec episcopi dãnatos ad carceres perpetuos reuocare. vt ibi. Quia nullus nisi princeps, vel ciuitas non recognoscens superiorem hoc potest facere, & concedere dictam licentiam reuertendi ad ciuitatem. text. in. l. relegati. in fin. ff. de pœnis. commendat eum Ludou. Roma. in singul. 537. *Et idem tenet. Peregrina in parte pœna. 6. q. in glo. reuertatur. quem vi. *Et idem tenet Bal. in. c. at si clerici. de iudi. n. 11. vbi post diffinitiuam remissio pœnæ à nullo potest fieri, nisi à principe. & ibi quoque in nu. 16. & idẽ tenet Cyn. & Bald. in. l. seruos. C. ad. l. Iuli. de vi publi. Dicunt tamen ibi, ꝙ aliquando Barones de facto, aut de consuetudine, & pro libito, & non de iure faciunt: & ꝙ solus Imperator, seu rex hoc posit, tenet Restau. castel. in tracta. de Imperatore. q. 110. in. 1. col. versi. secundo dare commeatum. tomo. 5. tract. folio. 71. idem tenet Ange. in. §. cum autem. Institu. quibus mod. ius patr. solui. col. 3. n. 6. ¶ Sed contrarium videtur, quia de iure isti duces, & cęteri domini hoc possunt: quia omnes isti perpetuò inuestiti censentur principes in suo regno, ducatu, seu comitatu, & dominio, & omnia possunt in subditos eorum, quæ posset Imperator in toto orbe, & rex in suo regno. vt Pau. de Cast. in cõsi. 125. & Alexan. consi. 2. primo volu. nu. 6. & Feli. in. c. quæ in ecclesiarum. de constit. col. 10. num. 33. & est communis opinio. vt Curtius iunior. consil. 61. ¶ Sed hoc non obstante, crederem, & tenerem primam opinionem, & sic, ꝙ supradicta non possunt facere: quia licet posint in suo ducatu, seu dominio omnia, quæ Imperator, & Rex in suo imperio, seu regno: est verum de potestate ordinaria, secus de absoluta. vt tenet Feli. & Philipp. Decius in. d. c. quæ in ecclesiarum. & tenet idem Bonus de Curtillus in tract. de nobilitate in. 3. parte nu. 218. tomo. 5. tract. fol. 14. quia absolutam nõ habet nisi princeps nõ recognoscẽs superiorẽ. ¶ Et si de facto isti duces, & domini faciũt, ad consequentiã nõ debet trahi. vt Consi. in notabili [illegible]
cum

cum quis.ff.de verbor.oblig. & Franc. de Aret. ¶Et quia factum contra legem, pro non facto habetur.vt in.l.non dubium.& ibi Bar. C.de legi.& nullum est: licet lex vltra non procedat. vt ibi per eum.& per Bald.in.l. iubemus. §. 1. & ibi Bar.C.de sacrosanct.eccles. ¶Sed ego hoc intelligerem, quòd dicti duces,& domini hoc non possunt,quando pœna,seu exilium est determinata,& certa per leges regum,vel iuris communis,quia tunc inferior non potest venire contra legem superioris,nec eam tollere.vt in Clemen. ne Romani.de electione.Philip. Decius. consil. 403.nu. 4. &.5.& in.c.cum inferior. de maiori. & obed.25.q.2.quasi per totum.Abb.cons.26. in.1.volu.& in.c.inferior.21.distin.Sãctus Thomas.2.2.q.67.artic.4.quoque dicit,ꝙ inferior à principe non habet potestatem absoluendi reũ à pœna contra leges superioris sibi impositas. *Et facit ꝙ inquit Alberic. de Rosa.in.4. parte. statu.q.106.ꝙ solus imperator possit eximere bannitos de maleficio de banno per dict.l. relegati.ff.de pœnis.&.l.1.ff.de postul.quod asserit, forte verum in ijs qui essent banniti ex forma iuris cõis,secus si ex statutis, vel consuetudinibus ciuitatis.*¶Nec ad hoc põt obstare text.in l.1.tit.32.part.7.quæ vult, *que el perdon puede hazer el Rey, o el señor de la tierra a los hõbres que tuuiere presos.* quia loquitur ante sentẽtiam,vel in ipsa sententia, non post. vt in.l.quid ergo. §. pœna grauior.ff.de his,qui notan.infami.& ibi docto. cum simili.¶Secus si pœna, vel exilium per Ducem,seu Comitatu, vel alium dominum,seu per suos iudices fuit imposita ex suo capite, seu ex suo arbitrio: quia licet sit certum, & determinatum,temporale, seu perpetuum, potest per dictum dominum loci,seu villæ tolli, & gratiam de eo facere,& concedere licentiam redeundi in loca ipsius ducis,vel domini ex quib⁹ locis fuit missus in exilium.Et hoc tenet Sanctus Thom. vbi suprà dicendo,quòd misericordia iudicis habet locum in his,quæ arbitrio iudicis relinquũtur,hoc debet fieri cum causa: quia in his, quæ sunt determinata secundum legem diuinam, & humanam,non est suum misericordiam facere. *Et hoc in leuibus criminibus,secus in enormibus:vt in.l.diuus marcus.ff.ad senat.consul.sylania. prout tenet. Bellus Visso: in sua pratic.iudicia.in titul.de senten. criminal. nu.9.10.11.& 12.vbi hanc.q.tangit & an si causa præsumatur, vi.quæ dixi,supra in dict.capitul.1.in glo. seruitio in fine,in additione loquendo in rege.*¶Et in istis arbitrarijs potest habere locum, quod dicit Barto.in.l.illicitas.§.præses. ff. de offi. præsi. nume.2.& in dict.l.relegati.& Abb.in capit.nisi specialis.de offic.legat.numero.6.vbi tenent, ꝙ iudex potest ex causa remittere bannũ ex post facto, idest post sententiam. ¶Et quod tenet Paris de Puteo.in tracta. syndic. in parte,iudex qui aliquem ad mortem condemnat.folio.31.in fine:vbi damnatus per iudicis sententiam ad opus metalli, potest ab illo exercitio reuocari per ipsum iudicem post decem annos, si superueniat infirmitas, dummodo vnus ex consanguineis subrogetur, qui deseruiat pro ipso. ¶Quod facit secundum ipsum, quòd damnati in galeis si efficiuntur infirmi, vel debiles, possunt dando vnum seruum liberari. ¶Facit quoque, quod tenet Ludouicus Roman. in repeti. l.si vero.§.de viro.ff.solut.matr.colu. 11. vbi dicit, quòd licet sit verum, quòd nulli competat remeatum exilij concedere nisi principi. vt in dicta.l.relegati.& in.l.non omnis. §. fin. ff.de remili. & per Bartol. in. l.is qui reus.ff.de public. iud. tamen restringitur vt non extendatur ad casum, in quo inferior remeatum cõcedere vellet ratione vtilitatis publicæ. ¶Et quòd princeps potest remittere pœnas pecuniarias sibi debitas,& pœnas corporales prout vult, vltra suprà allegata.vide Andrea.de Isernia in titu.quæ sint regalia.in parte,& bona committẽ. crimen. numero.73.in vsi.feud.¶Sed quantum interest pecunialiter alterius, illud non posset remittere:quia sicut non potest donare meum, sic nec mihi debitum. secundùm communem distinctionem glossæ. in. l. finali. C. si contra ius vel vtili.publi.& in. l. prima, de constitu. princip. & creditor dicitur ex delicto. vt in. l. creditor. ff.de verborum significatio. & facit. l. licitatio. §. quidem talia. ff. de publi. & text. in. l. venia. C.de in ius vocan.in fine.vbi pœna, quæ applicatur parti, non debet per principem remitti.& ibi glossa.& communiter doctor. & text.in.l.4. titulo.24.partit.3.& in.l.3.titulo. 11.*de los perdones*.libro.1.in ordina.rega.& Lucas de Penna.in l.nulli.C. de conditis in public. horre. libro decimo.in fine.

Prætorum Cap. secundi finis.

Sequitur Caput III.

M 4 Summa-

SVMMARIVM.

1 *Familiæ appellatione, quis veniat.*

a Familiares. a Per text. reprobatũ opinio Abb. in. c. 1. de officio iudicis. vlti. notabil. vbi tenet, quòd domesticus, & cõmensalis iudicis potest esse aduocatus alterius partis, nec ex hoc iudex est suspectus: quia non est tanta suspicio cõtra iudicẽ si aduocatus est sibi domesticus sicut cũ pars est familiaris suus. nã causa nõ est aduocati, sed partis. Sed hodie cessat sua opinio per tex. istũ. ¶Sed quis dica-
1 tur † familiaris? Dic quod eius appellatione venit etiam seruus. vt in. l. 1. §. familiæ. ff. de vi, & vi arma. & l. si familia. ff. de iuri. omn. iudi. l. fin. C. de verbo. signi. ¶Item veniunt etiã nasciturí ordine successiuo. vt Paul. de Castr. in consil. 17. per l. fin. ff. de fundo instru. & l. grege. ff. de lega. primo. ¶Item filij habitantes cum patre, aliter nõ. secundùm Cœpol. in tracta. de seui. vrba. c. 50. & Ancharra. in cap. quanto. de censi. ¶Item veniunt omnes de familia successiuo ordine, scilicet, pximiores gradatim. secũdùm Bart. & Bal. in. d. l. fi. de verbo. signifi. vbi est casus vsque ad quartum gradum. tenet Alex. in. l. pronũtiatio. ff. famili. hercis. ¶Item venit vnus tantùm, si plures non sunt in familia. l. iubemus. §. sin autem. in fin. C. ad trebellia. Sed glos. in ca. 1. 10. q. 1. dicit, quòd nec per duos dicitur familia. per. l. de statione. de verbo. signifi. secundùm Alexã. vbi suprà. ¶Itẽ venit propria familia testatoris. Bar. in. l. cũ filius. §. cũ pater. ff. de legat. 1. & in. l. peto. §. pater. in princip. ff. de leg. 2. & Bar. in. l. si cogatis. ff. de rebus dubijs. ¶Item veniunt agnati, & cognati etiam hodie, licet sint exæquati quoad successionem intestati, non aliter. Bart. post gloss. in. l. cùm ita. §. final. ff. de legatis. 2. ¶Item veniunt ij, qui à testatore non sunt nominati. l. is qui. & ibi Bartol. ff. de legatis tertio. ¶Item vxor dicitur de familia viri. vt in. l. quicunque. C. de re mili. lib. 12. c. hæc imago. 3. q. 5. Sed bastardi non dicuntur de familia, nec de domo patris. secundùm Barto. & Alexan. in. l. tutelas. in princip. ff. de capitis diminu. & per Bertachi. de firmi. in suo reperto. aureo. in parte, bastardus. versicul. 5. & 6. & per Ias. in. §. pœnales. Instit. de acti. nu. 58. & Ang. in. l. filiũ diffinim⁹. ff. de his, qui sunt sui vel alie. iur. vbi si est statutũ, quod de domo magnatum nullus possit habere officiũ in cõmuni, quod spurij possunt habere, quia nõ sunt de domo. & latissimè per nostrũ Pala. Ruui. in repetitione Rubric. de donatio. §. 32. num. 4.

Prætorum. *Caput. III.*

Otrosi mandamos que el tal Assistente, o Gouernador, o Corregidor, ni sus officiales ni familiares[a] no sean abogados,[b] ni pro-

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus, & iudex, vel assessor in eadem causa non potest esse. nu. 7.*
Decurio potest esse aduocatus.

2 *Aduocatus, an potest esse in causa, in qua fuit iudex. num. 5.*

3 *Qui fuit aduocatus in vna causa, non potest postea in illa esse iudex nec assessor. nu. 4.*

6 *Defendere an potest iudex suam sententiam, & an debeat vocari in causa appellationis ad eam defendendam.*

8 *Aduocatus electus prætor alicuius ciuitatis, debet finita prætura redire ad aduocandum.*

9 *Aduocatus sicut non potest esse iudex, ita non potest quis esse iudex in sua causa, nec suorum. Fallit, vt nu. 9.*

10 *An potest quis ius sibi dicere.*

11 *An iudex potest cognoscere de sua vel suorum iniuria. 12. 13. & 14.*

12 *Iudex, cui aliquid per statutum applicatur, an de causa potest cognoscere. nu. 13.*

b Abogados. b Quia iudex, & ad-
1 uocatus † in eadẽ causa nõ potest esse, text. in. l. 15. tit. 19. lib. 2. in ordinam. regali. text. in. l. quisquis. C. de postulan. simil.

mil.in.l.6.titu.18.eod.lib.2.in eisd. ordina. in fi. Tamen ille, qui non potest esse aduocatus, potest alteri mõstrare, ostẽdere, siue cõsulere qualiter aduocare debeat. tenet Bald. in capit. qualiter..de electione.nu.3. quia consulere, & mandare, non sunt facere. vt in.l.ob hæc verba.ff. de his qui notã. infami. & ibi notatur secundùm Bald. vbi suprà. ¶Et quoque assessor, & aduocatus non potest esse. gl. in.l.nemo.la.2. C. de assessori. Et non solùm in foro iudiciali prohibetur, verum etiam de foro conscientiæ: tenet beatus Archiepiscop. Floren. in.3. part. tit.6.c.1.§.1. quasi in fine. dicendo, ꝙ in illa causa, in qua quis est iudex, vel assessor, in eadem non potest esse aduocatus: quia duo officia in eadem causa prohibentur exerceri. c. cùm sacerdotis. de postula. & capitulo.1.&.2.4. quæstione.4. & gloss. in dict. l. nemo ex his.la.3. de assessor. & Montal. in.l.3. titulo.9. foro legum. libro.1. in gloss.1. in fine. ¶In tantum, quòd si aduocatus fuit iudex, vel testis, retractatur sententia: vt gloss. Montal. in l. quarta. eod. titulo. & libr. foro legum. in gloss. *por christiano.* ¶Tamen decurio, idest, *regidor*, bene potest esse aduocatꝰ in sua patria, & pro sua vniuersitate, & habere salarium ratione aduocationis ab ea: quia hic non militat ratio de duobus officijs. vt suprà in.c.1. in gloss. officio. quia hoc officiũ aduocationis non est incompatibile cum officio decurionatus, imò ei annexũ, vt tenet singulariter curia Pisana, in.2. libro. capitulo.23. & est gloss. in capitulo. de occidendis.23. quæstione.5. ¶Potest tamen is, qui fuit iu-
2 dex, nunc in † causa patrocinari: quia cessat causa prohibitionis erga causam, in qua fuit aduocatus, ergo cessabit effectus. Iuxta illud vbi ratio legis, &c. vt in.l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patronatus. & satis expressè probatur in.l. fina. C. de assessori. & tenet Cyn. in dicta.l. quisquis. C. de postul.1. quæst. & Mõtal. in glo. ordina. in parte, aduocatus. ¶Tamẽ ille qui fuit
3 aduocatus † in causa, non potest postea esse iudex, vel assessor in ea. est tex. in.l.10. tit.4. parti.3. ibi. *Otrosi dezimos.* & Bald. in.l. nec in arbitris. col.2. C. de arbitris. & in.l. apertissimi. C. de iud. & tenet Bart. per illũ tex. in.l. prætor. & ibi per Alexan. ff. de iurisomni. iudi. gl. in.c. postremò. de appella. notatur in speculo. in titul. de lega.§. restat. versic. Item si fuerit. & Philip. Franc. in.d. capi. postremò. intelligit hoc verum in causa, in qua fuit aduocatus, secus autem in alia causa: nisi forsan esset connexa, vel dependens ab illa, in qua fuit aduocatus. de quo etiam per Ioã. Andr. in.c. fina. de testa. in.6. ¶Abb. tamen in.c. irrefragabili. de officio ordi. in fine. dicit, ꝙ si aduocatus fuit cõsultus in aliqua causa, & nondũ dedit responsum, ꝙ si assumitur in iudicẽ, põt iudicare. licet ibi Domi. Anto. hoc impugnet, dicens, ꝙ ex quo isti sunt reuelata secreta causæ, potest vt suspectus recusari. Sed dictũ Abb. est verius per glo. ordinariam in.c. dilectę. de testibus. vbi dicit, ꝙ non debet quis remoueri à iudicando, quia reuelauit ei secreta causæ, quia non habet iudicare secũdùm conscientiam, seu secundùm reuelata per partem, sed secũdùm legitimas probationes, quod dictum Abba. mihi placet. * Et quando aduocatus in causa datur iudex, tunc alteri eam delegat, glo. in.l. eos. C. de appella. in verbo, prouocatum. in fine. & ibi Salyce. & Ias. in.l. solet. ff. de iur. om. iudi. nume.1. & Bald. in.l. prætor. eius. titu. quod dicit notandum, & vi. Enricum in.c. cum speciali. de appella. & ita seruatur in practica secundum Angel. in dicta.l. eos. column.1. & tenet Par. de Put. in tracta. syndica. in verbo, potestas cum esset in offic. nu.11.* ¶Paul. de Castro in dict.l. quisquis. C. de postulan. dicit, quòd iste text. intelligatur tribus mo-
4 dis. ¶Primò †, quòd ille, qui fuit aduocatus in vna causa non possit postea in eadem esse iudex, quod dicit verum in iudice delegato, secus in ordinario. vt Specul. in titu. de iudic. delegat. §. superest. versicul. Item si fuit aduocatus. dum tamen causam ordinarius delegaret, si ab eo petatur, cùm sit suspectus propter officium aduocationis, quia videtur habere affectum ad causam, in qua fuit aduocatus. & ista est iusta causa recusandi, & sic habet iurisdictionem mero iure.* Vt Ioã. Andr. ibi in additio. ad Specu. quod videtur secutus Albe. in.l. fi. C. de assessori. in fi. & Iaso. in.d.l. solet, vbi tenet, quòd valet sententia si non recusetur*. ¶Sed delegatus videtur, quòd ipso iure non habeat, vt sit aliqua differẽtia inter delegatum, & ordinarium. ¶Secundò dicit Paulus de Castro, quòd potest intelligi è
5 conuerso, quòd ille, qui fuit iudex † in causa, nõ possit finito officio esse aduocatus in ea, sed, vt suprà dixi, Cyn. non tenet hoc, imò cõtrarium, & sic, quòd potest esse aduocatus: quia non est eadem causa suspicionis: quia iudex non præsumitur habere affectionem plus ad vnam partem, quàm ad alteram. Sed in isto casu dicit Paul. sibi videri, & honestum esse, quòd si dedit sententiam in vna causa pro vna parte, non possit finito officio suo in causa appellationis sumere officium aduocationis pro illa parte, vel saltem non debet, quia tũc resultat suspicio, quòd faueret illi parti, vel cùm intellexit secum illa. Sed si non dederat sententiam securè potest acceptare officium aduocationis. Sed in

hoc cõtra Pau. de Castro est hodie Pragmatica in pragmaticis aduocatorũ. 17. ĩ ordine, quæ incipit, *Otrosi mandamos*. vbi tenet, ꝙ iudex, qui sen-
6 tentiam † pronuntiauit, contra eam in causa appellationis aduocare non potest, tamen potest eam defendere allegando iura, interest enim sua: dummodo ex hoc salarium à partibus non percipiat. Idem tenet Montal. in. l. 2. titu. 2. foro legum. lib. 2. in glo. *sin derecho*. in fine. allegando Innocen. in cap. verum. de foro compet. & Archidi. in. §. in hoc. 2. q. 6. Et facit cap. dilectus. de rescrip. vbi Feli. penulti. colũ. versi. quarta declaratio. & sic, ꝙ in hoc dictum Paul. non sit verũ. Imò nõ solùm finito officio potest suam defendere sententiam, sed etiam eo durante potest legitimè assistere pro defensiõe suæ sententiæ, & instruere, & producere acta & monumenta causæ pro sententia per eũ latà faciẽtia in causa appellationis. vt Lucas de Penn. in. l. apparitores. C. de exacto. tribu. lib. 10. versi. quod facit. quia secũdũ eũ iudex ad hoc est admittendus, vt euitet infamiã, & pudorẽ suũ seruet illæsum. arg. in l. quæ omnia. ff. de procura. versicu. omnia. & faciũt quæ notãtur in. l. si suspecta. in gl. 2. ff. de in offi. testa. & quod notat Archidi. in. c. hoc etiã. 2. q. 6. Et tenet Bal. in. c. accedẽs. vt lit. non cõtesta. nu. 4. dicendo, quòd iudex debet defendere suũ processum, quia debet defendere suũ decretũ & missionem. vt. l. si quis est missus. ff. ne vis fiat ei. ¶ Licet contrariũ videtur, quia producere testes, vel instrumẽta non cadit in aliũ, quam in partẽ principalẽ, vel suũ procuratorem. vt notat Inno. in. c. veniẽs. de accusatio. ¶ Quia in hoc dictus Lucas de Penna distinguit. Aut iudex qui sentẽtiã tulit, procedit ex officio suo, aut ad partis petitionẽ. Primo casu vocãdus, & admittendus est ad defensionem sententiæ, & probationes inducere poterit pro defensione ipsius. Nã prout dicit Innoc. in. c. cũ speciali. de appel. appellatio non mutat naturam causæ. sicut ergo in principali procedebatur sine parte, & iudex solus loco partis erat, sic & in causa appellatiõis procedi poterit sine parte, & iudex solus loco partis habetur, & poterit quod pars potest, scilicet probatiões inducere. vt notat Innoc. in. ca. in nostra. de probatio. in gloss. qualiter recipiũtur. vbi apertè tenet, ꝙ si iudex primæ causæ ex officio processit, vocabitur quando petitur sententia reuocari, secus vbi non ex officio. ¶ Secundo casu, quãdo ad partis petitionem processit, non est admittendus. Et sic dicit Lucas de Penna. quòd fuit per illum determinatum de consilio doctorum, cùm ipsum consilium peteretur. Veruntamen dicit ipse Lucas de Penna, ꝙ id, quod dictum est de iudice à quo appellatur sustinere partes officij sui, seu onus partis, quas ipse in principali sustinuit in causa appellationis & coram ipso iudice, non videtur congruè dictum, cùm lata sentẽtia iudex fuerit functus officio. l. iudex. ff. de re iudic. & appellatione interposita, extinctum fuerit pronuntiatum l. prima, §. vlti. ff. ad Turpillia. Non ergo videtur admittendus ad prosecutionem ipsius negotij, ne sit præsumptio contra eum, quòd aduersus condemnatum ex aliqua animi passione ꝓcessit. ¶ Magis ergo dicit videri honestum, ꝙ sicut iudex causæ principalis vigore officij, & cõtemplatione vindictæ publicæ subijt partes actoris in principali, ita iudex appellationis. & tenet Ange. in tracta. maleficiorum. in parte, præsente dicto Gaio appellãte. versi. quæro quãdo appellatur. nu. 27. Et ex hoc dicto Luc. de Pen. credo extractã fuisse quãdam pragmaticã, quæ est in volumine pragmaticarũ lex. 47. §. 5. quæ incipit. *Otrosi, porque a nos es hecha relacion*. vbi cauetur, quia aliquando Correctores, vel sui locũtenentes ex officio procedunt contra delinquẽtes, qui appellant ad curiam regis, & iudices vt euitent expensas, nolunt sequi causas: cauetur, quòd dicti iudices cancellariæ iubeant fiscali regio, & ipsa lex iubet, quòd assumat causam, & in ea procedat, allegando ex parte curiæ, & regis, & damnificatorum. quam vide, quia sic vtitur. ¶ Et idem tenet Angel. de malefic. in. d. suo tracta. in dict. parte, præsente dicto Gaio appellante. num. 27. vbi dicit, quòd syndicus, vel fisci procurator, cuius interest, est citandus. & ibi per Augusti. de Arimi. in additio. & dicti iudices debent citari, vt mittant processum, informationes, & acta causæ. In tantùm, quòd dicit Abba. in dict. capit. cum speciali. de appellatio. nume. 8. allegando Federic. in consilio suo. 254. quòd processum est nullum, si iudex, qui processit ex officio, non fuit citatus per iudicem, ad quem allegat Innocent. in capitu. penulti. de re iudi. quod dicit Abb. sibi placere, quia est loco aduersarij. ¶ Rectè fuit enim illa pragmatica facta: quia, prout dicit Lucas de Penn. vbi suprà, iudex à quo appellatum est, non videtur posse pro hac causa deserere Imperium, id est, iurisdictionem sine permissu principis. vt in. l. 3. ff. ad. l. Iuli. maiestá. nec portabile est terram esse sine rectore. vt in authenti. de admi. prope finem. colla. 7. & vt dicit Innocẽ. in capitul. significauerunt. de iudicijs, periculosum est sine regimine terram esse. ¶ Tamen contra Lucam de Pen. Inquantũ tenet, quòd quãdo procedit ad partis petitionẽ nõ est admittẽdus ad suã sentẽtiam

tiā defendendā.est tex. expressus de nostro iu-
re Regio in.d.pragmati.aduocatorū,ibi in quā-
tum tenet. *Pero bien pueda assistir con los abogados*
de la parte appellada en cuyo fauor pronuncio defendiē
do su sentēcia, e allegando derechos en su fauor. ¶ Sed
credo, quòd opinio Lucæ de Pen. sit vera, & re-
ctè vocetur Lucas de Penna: quia lucem dedit
tribus libris. C. & debet intelligi, quòd non est
admittendus contra suam voluntatem, nec ad il
lud est compellendus, sed si spontè vult, bene
admittitur. vt tenet Augusti. in additio. ad An-
gel. in. d. tracta. malefic. in dict. parte, præsente
dicto Gaio appellante. versi. quæro quando ap
pellatur. numer. 27. vbi de hoc. & sic dicit dicta
pragmatica: *bien puede assistir*, quod verbum, po-
test, non importat necessitatem. vt Abb. in cap.
atti. clerici. de iudic. in. §. de adulterijs. Bartol. &
Alexan. in. l. quòd seruius. ff. de condi. ob caus.
& idem Abb. in dict. capitul. cum speciali. de ap-
pella. num. 8. ibi dum dicit, quòd quando iudex
procedit ad instantiam partis, nec agitur ad pu
niendum iudicem, potest iudex assistere in pro
cesso, licet necessariò non sit vocandus. Dicit, q
hoc casu poterit iudex appellare, si sententia sua
retractatur, quia iudex potest assistere in hoc
casu. ¶ Sed quādo agitur ad pœnas iudicis, sem
per est vocandus, siue processerit ad instātiam,
siue ex officio, cùm agatur de suo præiudicio, &
in præiudicium absentis nil est innouandum. c.
1. de causa pos. & propriet. secūdùm Abb. vbi su
prà. de quo per Augustin. de Arimi. in additio.
ad Ange. de Aretio. in dict. tracta. malefi. vbi su
prà. & per Barto. in. l. 1. §. reus. ff. ad Turpilia. &
ibi per additio. & per Alexan. in. l. de vno quo-
que. ff. de re iudi. & Ludo. Roma. in consil. 343.
col. 3. versic. 2. ad idem. vbi tenet, quòd ad irrita
tionem sententiæ, quam iudex promulgauit ex
processu per eum ex officio proprio instituto,
citandus est ipse iudex pronuncians, quia ad eū
isto casu pertinet defensio suæ sententiæ, & pro
cessus: aliàs autem sententia ipsa irritatiua quadā
cum nulla est, nec præiudicialis. per d. Federic.
in consil. 205. allegans Hosti. in cap. n. de ociu-
di. per text. optimum in capitul. in canone hoc
etiam. 2. q. 6. & per dictum Innocent. in dict. ca.
cum speciali. & in. capi. in nostra de procura. &
per Barto. in dict. l. 1. §. reus. & per Bal. in. l. nam
ita diuus. ff. de adoptio. * Et vid. quæ dixi supra,
in. c. 1. in gloss. donacion. num. 21. in additione.
& vi. Bald. in. l. obseruare. §. proficisci. ff. de offi-
cio procōsul. & legat. nu. 13. versi. 28. quæritur,
vbi tenet q iudex non debet de necessitate cita
ri, vt defendat ea, quæ facit ratione iurisdictiōis
nisi de eius pœna tractetur: quia tūc requiritur
citatio.

q iudex citetur. vt per Inno. in. c. cū speciali. de
appella. & tunc si non citatur sibi non præiudi-
cat vt in. l. Lucius. ff. de infam. quod nota vel ali
ter potest intelligere vt Bal. ibi in. d. l. Lucius, Ti
tius. nume. 3. quod non est citandus quando nō
procedit ex officio sed ad partium petitionem:
quia tunc si partes agant de retractanda senten
tia iudicis & licèt possit defendere suū proces-
sum non est citādus: quia causa secum nō est. *
¶ Tertio modo intelligit Paul. de Castro istum
7 tex. in. d. l. quisquis. scilicet, quòd eodem † tem-
pore, quo quis est iudex, non debeat tanquam
aduocatus vnius ex partibus allegare pro ipsa.
Et ita dicit, quòd faciunt cauti iudices, quando
vna pars ducit aduocatum, & altera non, nam
dicit illi, Ducas aduocatum tuum vt respōdeat
aduocato alterius partis, quia non intendo esse
iudicem & aduocatum pro te. Sed præsentibus
aduocatis vtriusque partis, si alter ipsorum defi
ceret in respondendo, potest supplere de iure al
legando meliorem legem, vel rationem. vt in. l.
vnica. C. vt qui desunt aduoca. & istam credit
Paul. fuisse mentem illius literæ. l. quisquis. &
istius capituli est. ¶ Tamen iudex volens audi-
re istos aduocatos partiū, nō tenetur: quia præ
sumitur doctus, nec dicitur grauare partes. In-
nocen. in capi. pastoralis. de causa posse. & pro-
prieta. & Bald. in margarita. in verbo, iudex. ver
sic. 66. sed facit se suspectum, etiam si causa erat
clara. Lanfran. de Oria in Clem. sæpè. de verbo,
8 signi. in versic. de plano. ¶ Adde, q aduocatus †
electus pretor alicuius ciuitatis, debet finita pre
tura redire ad aduocādū. ita Bar. & clarius Bald.
in. l. si quis. C. de aduocatis diuerso. iudi. & dicit
esse argu. de abb. q depositus remanet mona-
chus sicut prius, & habet vocē in capitulo sicut
simplex monachus, quod intellige, quādo non
priuatur propter demerita sua, vt And. Barb. in
additio. ad Bal. ibi. ¶ Eodem modo sicut iudex
9 nō pōt esse aduocatus, ita nō potest esse † iudex
in causa sua. vt in. l. 1. p. ti. 4. par. 3. versi. *e por ende.*
vbi habetur, q nemo in causa propria sit iudex,
nec locū duorū teneat. s. iudicis, & actoris. text.
in. l. vnica. C. ne quis in sua causa ius sibi dica. Et se
cundùm Cyn. ibi est ratio: quia fauor, & odium
peruertūt iudiciū. [illegible] maledictus homo qui par-
tē suā deteriorē facit. Et nō obstat tex. in. l. pro-
ximè. ff. de his qui test. delent. & l. hic Tiberius
Cæsar. ff. de hæred. instit. [illegible] quia loqu[illegible]
in imperatore, qui potest esse iudex in causa
sua: & eodem modo ille, qui non habet superio
rem, sub quo litiget, nec recognoscit superiorē.
¶ Attamen licet possit iudicare in sua causa, re-
gulariter, constituit alium iudicem, scilicet, pro-
curato-

curatorem Cæſaris, & procuratorem Fiſci, qui de cauſis ſpectātibus ad eum cognoſcunt. vt in l.procurator. C. de edendo. & vtrobique Cyn. & Alex.cōſi.35.in primo volu.& Iaſ.in addi.ad Por.Inſtit.de autho.tuto.in fine. Et Anto.in.c. cùm veniſſent.de iudi.prout ibi Abb.nu.6.refert concludendo cum Cyn. ¶ Et quòd papa in cauſa ſua patrimoniali,aut ciuili perſonam eius tangens,poteſt cognoſcere de abſoluta poteſtate,ſicut dicimus in imperatore.vt glo.ibi.& Innocen.in cap.ex parte.de verbo.ſignifica.tenet idem dicendo, quòd debēt eligi arbitri: vel poteſt ipſe cauſam delegare:quia imperator in cauſa fiſcali dat procuratores, qui habēt ordinariā, fortius poterit papa dare delegatum.& videtur ſentire glo.in cap.cùm dilecta. de confirmatione vtil.vel inutil. vbi poterit eſſe iudex in cauſa ſuæ eccleſiæ,& ſic ſentit, quòd nō in propria cauſa ꝓcedit.ſecūdùm Abb.vbi ſuprà. de honeſtate:ſecus tamē de abſoluta poteſtate,quia poteſt ipſe cognoſcere.ſecūdùm Bar.& Cyn.in.d.l.vnica.putà ſi papa requiritur ab aliqua muliere aſſerēte ſe eſſe vxorē illius, & ipſe negat, ipſe non cogitur ſtare iudicio alicuius,ſed poteſt excipere,dicens,Dominus eſt,qui me iudicat glo. in cap.Guiliſarius. 23.q.4.ſuper verbo,anathematizari.glo.in.c.ſi quis pecunia.79. diſtinc.& c.aliorum.9.q.3.¶Et quod dixi, quòd non recognoſcens ſuperiorem poteſt eſſe iudex in cauſa propria,limita eſſe verum,quando procedit cōtra ſubditum ſuum,quia tunc poteſt eſſe iudex in facto proprio:ſecus ſi contra non ſubditū,vel ſaltem non omnino ſubditū,quia tūc debet cōueniri corā papa.vt tenet Abb.in.c.nouit.de iudicijs.colū.6.nu.16.quod dicit eſſe ſatis rationabile,& notabile. Quod ſecus eſt in alijs iudicibus inferioribus, qui non poſſunt de ſua cauſa cognoſcere.vt per Abb.in.d. ca. cùm veniſſent. ¶In tantum non poteſt iudex eſſe in cauſa ſua, ꝙ etiam ſi aduerſarius conſentiret nō pōt illum facere iudicē in ſua cauſa: quinimo nec tāquam arbitrū poteſt in eū cōſentire.prout tenet Abb. in.d.c.cum veniſſent.nu.12. ¶Et nō ſolū de ſua cauſa cognoſcere nō poteſt, verum etiā non po
qñ verbũ potest, ponitur in oratiõe dispositiuè per se principaliter: secus si poneretur inciden ter per modũ cõditionis, vel causæ. vt in.l. 1.ff. de iniusto ru.& ibi gl.& hoc qñ verbũ, potest, refertur ad hæredẽ, quia tũc importat necessitatem prçcisã. gl.in.d.l.peto. secundũ Ias.in d.l.gallus.nu. 27. ¶Et idem est quãdo verbũ potest ponitur in dispositione negatiua quia tũc inducit necessitatẽ prçcisam, quia priuat potentiam.vt gl. singu. in. c. 1. in verbo, non potest.de reg. iur.in.6.quæ istã differentiã facit & Bar. vbi suprà.& in.d.l. 1.ff.de iniusto rupt.n. 1. & ibi per Ale.in.addi. De qua additione vide per Ale. & Iaso.in.l. ꝙ seruius.ff.de conditione causa data nu.6. ¶Sed quando ante verbum, potest, præcedit negatio posita, ab nõ habente potestatẽ præcisam priuandi, quia ponitur à priuato paciscente non importat prçcisam necessitatẽ. Ita Ias.in.d.l.gallus.n.23. ¶Secundò nõ importat necessitatem, licet ante verbum, potest, præcedat negatiua, quando resultaret absurdus intellectus, nam tunc importat solum præsumptionem.vt Abb.in.c.quãto.de præsumptio. quod dicit esse notandum ad saluandum dictũ testis, prout tenet Ias.vbi suprà. ¶Conclusionẽ Bart. ꝙ verbum, potest, affirmatiuè prolatum in legibus contractibus, & rescriptis, nũquam importet necessitatem præcisam, sed solùm causatiuam. ¶Limita, quando verbum, potest, est relatum ad iudicem, vt in isto capitulo, tũc importat necessitatẽ prçcisam, quando ab eo petitur. ita Angel.& Fulgo.in.l. 1.ff.de iuri.omni.iudi. per illũ tex.cũ gl. in verbo potest, qui addit, & debet. ¶Et in fauorem Angel. & Fulgosi. facit quod tenet Bal.in.d.l.gallus.quod si statuto caueatur, ꝙ potestas possit inquirere de quocunq; maleficio, licet vtatur verbo, possit, tamẽ importat necessitatẽ, ꝙ iudex teneatur inquirere, aliàs punitur in syndicatu de negligentia. quod est notabile secũdũ eũ, & Rapha.Cuma.ibi seq̃tur. quia iurisdictio importat necessitatẽ. vt in.d.l. 1.ff.de iuri.omni.iudi. ¶Sed Alexã.in.d. l.gallus nu.4.dicit, ꝙ nõ putat verũ dictũ Bald. quia iudex regulariter nõ põt per viã inquisitiõis procedere, sed per viã accusatiõis. vt in.l.rescripto. §.si quis actiõe.ff. de muneri.& hono. & in.l.2. §.si publico.& ibi Bar.ff.de adulte.vbi ponit fallentias. si igit̃ statutũ dispõnit, ꝙ possit inquirere de quibusdã maleficijs, apparet, ꝙ nõ ponit regulã, sed fallẽtias. ¶Prçterea contra Bal.& Rapha. est text.in.l. nõ quicquid. & ibi Bal.ff.đ iudi.& ibi expressius Ange.dũ ait, ꝙ si statutũ dicit, ꝙ iudex ex indicio famæ præcedẽtis de maleficio cõmisso possit ponere reum ad torturã, nõ facit iudicẽ teneri eum ponere ad torturã, q dicit emanasse illud statutũ ad tollẽdas opiniões cõtrarias doctorũ super illa quçstione, vtrũ fama sit sufficiẽs indiciũ ad torturã. Vñ dixit Alex.vbi suprà, ꝙ licet dictũ Bal.sit in se verũ, quãdo procedit statutũ per modũ regulæ, secus per modũ fallẽtiæ, quia nõ possit sustineri, licet magna sit authoritas.Bal. Quã opinio Alex.sequit̃ Ias.ibi.n.26.vbi quoq; ipse dicit, ꝙ dicta limitatio Bal.nõ sit vera per.d. l.nõ quicquid.& per.l.1.C.quomo.& quãdo iudex. & ꝑ tex.in.l.sæpe audiui Cæsarẽ.ff. de officio prçsi. vbi verba imperatoris fuerũt relata ad iudicẽ, & tamẽ verbũ, põt, parte petẽte, nõ importat necessitatẽ præcisam. Et ad tex.in.d.l. 1. ff.de iuri. omni.iudi.respõdet, ꝙ ibi stat propriè, dũ dicit postea absq; subauditione glossæ: quia tex.ibi vult ostẽdere quãtã potẽtiã habeat officiũ iudicis, & sic quãtũ possit, nõ autẽ, an teneatur. ¶Secũdò limita, quãdo diceretur, possit, & debeat, ista verba geminata simul posita importãt necessitatẽ præcisam.vt in.c. 1.in verbo, possum⁹, & debeamus.vt ecclesiasti.benefi. & in. l. prætor.in principio.ff.de edẽdo.& in Clemẽ.secũda, cũ glo.in verbo, debẽt de statu mona. Facit tex.in.c.eã te.de rescrip.ibi, mãdatũ dedimus & præceptũ.licet ista nõ sit propriè limitatio, qa est ꝑpter verbũ debet. ¶Tertiò limita, ꝙ si episcopo dat̃ potestas dispẽsandi cõtra i⁹ per verbũ, põt, intelligit̃ ꝙ si dispẽsatio sit necessaria ecclesiæ,

desiæ, vt notatur. 1. quæstio. 7. ca. exigunt. tunc episcopus potest præcise compelli per superiorē ad dispēsandum, & sic tunc verbum, potest, importat necessitatem præcisam. Ita Archidi. singulariter in. c. cùm ex eo. de electio. in. 6. & ibi Ioann. Andr. in nouella vt refert. Ias. in. d. l. gallus. nu. 26. & ibi sequitur Franciscus de Aretio. 2. col. versic. & ad materiā. ¶Quartò limita quando verbū, potest, est prolatū à legislatore, tunc importat potentiā, & voluntatē, & non actū, & sic necessitatē, est verū, quādo refertur ad iudicē, vt dictū est in. 1. limitatione. Secus quando refertur ad partē, quia tūc significat necessitatē, & potentiā deductā ad actū. vt est tex. notabil. in. l. 3. §. si quis acceperit. & ibi Barto. ff. de statu lib. & plenius in dicta. l. 1. ff. de iniust. rup. & Bal. in. l. 1. 8. q. C. de institu. & substitu. & sentit Frāciscus de Are. vbi suprà, in versi. in gl. posito. & ibi Ias. num. 16. ¶Quinto limita, vt dixi. quando ponitur verbum, potest, præcedēte negatione, & sic nō potest: quia inducit necessitatem præcisam, & priuat potentiā. per. d. glo. ordina. in regula. 1. de regul. iur. in. 6. & Bar. in. l. de his de transa. & Bal. in. l. 1. col. penul. C. qui admitti. & sic infert Franciscus de Are. & Ias. ꝙ si iudex concedat secundā dilationē sine causę cognitione, quòd cōcessio est ipso iure nulla. cùm tex. dicat in. l. 1. C. de dilation. priusquā semel tribui nō pōt. & verbū, potest, cū negatiōe præcedente inducit necessitatē præcisam, & potentiā priuat. ¶Quoq; facit illud, qđ tenet, Bart. in l. cùm lex. ff. de fideiusso. n. 6. vbi tenet, ꝙ si statutū dicit, ꝙ mulier, vel minor nō possit contrahere sine cōsensu duorū propinquorū, ꝙ si cōtrahit sine eorū cōsensu, talis cōtractus nō valet adeò, ꝙ impeditur naturalis obligatio: quia dicendo, nō pōt, aufert facultatē, & potestatē contrahendi. Quod facit ad. l. 54. & ad. l. 55. & ad. l. 61. de Toro, vbi mulier non pōt cōtrahere, nec se obligare, vt ibi cauetur. ¶Adde quoq;, quod tenet Abb. in. c. 1. de causa posse. & proprie. vlti. not. vbi cōtra partē inauditā nil possumus diffinire, & sic negatiua ibi præponitur, verbo, pōt, & sic est necessitatis præcisæ, & remouet potentiam. Vnde secūdū Ias. vbi supra. nu. 18. est tex. ꝙ etiā papa, vel imperator nō possunt, parte nō citata, causam diffinire, etiā de plenitudine potestatis. vt ibi plenius per Abb. & tex. in Cle. pastoralis. §. cæterū. de re iudi. & Bald. in. l. fi. C. de legibus. ¶Et vi. Ang. singulariter in. l. si accusatoribus. C. de accusa. vbi tenet, ꝙ papa, vel imperator etiam de plenitudine potestatis nō possunt in sententia supplere defectum citationis cōtra nō citatū, quia aufert sibi ius defensionis ꝙ est de iure naturali, & immutabili. vt in dict. Cle. pastoralis. §. cæterùm. & latissimè per Ioa. Monachū picard. Card. in gloss. extrauagan. in extrauaganti, quæ incipit, Rem non nouam. in titu. de dolo. & cōtuma. in verbo, non obstantibus aliquibus priuilegijs. vbi mirabiliter. & per Abba. in. c. cùm olim. de re iudi. nu. 20. cū sequētibus. vbi vide quid in notorijs, an in eis procedatur sine citatiōe. & Mont. in. l. fi. titu. *de las herencias*. for. ll. lib. 3. in gl. magna. col. 18. cū sequētibus. & Oldra. cōsi. 43. Franciscus de Are. cōsi. 62. Alex. in. l, de vno quoq;. ff. de re iudic. & ꝓbat tex. in capitul. nos in quēquam. & c. Deus. 2. quæstio. prima. & in. ca. quę notorijs. ea. caus. & quæst. & tex. in capi. iudicas germanum. 3. q. 9. & capit. accusatum. de simoni. ibi, necesse habuimus citandi. Quod est verum, nisi in aliquibus casibus, in quibus iudex priuatus potest ꝓcedere sine citatione. vt per Maria. in rubrica de dilatio. folio. 30. ¶Adde quoq; quod notat Abba. in cap. 1. de fide instrumen. in. 2. notabil. vbi tenet, ꝙ papa vel imperator, nō potest dare fidē scripturæ nō authenticæ in præiudiciū alterius partis, ex quo ibi in tex. negatiua præcedit verbū, pōt, & sic denotatur necessitas præcisa, & remotio potētiæ: qđ intellige, vt ibi per eū. ¶In simili adde ad supradicta qđ tenet Anto. de Butri. in. c. præterea de dila. col. 5. vbi dicit de facto dixisse, quòd si statutū disponat, ꝙ iudex non possit exercere iurisdictionem suam vltra limites suæ iurisdictionis, quòd tunc nō poterit pronuntiare se iudicem competentem, quādo per hoc excederet terminos suæ iurisdictiōis, & sententia esset nulla, per ea, quæ notantur in capi. si iudex, de sentē. excommu. in. 6. Et hoc dictū pro singula. sequitur Alex. in consilio. 77. in. 3. volumi. nu. 3. & ita limitatur regula. l. si quis ex aliena. ff. de iudi. & l. 2. ff. ne qui eum qui. ¶Sed cōtra istam communem regulam ab omnibus indifferenter approbatam facit tex. fortiter in l. obligari. in principio. ff. de author. tutor. vbi text. dicit, quòd pupillus non potest obligari sine authoritate tutoris. & sic ibi negatiua præcedit verbum, potest, & tamen si est pupillus proximus pubertati, obligatur sine tutore naturaliter. vt in. l. 1. ff. de noua. & in. l. si pupillus. ff. ad. l. falci. ¶Et propter istos text. Ludo. Roma. in. l. stipulatio ista. §. alteri. in. 3. col. ff. de verbo. oblig. tenet cōtra dictā gl. in. d. regu. 1. de reg. iuri. in. 6. & reprobat illā. Sed tu secūdū Ias. vbi suprà, num. 20 responde eā sustinendo: quia text. in dict. l. obligari. in principio, loquitur de efficaci obligatione, quia pupillus sine tutoris authoritate efficaciter obligari nō potest: & quantum

tum ad hoc denotat impoſsibilitatẽ de iure. Facit tex. in. l. cõtra iuris regulas. in principio. ff. de pactis. tamen ſi eſt proximus pubertati, & habeat aliquem intellectum, poteſt ſine tutore naturaliter obligari, quia talis obligatio naturalis eſt inefficax. ¶Secundò contra dictam regulam facit. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ff. de verbo. oblig. & §. alteri. & §. ſi quis alij. inſti. de inutil. ſtipula. vbi iſta iura dicũt, alteri ſtipulari nemo poteſt: & ſic negatiua pręcedit verbũ. poteſt: & ſecundùm iſtam regulam priuat potentiam, & reddit actũ ipſo iure nullum. Et tamẽ iſtud eſt falſum: quia ſi quis ſtipulatur alteri, ſtipulatio non eſt ipſo iure nulla: patet, quia illi acquiritur naturalis obligatio. vt gloſſa. in. d. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. in verbo, intereſt. & Bartol. ibi. & Iaſ. Præterea, & fortius ſi ſtipulatio alteri facta eſſet ipſo iure nulla, etiam adiectio pœnæ eſſet nulla ipſo iure: quia ſi non valet principale, non valet etiam adiectio pœnæ acceſſoria. vt in. l. nõ dubium. C. de legi. l. cùm principalis. vbi gloſſ. magiſtra. ff. de regul. iuri. & tamen ſi ſtipulationi alteri factæ adijciatur pœna, valet, vt dicunt text. prælleg. ¶Bartol. in dict. l. cùm lex. ff. de fideiuſſo. reſpondet huic difficultati. penulti. column. & dicit, quòd text. in dict. §. alteri. loquitur per verbum de præſenti, ſcilicet, alteri ſtipulari nemo poteſt: & ſic ius non aſsiſtit obligationi illi, ſed non prohibet aliquid in futurum, nec in futurum aliquam facultatem aufert. Sed quando lex vtitur verbo futuri temporis, & ſic ſecus eſſet. ¶Sic in propoſito noſtro ſi lex dixiſſet, alteri ſtipulari nemo poſsit, & ſic vteretur verbo futuri temporis, tunc bene lex diceretur reſiſtere, & ſic actus factus ipſo iure non valeret. Sed Iaſo. vbi ſuprà, num. 21. dicit, quòd eſt truſa, quia nõ tollit difficultatem de verbo, non poteſt, quod eſt in illis iuribus ſupradictis: quod licet ſit præſentis temporis, tamen pręcedẽte negatione deberet inducere neceſsitatem. Aliam ſolutionem ponit Iaſ. vbi ſuprà, quem vi. nu. 22. ſed in fine dicit quòd retinet opinionem gloſſæ. in dict. regula prima. quam Bartol. & omnes ſequuntur, ideo tu eam ſequere cum limitationibus dictis,

SVMMARIVM.

1 *Iudex tenetur ſuam iuriſdictionem defendere quando eſt in poſſeſſione.*

2 *Iudici infertur iniuria, ſi in iuriſdictione, quam poßidet, turbatur: & poteſt eã reſiſtere armis materialibus, & legalibus.*

3 *Iuriſdictionẽ poßidere, vtilitas eſt: quia ſi turbatur in ea, poteſt defacto reſiſtere, & impedientes punire, etiam ſi ſint clerici.*

4 *Epiſcopus, qui ab eccleſia ſubiecta non recipitur ad procurationem debitam, an poteſt frangere oſtia domus eccleſiæ, & violẽter intrare. Et quid de canonico, qui ad eccleſiam non admittitur. Et quid de illo, quod factum eſt in re mea, & à me poſſeſſa, an poßim mea authoritate illud deſtruere.*

5 *Iuriſdictio ordinaria impediri non debet per occupationem.*

6 *Libellus contra iuriſdictionem impedientem.*

7 *Pro iuriſdictione competit non ſolùm interdictum, vti poßidetis, ſed etiam competit actio confeſſoria, & negatoria.*

8 *Iuriſdictionem iudex defendere debet, & impedientes punire, etiã ſi impedientes ſint penitus extranei à ſua iuriſdictione.*

9 *Parere qui non vult iudici vel ſuam iuriſdictionem impedit, dicitur rebellis.*

10 *Eximens à manibus familiæ poteſtatis captum pro aliquo delicto, pro quo eſſet condẽnatus, dicitur impedire, & perturbare iuriſdictionem, & in crimen læſæ maieſtatis incidit.*

11 *Clericus ductus per officiales temporales, poteſt eis auferri, quia illicitum committunt.*

12 *Eximens à manibus familiæ iniuſtè condemnatum, an puniatur.*

13 *Eximens in carcere poſitum, punitur. vide fallentias hic.*

14 *Fugere faciens carceratum pro debitis priuatorum, an teneatur ſatisfacere creditoribus.*

15 *An occultans debitorem alicuius, & non patiẽs eum capi teneatur ad debitum.*

16 *Qui notificauit debitori alicuius, quòd fugeret, quia creditor ſuus ordinauerat facere eum capere, & detinere, tenetur creditori ad debitum ſoluendum.*

17 *Impediens me quo minus aliquam vtilitatem cõſequar, contra eum habeo ad intereſſe regreſſum.*

18 *Receptantes ſalitos, vel qui fregerunt, & propter*

pter hoc conueniri non possunt, an teneatur ad interesse.

19 *Receptator quis dicatur.*

20 *Occultans, vel faciens fugere officialem tempore syndicatus, an pro eo teneatur.*

21 *Contra eximentem aliquem de manibus familiæ probatur interesse per creditoris iuramentum.*

22 *Auferentes captum à familia, seu eximentes aliquem de carcere, quilibet in solidum tenetur, & vnius solutio non prodest alteri.*

23 *Eximens soluendo an debitor liberetur.*

24 *Perquisitor, seu delegatus iudex, an potest suam iurisdictionem defendere.*

25 *Pro iurisdictionis defensione iudex delinquens an teneatur ad satisfactionem delicti ipse, vel ciuitas, pro qua defensionem fecit.*

26 *Delictum commissum à prælato, seu iudice, collegio, seu consilio vocato, & communicato, redundat in damnum collegij, & ciuitatis. numer. 29.*

27 *Ecclesia, seu conuentus, & ciuitas obligatur, si ratum habuit, quod factum est per prælatum, seu per iudicem.*

28 *Consentire debent omnes de collegio, vel vniuersitate ad hoc, vt vniuersitas videatur fecisse, & non sufficit maior pars: quia quando tendit actio ad damnum, requiritur quòd omnes concordent: & contradictio faceret, ne videatur gestum ab vniuersitate.*

30 *Iudex dans damnum fauore suæ iurisdictionis de suo soluere non tenetur: sed respublica ad illius emendationem tenetur.*

31 *Priuatus intentans iudicium ad vtilitatem publicam, siue clericus ad vtilitatem suæ ecclesiæ, debent sibi refici expensæ à fisco, si vtilitas sit fiscalis.*

32 *Iudex potest de bonis communibus expendere pro amplianda ciuitate numero hominum & ciuium.*

33 *Iudex ex multis publicis potest aptare domum publicam.*

34 *Multæ impositæ per iudicem possunt per eum deputari in salarium aduocatorum, vel in refectionē alicuius rei spectantis ad rempublicam.*

35 *Iudex, qui dedit alteri damnum zelo iustitiæ, vt alij terreantur, & maleficia puniantur, non tenetur, sed fiscus tenetur pro eo.*

36 *Iurisdictionem cuius expensis defendere debet iudex,* & an dominus villæ duplicem in pascuis portionem habeat & in syluis cæduis: & si potest cum gregibus suis pastulari: & scindere ligna montium dum ibi habitat.*

37 *An domini locorum teneantur in his, & similibus contribuere.*

h
1 **Iurisdicion.** h Quam defēdere tenetur, † dum est in possessione: & si impeditur ab alio, potest armis, legibus, & processibus eam tueri. vt Bald. in Marga. Inno. in parte, iudex tuetur. versic. 37. Et hoc debet facere, si vt reus conuenitur, quia possidet. * Et ideo dicit Enricus in capit. 1. de tregua. & pace, & Peregrin. in parte bellum, in principio, quòd bellum dicitur licitum tam laicis, quàm prælatis pro defensione suæ temporalis iurisdictionis & si iudex extra suum territorium non potest capere reum, & si capit debet relaxari & si contra sic illicitè captum formauit processum, vel fecit executionem, tenet nisi sit appellatum, tamen iudex territorij in quo captus est potest suam vlcisci iurisdictionem: & tenet Paris de Puteo, in tractat. syndica. in verb. nisi contra officialem in fin. inquiens, quòd si vnus iudex exercet capturam in territorio alterius tenetur actione iniuriarum illi iudici in cuius territorio, vel iurisdictione exercet ipsam capturam, vel iurisdictionem: & clerici habentes temporalem iurisdictionem indistinctè possunt arma sumere pro defensione sua & suorū, tenet Enric. in. c. clerici arma. de vita & honesta. cleri. in fin. & vi. quæ posui suprà. in c. 1. in glo. 1. nu. 6. in fine. * ¶ Sed si agat vt actor, debet agere corā superiore, quādo vult consequi commoda iurisdictionis. vt dicit Bald. ibi notari in. l. de iure. ff. ad municipal. ¶ Et si turbatur † in iurisdictione, si eam possidet, iudici infertur iniuria, quia volūt eum expellere de territorio, talis potest resistere armis materialibus, & armis legalibus, banniendo, vel excommunicando. tenet singul. Angel. in. l. vt vim. ff. de iustit. & iure. versi. Item quæro iniuria. in fi. allegando Inn. in capit. venerabili. de censibus, addens, quòd cùm iste iudex non procedit vt iudex, sed vt pars, non est necessarius ordo iudicij. Et quòd sit licitum iudici suā iurisdictionē defendere, est tex. in. l. 1. ff. si qs ius dicē. nō obtemp. & Guido sing. 706. §. licitum.

tum.& glo.in capitul.quod super his.de maiori.& obedi.¶Et ideo dicit Petrus de Ferr. in forma libelli in actionem confesso.nu.8.quod est vtilitas
3 † possidere iurisdictionem:quia si possessor turbetur in ea extra iudicium, potest de facto resistere. Quod dicit valde notandum pro con

jurisdicion,[h] o del

seruatione iurisdictionum temporalium, & ecclesiasticarum, in quibus procedit illa vulgaris regula,vim vi repellere licet.vt in c.significasti.el.2.de homic.& ibi gloss.& in.l.1.C.vnde vi.& Ange.& Ferra.vbi suprà.& idem tenet Bart. in l.1.§.hoc interdicto.ff.de itiner.actuq; priua.n.2.&.3.quem vide.vbi credo Ange.extraxisse.licet Barto.non allegauerit.& idem tenet. Abb. in capitul.cum Vintonien. de elect.in fine. nu.14.vbi per eum.& in ca.1.de immunita. eccles. ¶Quinimo iudex secularis quando clerici aliquid attentant in præiudicium temporalis iurisdictionis,potest coercere clericos resistentes, & meritò:quia quilibet potest tueri suā iurisdictionem etiam pœnali iudicio.vt in. l. vnica. in principio.ff.si quis ius dicen.non obtemp.&Innoc.in.c.1.de offic.delega.Potest etiam nō subditos coercere.iuxta.c.Romana.de pœnis.in.6 & ob id iudices temporales in dictis casibus clericos multant,nec propter hoc incidunt in sententiam excommunicationis,nec faciunt cōtra libertatem ecclesiasticam: quæ licet sit tuenda, & amplianda, non tamen quod alijs ius suum auferatur.arg.c.ex tenore.de for. comp. non enim debet apponi laqueus fauore ecclesiarum.vt in capitul.mulieri.de iur.iur.& iurisdictio ecclesię tueri debet ob reuerentiam Dei, scilicet, iustè. Sed nullatenus iniustè:& sic contra eos potest procedi.prout tenet Bernardus Lauren. in tractat. de potestate seculari super ecclesiasticas personas.nu.13.cum sequētibus.tomo.5.tract. fol.vlti.442.¶Tamen dicit ibi,quod executio huiusmodi multæ pecuniariæ non debet fieri contra personam clerici,nec in bonis ecclesiasticis, quia non subijciuntur iudici temporali,sed executio fit in bonis immobilibus,seu in rerum tēporalitate,siqua habent,cùm talia bona temporalia subijciuntur iurisdictioni regum,& aliorū temporalium dominiorum.vt.ca.quo iure.8. distinct.& in.l.si captiuus.§.expulsus.ff. de capti.& post limi.reuers & Oldra.consil.59.& consi.17.& ita dicit dictus Bernar.quod seruatur. & vide quæ dicam in.ca.20.infrà eod.in gloss. *vsurpan.* num.9.¶Quod verò de episcopo,qui non reci-
4 pitur ab ecclesia subiecta † ad procurationem debitam, si potest frangere ostia domus ecclesiæ,& violenter intrare? Et quid de canonicis, qui non admittuntur ad ecclesiam,& ad capitulum?Et quid de illo,quod est factum in re mea, & à me possessa,an possim mea authoritate illud destruere? Vide Alexan.& doct.in.l.1.§.nūtiatio.ff.de noui ope.nuntia.num.2. cum sequētibus. ¶Et quod iurisdictio ordinaria per occupa-
5 tionem non debeat † impediri,tenet Ioann.Monachus in.c.cum episcopus.de offici.ordi.in. 6. & Bart.in.l.sepulchri.ff.de sepulchro. viol. nu. 3.vbi est concessum iudicibus suam iurisdictio
6 nem defendere.¶Et libellus † contra impedientem sic intētatur. Talis procurator talis vniuersitatis,vel domini nomine ipsius dicit,cum ipsa sit in possessione, vel quasi talis iurisdictionis turbat illam,& molestat,quo minus vtatur plenè & pacificè iurisdictione ipsa.Quare peto per vos sententialiter ei interdici,ne illam deinceps turbet,sed pacificè vti sinat possessione vel quasi iurisdictionis prædictæ,& illam in hoc potiorem esse sententialiter declarari:vt ponitur ista forma ab Specul.in titul.de causa posse.& propriе.§.1.nume.16.versic.porrò.vbi dicit hoc esse interdictum vti possidetis quod nota. Et quod istud interdictum competat,si turbatur in iurisdictione.tenet Bar.in.d.l.sepulchri.& in.l. vlti. ff.vti possi.& facit.l.sanæ mentis.ff.de iniurijs &.c.1.de offi.delega.¶Tu quoq; dic,quod non solùm pro ista iurisdictione competit interdictū
7 vti possidetis,† sed etiam competit actio confessoria,& negatoria,sicut competit pro seruitutibus rusticis,& vrbanis:vt notatur per Innoc.in cap.conquerente.de offi.ordi.& in.c. inter quatuor.de maior.& obedi.& in.ca.abbate.de verbo.signi.& tenet dictus Petrus de Ferra.in. d.libello.actio.confesso.in parte,plenam & omnimodam iurisdictionem.versi.& aduertendum. nu.8.& idē tenet Ias.in.§.æquè si agat.instit. de actio.nu.35.& idē.Ias.vbi dicit,quod ista est cōmunis opinio in.l.si prius.ff.de noui oper. nuntia. nu.4.& sic ego aliquando intētaui, & obtinui. ¶Intantum iudex pōt suā iurisdictionē defen-
8 dere,& impediētes punire,habet etiam † locū,si impedientes sint penitus extranei à sua iurisdictione.vt tenet Bar.in.l.oībus.§. is videtur. ff. si quis ius dicē.nō obtēp.in.fi.nu.6. vbi ait quod contra tales remedia ciuilia prodita sunt.vt.ff. nec quis eum,qui in ius voca.per totum.&.ff.de eo per quē factū erit. & in.l.1. C. de his qui latro. ¶Item in remedijs criminalibus. vt in authent. vt omnes obediant iudic.prouinc. §. accipiant. aliàs.arripiat.colla.5.sed in casibus,vbi remedia criminalia non apparent expressa.putat Barto. ibi.in dict.num. 6. quod iudex possit punire tales impe-

impedientes crimine stellionatus: quod habet locum, vbi deficit nomen delicti. vt in. l. 1. ff. de crimi. stellio. de iure canonico potest punire ex officio suo. vt in capit. 1. & ca. sanè. el. 2. de offi. delega. quod sequitur Alexand. in dict. §. is videtur. numer. 6. & Iaso. ibi. nume. 16. ¶ Talis enim
9 qui iudici non vult parere, † vel suā iurisdictionē impedit, dicitur rebellis. vt tenet Abba. in. d. c. sanè. el. 2. de offi. delega. nu. 4. & idē Bart. ibi, col. 3. versi. nota. ibi, cōtumax & rebellis. vbi ponit quoq; differentiā inter contumacē, & rebellem, & rebellis est, qn̄ de facto resistit. * Adde in proposito, quod singulariter Bernard. Larentius in tract. de potesta. secula. super ecclesiasti. personas. tomo. 5. tracta. fol. 441. cū seq. vbi ponit casus in quibus iudex secularis, seu temporalis coercere potest clericū: & sextus casus dicit, ꝙ est in. l. siquis curialis. C. de episcopis & cleri. vbi si curialis clerizetur potest per temporalē, etiam per manuum iniectionem ad curiam reuocari. & potest huius esse ratio, quia vbi aliqua sunt in cognitione & iurisdictione ex natura causæ iudicij temporalis potest cognitio seu iurisdictio exerceri per temporalem iurisdictionē in clericum: vt in. c. verum de for. Comp. &. ca. ex transmissa eo titul. quæ loquuntur in feudū & in. c. cæterū, de iudi. vnde si clericus resistat, tunc iudici seculari potest de facto repelli, & eius persona potest de facto à feudo exui sine metu excommunicationis secundum. Innoc. in. d. c. verum, & ex hoc inquit, quòd quotidie practicatur ꝙ in causis quæ pertinent temporalibus de iure, vel ex priuilegio, vel quando clerici aliquid attentant in preiudicium temporalis iurisdictionis, profecto iudices temporales possunt coercere clericos resistētes, & merito: quia quilibet potest tueri suam iurisdictionē & pœnali iudicio, vt in. l. vnica in prin. ff. si quis ius dicen. non obtemp. & Innoc. in. c. 1. de officio. de lega. quo casu iudex potest etiam non subditos coercere iuxta text. in. c. Romana. de pœnis. li. 6. & plene Innoc. in. d. c. 1. d̄ officio. deleg. & ob id iudices temporales in dictis casibus clericos multant: nec propter hoc putat eos incidere in excommunicationis sententiam, nec contra ecclesiasticam facere libertatē: quę licèt sit fouenda & amplianda, non tamē quod alijs ius suum auferatur. arg. cap. ex tenore. de for. comp. non enim debet apponi laqueus fauore ecclesiarū: vt in capitulo. mulieri. de iur. iur. vbi sunt concordantiæ: iurisdictio enim ecclesiæ semper tueri debet ob Dei reuerentiā, scilicet iustè, sed nullatenus iniustè, vt dicitur de pupillari causa: vt in. l. quotiens, nec vtique. ff. de administra. tuto. ex quibus dictus Bernardinus Laurentius dicit, & opinatur quòd iudices seculares contra personas ecclesiasticas iurisdictionem exercentes debito modo vtique non excedunt, & maximè quia hoc faciunt ex priuilegio iuris, vel papæ, aut saltem ipso papa sciente & tolerante: ad quod faciunt notata in capitul. quoniam de vita & honest. cleri. & Innocen. in capitul. 1. de tregua & pace: verum est tamen quòd tunc executio huiusmodi multæ pecuniariæ non fiat cōtra personam clerici, nec in bonis ecclesiasticis quia non subijciuntur iudici temporali, sed bene fit in bonis eorum temporalibus immobilibus, tamen cum mobilia sequantur personam iuxta. l. si captiuis. §. expulsus. ff de cap. & postlimi. reuer. & notat Dynu. in. l. etiam. §. patronus. ff. de bonis. liber. & plene Oldral. in consil. 59. & consi. 17. fiet igitur executio in bonis immobilibus seu in rerum temporalitate, si qua habent cum talia bona temporalia subijciuntur iurisdictioni regum, & aliorum temporalium dominorum: vt in capitul. quo iure. 8. distin. & ita inquit quòd seruatur: quod nota, quia ex hoc euenit practica, quam auditores cancellariæ habent iubere iudicibus ecclesiasticis sub pœna temporalitatis, & quòd sint extranei huius regni. & vi. per dictum Bernard. vbi suprà alios casus in quibus iudex temporalis potest coercere clericum vbi singulariter. * ¶ Et adde secūdum Iaso. in dicta. l. in omnibus. §. is videtur. numero. 6. quòd non solùm puniuntur impedientes
10 iurisdictionem, verum etiam eximentes † à manibus familiæ potestatis captum pro aliquo delicto, pro quo esset condemnatus: quia tales eximentes dicuntur impedire, & perturbare iurisdictionem, & incidunt in crimen læsæ maiestatis. tenet Bartol. per illum text. in. l. cuiusq;. ff. ad. l. Iul. maiesta. & in. l. legis Iuliæ. ff. ad. l. Iuliā. de vi publi. & Bald. notabiliter in. l. additos. C. de episcopa. audi. & Hippoly. de Marsi. in singul. 223. quem vide, & idem tenet Iaso. in. §. pœnales. insti. de actio. numero. 102. per dictum Bald. in dicta. l. additos. & per. l. fina. C. de oper. liberto. & per. l. 3. C. de exacto. tribu. libro. 10. & ibi per Andr. de Barulo & Guido. pap. singul. 300. & latius per eum in consilio. 211. vbi conclusiuè tenet, ponendo qualiter puniatur eripiens hominem à manu officiariorum, quòd aut eripitur homo condemnatus, vel condemnandus cum esset confessus de crimine: tunc talis eripiens incidit in crimen legis Iuliæ maiesta. vt per Bartol. in. dic. l. cuiuscunq;. si verò eripiatur aliquis non condemnatus. vel confessus: tunc talis eripiēs condemnari debet

debet ad mortem. in alijs autē casibus qualiter puniatur talis eripiens captiuatū à manu officiariorum. habetur in auth. vt omnes obedi. iudic. §. eripiat. colla. 5. ¶ Quod fallit, quando clericus 11 ducitur † per officiales tēporales, quia eis impunè pōt auferri, quia cōmittūt illicitū. Quod est verū, vbi cōstat eū esse clericū, aliàs secus, vt tenet singula. Guido papa in decisi. 73. in fine. & Bal. in. c. 1. de offi. deleg. in fi. ¶ Quoq; fallit, qñ condēnatus; qui eximitur à manibus familiæ, 12 esset † iniustè cōdemnatus, quia tūc eximēs nō punitur. tenet Hipp. de Marsi. in. l. 1. ff. ad. l. Cornel. de Sica. nu. 67. & in. l. 1. ff. de quæstio. 6. col. nu. 26. & 27. cū sequētibus. Sed de hoc dubito: quia licet iniustè captus, nō pōt eximi: vt infrà dicetur. ¶ Prædicta procedūt qñ aliquis eximit captū à manibus familiæ. ¶ Quid si aliquis exi-13 mit positum † in carceribus ab ipsis carceribus. Ioan. Fab. in. d. §. pœnales. dicit distinguendo. Aut erat captus ꝓ debito ciuili, & tūc eximens tenetur ad prīcipale debitū. p. d. l. 3. quę incipit, quotiēs, de exactori. tribu. lib. 10. quæ lex licet loquat̄ in fisco, habēt locū in priuato, imò ī priuato expressè loquit̄. scđm Bart. ibi, & Ias. in. d. §. pœnales. nu. 104. & Ioan. Fab. quicqd dixerit gl. ibidē in. d. l. quotiēs. ¶ Si verò erat carceratus pro cā criminali. & sic pro maleficio, tūc si erat cōuictus, & cōfessus, & cōdēnatus, tūc eximens crimine læsæ maiestatis tenetur. vt in. l. 4. versi. pe. vbi est casus. ff. ad. l. iuliā maiesta. & Guido. pap. in singula. 408. §. aliquis. vbi dicit, ꝙ si aliquis homo ingreditur carceres. & reū de aliquo crimine vinctū, seu aliàs cōpeditatū soluit, & liberauit, punitur capite: nā tenetur crimine læsæ maiestatis, vt dicit esse casum in. l. cuius. §. Itē contra confessum. ff. ad. l. Iuliā maiesta. ¶ Sed si non esset conuictus, nec confessus, non videtur ꝙ habeat locū illa pœna. scđm Ioan. Fab. ibi, in dict. §. pœnales. nu. 9. versi. itē aduersus. ¶ Tamē Ias. ibi nu. 104. dicit. ꝙ quicqd dixerit Ioā. Fab. si nō erat cōfessus, vel condēnatus de maleficio qualiter eximēs puniatur, dicit ꝙ est text. in. d. §. arripiat. in. d. auth. vt omnes obedi. iudic. pro uinc. colla. 5. & Barto. in dict. l. 4. ff. ad. l. iuliam maiesta. vbi quoq; possit procedere de incarcerato pro maleficio confesso, & condemnato, ne dum si eximat de carceribus, sed etiam si quis eximat à manibus familiæ. & in extrauaganti ad reprimendum. in glo. in versicu. tangatur. & idem tenet Iaso. in dicta. l. omnibus. §. 15 videtur. numer. 17. & Speculator in tit. de præscript. §. 2. & Hostien. in. c. à nobis. de apostatis. Quia ille, qui est detentus, vel captus à familia, vel ducitur ab ea, dicitur esse incarceratus. vt in l. qui neq;. ff. de verbo. signifi. & tenet Barto. in l. eiusdem. §. transfugas. ff. ad. l. Cornel. de sicarijs. & August. de Ari. in additio. ad Angel. de Gambeli. in tract. de malefi. in parte, ꝙ fāma publica. nume. 56. ¶ Sed ego teneo, ꝙ si est captus pro delicto, licet non sit conuictus, nec confessus, qui eximit eum à carcere, seu à vinculis, punitur ea pœna, qua ipse cap tus puniendus erat. per. l. 1. C. de his qui latro. quem tex. allegat Bar. in proposito in. l. si quis. in fine. ff. ne quis eum qui in ius vocat. vi eximat. & Alex. consil. 35. in 2. volumi. nu. 5. & facit & tex. in. l. 14. tit. 29. par ti. 7. quem vide. & Montal. ibi, quæ habuit ortū à. l. vnica. ff. de effracto. & ab his, quæ notantur in. l. eos. ff. de custo. reorū. & est tex nouissimus de nostro iure regio, qui ista decidit, loquendo in eximente à manibus familiæ delinquentem. in. l. 5. tit. 12. lib. 8. in ordi. regali. versi. *y si le tomare el preso.* vbi tenet, ꝙ si ab officialibus captum quis ceperit, seu quomodocūq; ne capiatur impedierit, vel vt executio iustitiæ non fiat, si talis pati pœnam sanguinis merebatur, illam captum accipiens, seu executionem iustitiæ impediēs patiatur. si autem captus pœnam sanguinis subeundus nō erat, propter ausum temerarium contra iustitiam cōmissum, si generosus fuerit, per medium annum in carcerem iaceat, & per decem annos à regno exulet: si verò generosus non fuerit, per annum in carcerem permaneat à regno quoq; insuper ꝑ bienniū exulet. si bona sua viginti mille marabitinorū quantitatem excesserit sex mille marabitinorū soluat: si minoris sunt quātitatis, quartā perdat bonorū: & si soluendo non sit, per annum in catenis iaceat, & per quadriennium à regno exulet. Et si talis condemnatus ante exilium completum sine regis mādato in regnum intrauerit, exilij tempus duplicetur. Et si tertio ingredi rebelliter contēdat, vltimo supplicio puniatur. Quæ lex ad literam seruatur, quando aliquis eximit captū pro delicto à manibus familiæ. Sed quando eximit à carceribus, vel vinculis, seruatur pœna dict. l. partitæ, scilicet, ꝙ debet pati eam pœnā, qua captus puniendus erat, de quo per Ange. in tract. malefi. & ibi per August. in additio. in parte, ꝙ fama publica. versi. secundò quæro. nu. 55. cum sequētibus. Et Saly. in. l. 1. C. de fals. mone. in. 7. notabil. dicit, ꝙ qui custoditum fugere fecit, ea pœna, qua ille punitur. vt in. d. l. ad commentariensem. C. de custo. reorum. versi. si quis fecit. Tamen Augusti. in dictis additio. ad Angel. de malefi. in parte supradicta, numer. 57. intelligit hoc, ꝙ eximens aliquem à carcere, tenetur pro eo, & non in plus, q̃ teneretur ipse principalis, qui

qui fuit exemptus vt dicit tenere glo.& Ange. ibi, ponderãdo tex.in.l.1.§.hęc verba. ff. ne vis fiat eis, quod dictum Angel.non inuenio: imò nec illum tantùm legi.dicit Augusti. vbi suprà fore intelligendum in ciuili, sed in criminali nõ procedat intellectum suum, potest esse, quia in criminalibus licet quis sit iniustè captus, & in vinculis vel carcere positus, & nullam pœnam mereatur captus, tamen eximens eum, meretur pœnam: quia captus de mandato iudicis, de cuius iurisdictione cõstat, licet captura sit iniusta, non est resistendum de facto, sed de iure per appellationis remedium. Ita tenet Angel. singulariter in.l.1.ff.ne quis eum qui in ius voc. vi exi. allegãdo Innocẽ.in.c.si quãdo. de offi. de lega. & alia iura, vt ibi per eum. ¶Et talis eximens in isto casu potest puniri ad petitionẽ iudicis, quasi eius iurisdictio sit turbata, vbi captura est iniusta respectu ritꝰ, & ordinis, & tũ eximens debet puniri, etiã ad petitionẽ partis. & vi. Hippoly.de Marsi.in sua practi.crimin.§.attingam. nu.49.vbi remisiuè.*Et etiam ista actio est popularis vbicunque maiestas prætoris est offensa, tenet Bald.in.l.si quid id quod in.2. lectu. ff. de iur.om.iud.& vi.quæ dixi.infrà.in.ca. 20. in gl.iurisdiction.& in glo.*remediado*.*¶Et eundẽ Hippoly.in dict.pra.§.opportunè.numero.20. vbi tenet, ꝙ si aliquis est captus ex mandato iudicis pro aliqua summa, qui verè non est debitor, attamen eximens eum à manibus familiæ, cadit in pœnam, etiam si velit ostendere, quòd exemptus nõ erat debitor.tenet Cæpola. consil.14.in.4.columna. ¶Quod dicit Angel. vbi suprà fallere, quando aliquis esset captus de mãdato eius, de cuius iurisdictione non constat, putà, de mandato delegati à principe, qui suum mandatum in publicum non deduxit, tunc nõ punitur eximens, quia licitè eximit exemptũ. ¶Idem si fuit captus de mandato non habentis iurisdictionem, quia excessit terminos iurisdictionis suæ.per.l.prohibitũ. C. de iure fisci. lib. 10.¶Quoq; fallit secundum Ioann.Fab.in.d.§. pœnales.versicul.item aduersus. nume.9.quando quis non est damnatus, nec captus pro delicto ab imperatore, vel ab eius officiali, sed à iustitia inferioris, putà, ducis, vel Marchionis, vel suorum officialium, tunc eximens non incidit in.l.Iuliam maiestatis, sed aliter debet extraordinariè puniri. Quia ad hoc vt incidat in illam pœnam.l Iuliæ maiestatis.requiritur, quòd captus, vel carceratus sit ab imperatore, vel eius officiali. Quod dictum Ioann. Fabr. sequitur Ias.in dicta.l.omnibus.§. is videtur. numer. 16. vbi dicit, quòd est notandum, quia est magna limitatio ad prædicta iura, & ad decisionẽ Barto. Sed dictus Ias.in.d.§.pœnales.nu.107. dicit, quòd si hoc dictum Fabri est verum, est aureũ, & notabil.dignum, nec alibi inuenitur. de quo dicit, quòd dubitat per dict. l.4.versi.penul. ff. ad.l.Iuliam maiesta.ibi, propter hoc in vincula coniectum emiserit. Et propter istam dubitationem in.d.§.pœnales. & propter affirmationem per eum factam in. d.§. is videtur. videtur mihi, quòd sit verum illud, quod multi asserunt.s.quòd lectura in.d.tit.de actionibus. non sit Ias.sed Alexan.de Imol.& propter alia, quæ laborando scripta inueni in multis locis. ¶Et quod limitatio Ioan.Fab.non sit vera, sed quòd dicta pœna habeat locum, scilicet, pœna legis. 4. supra allega. etiam in eximente delinquentem à carcere Ducis, Marchionis, vel aliorum dominorum.tenet tex.in.l.14.titul.29. parti.7. ibi, *E porende mandamos, que si alguno fuere osado de sacar preso de la carcel del Rey, o de algun adelantado, o de comun de algun concejo, o de otra prision qualquier en que fuesse metido por mandado del Rey, o de alguno de los otros que han poder de iuzgar por el, que deue recebir tal pena qual deuia recebir aquel que fue su desacato por fuerça*.qui tex. loquitur in criminalibus, vt ex eo patet, & inquantum text, dicit, *que deuen juzgar por el*, scilicet, quando à principe magistratus est constitutus ad iustitiam exercendam, vel ab alio, qui habet potestatem à principe. vt dixi latè in cap.primo.suprà in gloss.1. in princi.quia vt tenet Alexan.in.l. prima. in fin. nume.35.versicu.vnde dicit Bald. ff. de iurisdi. omnium iudi.quòd omnis iurisdictio est imperatoris, & ipse est, qui iurisdictionẽ tribuit, magistratus creando, vel confirmando, vel præstãdo authoritatem creandi, vel confirmandi, allegando Bald.in capit.1.§.ad hæc.1.colum.de pace iura firman. per illum text. & per.§. iudices verò fallit quoque, nisi condemnatus, vel alius pro eo, putà consanguinei, vel amici appellassent iustè à sententia condemnationis iuxta. l. non tantùm.ff.de appella.quo casu si iudex nõ obstante appellatione vellet exequi sententiã, quæ non est amplius reiterabilis, vel retractabilis, isto casu licitum esset etiã facto resistere iudici, & impune talem executionem impedire, quia per appellationem sublata est iurisdictio iudicis à quo.ita Inno.singulariter in.c. si quando.de offi.deleg.versi.transactione. quod dictũ reputat notabile Bal.in. d.l.additos.C.de episcopa.audienti.vbi vide alia plura per eũ. & sequitur Ias.in.d.§.pœnales.nu.108.vbi alios doct.allegat hoc idem sequẽtes. & idẽ tenet Ange.ibi. num.17.de quo per Abb.in.d.c.si quãdo.& de intellect.

intellect.nu.2.¶Vltimò limità prædicta de eximente, vt non procedat in Cardinalibus: nam si Cardinalis obuiauit ei, qui ducitur ad mortē, habet ex cōsuetudine priuilegium hoc, ꝙ possunt eum eximere, & à morte liberare, secundū Bal. in.d.l.additos.& Ias.in.d.§.pœnales.num. 109. ¶Si autē esset aliquis incarceratus pro debitis
14 priuatorum, faciens † eum fugere de carceribus tenetur satisfacere omnibus creditoribus. text. est solennis in.d.l.quotiens.C.de exacto.tribu. lib.10.vbi tex.iuncto vno intelle.glossæ adhuc probat aliud, quod est singularis, ꝙ etiam si ille denuò reducatur ad carceres, hoc nō obstāte, qui fecit eū primò fugere, tenetur creditoribus soluere. & ita per illū tex. dicit Ias.in. d.l.omnibus.§.is videtur.nu.17.quod tenet Saly.in.l.bonæ fidei.C.de rebus credit.& in.l.admonēdi.ff. de iureiuran.& ibidem Ludou.Roma. colu. 25. vbi refert & sequitur. ¶Si autem aliquis occul-
15 tauit † debitorē alicuius, & non patitur eum capi, an teneatur, maximè ad creditum? Bal. in.l. fi.C.de ope.liber.tenet, quòd non: sed Salyc.ibi tenet contrarium, & fortè melius, secūdùm Ias. in.d.l.omnibus.§.is videtur. in fi.& idem tenet Ias.contra Bal.pro Saly.in.d.§. pœnales. Instit. de actio.nu.102.& credit etiā, ꝙ isto casu proui deatur creditori, mediante tit.ff.si quis ius dicē. non obtemp.hoc modo, quia iudex habet præcipere illi occultanti ne impediat executione. & si cōtemneret præceptum, possit iudex procedere ad multas, & ad alia remedia, quæ tradi solent per scribentes in dict.l.1.ff.si quis ius dicen.nō obtempe.& opinionem Salyce.licet de eo non faciat mentionem, scilicet, quod nedum ille qui de facto eximeret captum, tenetur creditori ad solutionem.¶Sed etiam ille, qui noti-
16 ficauit † debitori alicuius, quòd fugere deberet, quia creditor suus ordinauerat facere eum capere, & detineri, tenetur ad soluendum debitum creditori, si talis debitor fugam arripuit. ita doctor del Castillo in.l.66.de Toro.in glo.*dese ar raygar*.3.colum.versic.& nota allegando meum Hippolytum de Marsilijs, in repetitio. rub. ff. de fideiusso.columna.7.numéro.16.&.17. vbi allegat Petrum de Ancharr.in consil.341.incipiente, Visothemate.in fine.& idem tenet Hippolyt. de Marsil. in singula.137.quem vide.& Bald.in capitul.dilectus.columna.4.de appella. & ibi Cardi. Alexa.& Ioann.de Ana.consil. 55 incipiente, quia dubia super facto isto occurrente.in fine.vbi dicit, quòd reperit, ꝙ cōsuluit Salycetus, & dominus suus Petrus de Ancharr. & inter alia allegant tex.in. l. sint certo. versicul. custodiam.ff.cōmoda.cum ibi notatis, per glo. & in.l. si à bonę fidei possessore.versi.si verò custodiæ.ff.de rei vendi.allegant etiam notata in l.pe.C.de operis liberto.¶Ego in fauore Saly. & Ancharr. & Hippolyt. & sequacium allego dictum Paul.de Cast.in.l.dedi tibi. §. fi. qui incipit.quanq̄.nu.6.ff.de condi.caus.data.vbi dicit. per tex.ibi, qui non est alibi, secūdùm Ray.
17 de for. quòd si tu impedis † me, quo minus aliquam vtilitatē cōsequar, habeo cōtra te regressum ad omne interesse. vnde infert Paul.de Castro, si aliquo volente mihi aliquid relinquere, tu impediuisti, teneris mihi ad interesse.¶Et ad de Ioann.Andr.in additio.ad Specul.in titu.de iudicijs.§.generalia.vers.posset poni. vbi ponit de tutore, qui procurauit, vt testator sibi relinqueret totum, vel partem eius, quam pupillo relinquere intēdebat, ꝙ pupillus potest agere ad interesse. quod dictum Paul.sequitur Alexā. in additio.ad Bar.in.d.§. quāquàm. ¶Et idem qđ Saly.& Anchar.tenet Fran.Curtius in additio. ad Paul.de Cast.in.l.si per alium.§.docere.ff.ne quis eum qui in ius vocatus vi exi.& idem inexpresso tenet Ioann. de Plat.in.d.l. quotiēs. vbi singulariter de ista materia.¶Circa supradicta vide notabile dictum Ioann.de Plat.in.§. prętere a.institu.de actio.vbi tenet, ꝙ licet receptaue
18 rim † mercatores falitos, vel qui fregerūt, non propter hoc possum conueniri vt eos exhibeā nec teneor ad interesse. & idem tenet & sequit̄ Hippoly.de Marsi.in singula.366. quod nota. ¶Sed hodie dictum Plat.Ias.& sequacium non tenetur, quia contrarium disponitur per tex.in l.5.titul.8.*de los troques y cambios*.lib.5.in ordinamen.regali. vbi cauetur, quòd nullus receptet dictos mercatores falitos, aliàs ad debita, quæ ipsi tenentur, teneantur.& facit.l.80.in pragmaticis.fol.78.& tex.singula.in.l.4.ti. 17. lib. 8. in ordi.regali.vbi idem tenet, ꝙ receptantes, ad debita teneantur, & hoc quando malefactorē, seu debitorem abscondit, quia tūc dicitur recepta-
19 tor, † nō in eo, qui dedit potum, vel cibum.tex. & ibi Bart.in.l.1.§.ꝙ autem.ff.de seruo corrup. vbi Bart.dicit facere pro statutis, qui dicunt, si quis receperit malefactorē, vel bannitū. Quoq; receptator debet esse sciens, prudēsq;, vt demū puniatur, si sciuerit ipsum esse debitorem rebellem, non autē si ignorauerit. vt in.l.1.C.de desertori.mili.lib.12.& ibi Plat.nu.3.& facit.l.3.§.nō tantùm.ff.de incen.rui.naufra. &.l. metodorū. ff.de pœnis, & in dubio præsumitur ignorātia, nisi foret notorium.vt in.l.1.ff.de recepta.proquo facito quod notat gloss.in.l. si tutor. C. de pericul.tuto.prout tenet dictus Plat.in.d.l.1.& statur iuramento suo.vt ibi per eū.nu.4. & Hippoly.

poly.in.l.qui ignorans.ff.ad l.cornel.de fal.nu. 22.& Feli.in.c.à nobis.de exceptio.& Plat.in.l. fi.C.de fabricen.lib.11.& Luc.de penna.in.d.l.
20 1.col.1.¶Idē est in occultante, vel faciēte † fugere officialē tēpore syndicatus, quia tenetur ad restitutionē in quadruplū, secundùm Bal.in l.2.C.de assesso. ¶Sed intellige verū in foro cōscientiæ post condēnationem, sed ante solùm tenetur ad dānū, quod restituere debebat ipse officialis, si in syndicatu fuisset. ita singulariter summa Angeli.in parte, restitutio.§.9.ver.vtrū faciēs fugere. de quo vide quæ latè posui suprà, in.c.1.in gl.ni recibira dadiua.ver. sed vtile est. nu.20.¶Adde vnū singulare, ꝙ contra eximen
21 tem aliquē de manibus familię interesse† ꝓbatur per iuramētum creditoris. tenet Bar.in.d.l. si per aliū.§.docere.ff.ne quis eū. & tenet Paul. de Cast. in.l.sed eximendi.§. item si is.eo.tit.& tenet Anto.Franc.in additio.ad Abb.in. ca.dilecti filij.de foro cōpe.in additione finali: quæ incipit, ex cōtractu.post mediū.& Angel.in.d. §.pœnales.nu.16.vbi tenet, ꝙ in ista actione in factum cōtra eximētem iuratur in litem:& speciale est, quamuis sit stricti iuris propter rigorem iuris conseruādum.de quo ibi per eum, & format quęstionem vt clarius intelligatur.¶Et ideo dicit Montal.in glo.ordi.in parte, iudices prætores.ꝙ ille, qui aufert captum, vel alio modo eum eximit, succedit nedum in interesse, & pœnam, sed etiam est in maius periculū, quàm erat reus principalis, quia facilior est probatio contra eum. Dicit ad hoc tex.valde notabil. in l.2.§.prætor ait.ff.eo.tit.ne quis eum qui in ius voca.vi exi.& Bald.ibi. & probatur per. d.l. fi. C.de operi.liberto.& in.l.consiliarios.C. de assesso.& gl.in.d.l.quotiēs. ¶Item nota, ꝙ si plures abstulerūt captum à familia, vel vi eximunt
22 aliquē de carcere.ꝙ quilibet tenetur† in solidū & vnius solutio nō prodest alteri.per tex.in.l. 2.§.fi.ff.ne quis eum qui in ius vocatus vi exi.& ibi Bal.& tenet Mōtal.vbi suprà:& tenet in expresso Pau. de Cast.in.l.pen.quæ incipit, si per alium.§.hoc iudiciū. ff. eo.tit.nec pœna soluta ab vno, liberat alium, & etiam debitor remanet
23 obligatus.¶Sed an solutio† facta ab eximente debitorē liberet? Glo.in.d.l. pen. quæ incipit, si per aliū.§.1.tenet quòd non, sed aliqui antiqui tenent ibi contra.¶Sed Ange.& Flori.ibi concordant, dicendo. Aut primò debitor fuit condemnatus, & soluit quod debebat, & eximēs liberatur quoad ipsum actorē: quia amplius sua non interest, & primū debitum est extinctum. ¶Aut primò fuit exactus eximens, & tunc nō liberat eximēs debitorē: nā id quod soluit eximens, videtur solutū in pœnā sui delicti. l.mancipia.C.de seruis fugit. ¶Sed istā distinctionē Ang.de Are.in.d.§.pœnales.nu.18.dicit, ꝙ nō credit eam verā imò quamuis sit primò exactus debitor, nō sit liberatus eximēs propter dolum suum, & suum delictū. Preterea quia vt eximēs teneatur, nō habetur respectus ad quantū in veritate teneatur exēptus: quia etiam si in nihilo tenebatur, & calūniosè esset exemptus, tamen eximens tenetur. vt in.d.l.sed eximēdi. §. item. & in.d.l.si per aliū.§.1.in fi.¶Pro quo etiam facit quod dictū est, ꝙ si sunt plures, qui eximūt captum, quilibet tenetur in solidum. vt in. d.l. pen.§.hoc iudicium. Sicut etiā dicimus, ꝙ duæ causæ lucratiuæ procedentes à diuersis debitoribus possunt concurrere in eadem re, etiā quo ad exactionē, qn̄ primò æstimatio rei fuit exacta.l.Meuius.§.duobus. & ibi Bartolus latissimè.ff.de lega.2.& in.l.planè.§.1.in. 2.respōso. ff.de lega.1.Preterea potest dici, ꝙ quoad debitorem sit rei persequutio, & quoad eximētem sit pœnalis. Sed pœnalis non tollitur per persecutoriam, nec ecōtra.vt.in.l.si pro fure.§.1.ff. de condi.furti.cum similibus. siue sit exactus primò debitor, siue non, quia non liberatur alter, qui tenetur ad pœnam. secundùm Ange.in dict.§.pœnales.quod mihi placet. ¶Sed quid
24 in iudice delegato, † seu perquisitore, qui sunt idē an potest defendere suā iurisdictionē limitatam, quam habet, & punire turbantes eā? Et videtur ꝙ non: quia iurisdictio delegata nō extenditur ad personas nō expressas in rescripto. vt in.c.1.& glo.de offi.delega.sed de istis impedientibus non habetur mentio in rescripto, illico ad ipsos non extenditur iurisdictio. Sed dic, ꝙ illud intelligitur vniuersaliter.& fallit in istis qui impediunt processum iudicis, quia contra ipsos bene extēditur iurisdictio. vt in.c.1.de offi.delega. Et est ratio: quia omnia videntur sibi commissa, sine quibus iurisdictio explicari pōt cap.preterea.el.2.de offi.delega.&.l.2.ff.de iuri.om.iud. Cōtra istos ergo turbātes pōt delegatus exercere cēsurā: qa permissum est iudicibus defendere suā iurisdictionē iudicio pœnali. vt in.l.1.ff.si quis ius dicē.non obtēp.licet Ioā. de Imol.in.d.c.1.& in.c.dilectus.de pœnis variet. ¶Sed tu cōclude post scribētes in.d.c. 1.d offi. deleg. scd̄m An.sicul.Barb.ibi.co.25.cū seque. ¶Quod si tertius delinquit in personā iudicis delegati, nō pōt illū punire, nisi ex hoc cōtigat suā iurisdictionē impediri. Et ita reducitur ad cōcordiā Inn.in.d.c.1.&in.c.dilect⁹.nā in.ca.1. tenet, ꝙ pōt suā iniuriā vlcisci.p.c.si qs erg.2.q. 7.sed in.c.dilect⁹.tenet oppositū.& cōcorda vt dictum

dictum est. ¶Quoq; dic, ꝙ tex. in. d. cap. si quis
ergà. loquitur in ordinario. de quo plene per
Abba. in. d. cap. cum venissent. de iudi. Et atten
de, ꝙ in casu, in quo pôt delegatus punire, non
intelligas ꝙ possit imponere pœnam ordinariã
sed extraordinariam, quia ipse non est deputa-
tus supra illam iniuriam. ¶Si verò delinquitur
contra partes, vel testes, & similes personas ne-
cessarias in iudicio. conclude, ꝙ si ex hoc sua iu
risdictio impediatur, potest vlcisci, aliàs secus,
& ad limites impedimenti potest se impedire,
& non aliter. Sed contra officiales delinquẽtes
contra se contrarium tenet Inno. in. d. cap. dile
ctus, ꝙ non potest ipse procedere, nisi impedi-
retur sua iurisdictio, sed debet facere eos punire
per ordinarium. ¶Quam aũt potestatem potest
exercere delegatus in istos tales impedientes?
Dic ꝙ censura ecclesiastica, etiam si hoc non fit
expressum in rescripto. vt voluit Inno. in. d. c. 1
Et quoq; poterit eos multare pœna pecuniaria
secundum eundem: quia omnia videntur com-
missa, sine quibus iurisdictio exerceri non pôt
idem tenet Abb. in. d. c. 1. num. 6. ¶Quid si alius
præter litigatores, est suspectus, ꝙ vult impedi-
re iurisdictionem, vel offendere eos, qui ad suũ
iudicium sunt vocati? Dicit Inn. ꝙ iudex coget
10 secūdum Dy. ibi. ¶Quid si officialis fugit, † an potestas teneatur exhibere, aut soluere, in principio istius glo. dixi, ꝙ sic, allegādo Paul. de Castro. in. d. §. quod nouissimè. num. 2. vbi dicit, ꝙ ita seruatur. Sed Cataldi. in tract. synd. q. 264. tenet cōtrariū, dicens, quòd si est statutū, ꝙ potestas teneatur tempore syndicatus familiam præsentare,

sentare, adhuc non tenetur; si aufugit: quia ad impossibile nemo tenetur, nec ad casum fortuitum. cautum tamen est, q ponatur in bāno. vt in l. sed & si quis. §. si quis. ff. si quis cautio. tunc nō videt̄ stare per ipsum, sed per rēpublicā, cuius authoritate positus fuit in banno. Et idē videtur tenere dictus Amode. Iusti. vbi suprà. in d. ver. & si statutum. vbi dicit, q ab illa pœna pecuniaria, quam potestas tenetur pro suo officiali, liberatur exhibendo eum, vel si non stat per eum, quo minus exhibeat, sed si fugit, non pōt eum exhibere. ¶Sed tu tene dictum Pau. de Castro, quia sic practicatur. Et nō obstāt supradicta, quia nō est statutū, nec lex, quod exhibeat suam familiā tantūmodo, imò q soluat, vel exhibeat, vt in isto text. nostro dicitur. ¶Et videtur Amod. Iusti. vbi suprà, vbi ait, q si officialis vel familiaris potestatis facit homicidium, vel furtū, & immediatè aufugit, ita q potestas non pōt eū præsentare, nec tenetur ad impossibile. arg. in l. lucius. §. fi. ff. de excusa. tuto. quia casus fortuitus viro bonæ fidei obesse nō debet. l. si à bonę fidei. ff. de rei vēdi. & casus fortuitus per consiliū hominū prouideri non pōt, secundum Amod. vbi suprà, ver. & si est statutū. vbi quoq; dicit, q cautela est, q eo casu, quo aufugit, quod ponatur in banno: quia tunc non videtur stare per ipsum, quo minus eum repræsentet, vt notat Bart. in l. si fideiussor. §. qui pro rei qualitate. ff. qui satisda. cogan. gloss. in l. capitis. ff. de fideiusso. Nec obstat si dicatur, q stetit per potestatem, qui posuit eum in banno: quia potestas fecit hoc licitè, & ex necessitate officij; Cautius tamen dicit q faciet, si faciat eū accusare vel denuntiare ab offenso vel denuntiari à syndico, q̄ procedere per inquisitionē. ¶Tamen si ipse potestas anteā̄ fugiat, posuit eū in carcere, & ex carcere fugit, tenetur potestas de fuga, quia posuit malos custodes. secundùm Amode. Iusti. vbi suprà, & tenet idē Paris de Put. in tract. syndic. in parte, an ex eo. n. 12. & nu. 21. & n. 24. & 25. fol. 114. quē vide. Quod nō habet locū in of-
11 ficiali mortuo; † q a rectores nō tenētur pro delictis officialis mortui. quia facultatē illum exhibendi non habent, nec per eos stat, quo minus exhibere possint. vt tenet Bar. in d. §. quod nouissimè. nu. 2. & Paul. de Cast. ibi. per glossa. ibi. quæ incipit. per accidens. & idem tenet Angel. in l. sed hic. §. sine autem. eod. tit. quod extēdit, etiam si secundum statutū promisit potestas soluere omnē condēnationem officialium, & familiarium, & ille, qui deliquit, decessit, quia ex sua promissione nō potest conueniri, quia est fideiussor iudicato soluendo; quæ stipulatio non committitur, nisi lata sentētia: sed sententia nō potest ferri cōtra defunctum, ergo non tenetur secundùm eundem. quod est notādum. & idem tenet Bal. in l. si decesserit. ff. qui satisda. cogan. & ibi Ias. nu. 6. per d. §. sin autē. vbi dicit, q solū in casu, in quo possit familiaris condēnari post mortē, in illo teneretur potestas, vt patet ex his quæ ibi dixit, & nō in alijs. ¶Tamē dicit Amode. Iusti. vbi suprà, versi. item aduerte. in fi. q supradicta fortè procedunt quando ipse officialis fuit principaliter conuentus, & non potestas: quia si potestas fuisset conuentus principaliter, teneretur etiā post mortē officialis. vt dicit esse tex. notabil. in l. fi. §. hoc autē. ff. naut. caup. stabula. qui tex. rectè probat, sed non loquitur in officio publico, sed in priuato. Et credo, q hac de causa dictus Amodeus hūc intellectū posuit sub isto dubio forte, & credo, q Iaso. vbi suprà dicat verū, quia solùm tenetur post mortē tantūmodo in casibus, in quibus post mortem potest officialis vel familiaris condemnari. ¶Qui casus sunt illi, in quibus hæres iudicis post eius mortē tenetur, & vide aliquos p Ang. & Paul. de Castro in l. dies cautioni. §. hæc autē actio. ff. de dāno infect. vbi in illis casibus tenetur. & vi. tex. & ibi Lucā de Pēna. & Ioann. de Pla. in l. in successione. C. de decurio. lib. 10. ¶Et vide tu Ang. de Are. in tracta. maleficij. in parte, per iudicem maleficiorū. versi. si. qui incipit. Et dico,
12 vbi quoq; dicit, quòd si iudex † aliquid recepit per concussionem, vel per barateriam, illud in quadruplo debet restitui. vt Bald. in l. fina. C. ad l. Iuliam repe. quæ pœna dicit, quòd transit in hæredem officialis, licet contra eum non fuerit lis contestata, vel ad hæredem eius nil peruenerit. vt in l. 2. & ibi Bald. C. eodem. & est text. singula. in l. in hæredem. ff. de calumnia. & vid. quę dicam in §. 1. in d. syndica. nu. 16. ¶Quia talis officialis debet mūdas habere manus. vt in l. omnis. C. eo. tit. ad l. Iul. rep. & Bal. ibi. & si non habet, de qualibet barateria pōt à quolibet accusari. l. iubemus. C. eo. & ibi quoq; Bal. & etiā ab eo à quo extorsit, dummodo querela porrigatur infra tēpus syndicatus. vt in l. vnusquisq; & ibi Bal. eo. tit. quod dicit notandū pro syndicatoribus, & cōtra alios officiales baraterios. In istis casibus credo, q teneret potestas pro suis officialibus mortuis, quia in istis pōt post mortem conueniri, in alijs autem casibus non tene-
13 tur: q a hæres † iudicis nō tenetur stare ad syndicatū pro eo, nisi conueniretur pro eo, quod peruenisset ad hæredem. est text. & ibi gloss. in l. Iulianus, la primera. ff. de iudicijs. & ibi Angel. ¶Illicò nec potestas pro suo officiali. & vide

Ange.

Ange.in.l.1.ff. de priua.delictis. quaſi in prin-
cipio,ſequēdo Bart.ibi,vbi tenet,quòd licet hę
res poteſtatis non teneatur ſtare ad ſyndicatū
pro eo,niſi cum poteſtate fuerit prius lis conte
ſtata.vt in dict.l.Iulianus. tamen ſi non potue-
rit lis cōteſtari cum eo forſitā propter eius ſub
terfugia,tūc bene hæres tenetur, licet cum po-
teſtate lis non fuerit conteſtata.per.l.vt perfe-
ctius.C.de annali exceptio. ¶Et an ſi hæres po
teſtatis teneatur ſtare ad ſyndicatum,vide Pari
dem de Puteo in tracta.ſyndi.in parte,hæres an
hæres mortuo poteſtate.fol.126. ¶Quot autē
14 vices† tenetur poteſtas exhibere ſuos officia-
les, & familiares, in caſu, in quo eſt obligatus
exhibere? Dic quòd vna tantùm: quia ſi promi
ſiſſet expreſſè præſentare toties quoties opus
fuerit,liberatur bina pręſentatione facta. vt vo
luit ſingulariter Angel.in.l.finita.in principio.
ff.de dāno infecto:& idē tenet Roma.conſ.15.
in fine.& Paris de Put. in.d.tracta.ſyndicat.in.
d.parte,an ex eo.nu.26.idē tenet Ange.in.l.2.§.
qui exhibendi.ff.de custo.reorum.vbi ponit a-
lias quæſtiones in ꝓpoſito ſatis ſingulares,quę
quotidie occurrūt. ¶Et prima quæſtio eſt,Qui
15 dam promiſit iudici præſentare† eum ad ſuam
voluntatem ſub certa pœna,ſi ille reus fuit cap
tus per iudicem,& deinde à manu eius fugit,an
liber ſit fideiuſſor? Et dicit,quòd Odofre. dicit,
ꝙ ſic: ſi captus fuit pro eadem cauſa, quia iā eſt
ei ſatisfactum & non refert à quo ſatisfaciat.vt
in.l.fi.&.l.3.ff.de condi.inſtit.& in.l.3.ff.mādа.
vnde omnis obligatio eſt extincta. Sed ſi fuit
captus pro alia cauſa,tunc non eſſet liber, niſi
fideiuſſor comparuiſſet coram iudice, & prote
ſtatus fuiſſet, ꝙ habebat illū pro præſentato.
Sufficit enim dicta verbalis pręſentatio ex quo
actualiter præſentari non poteſt, quia poſitus
eſt in carcere,quod dicit Ang.eſſe notabil.dig.
& quotidianum,& menti tenendum,& eius o-
pi.Odofr. eſt veriſsima.* Sequitur Hippolyt.
de Marſi.in rep.rub.ff.de fideiuſſ.num. 142.*
¶Aliā quæſtionem in propoſito quoque po-
16 nit. Aliquis fideiuſſor promiſit† aliquem præ-
ſentare certa die ſub certa pœna in iudicio cri-
minali,vel ſoluere condemnationem de eo fie-
dam,& ante lapſum dicti termini pro eodē cri-
mine iudex ponit eum in banno,an fideiuſſor
erit liberatus à pœna,ſi eum non ſiſtat in termi
no,poſt quē terminum extitit diffinitiuè con-
demnatus? Et dicit quòd Odofred. dicit, quòd
non,quia in eadem cauſa non debet officium
iudicis impediri,vnde banniendo eum,non di-
citur ſtare per iudicem quo minus compareat.
l.capitis.ff.de fideiuſſo.ſecus ſi ante euētum ter
mini iudex banniret pro alio maleficio.vt in.d.
l.ſed & ſi quis.ff.ſi quis cautio. ¶Audi ergo tu,
qui fideiuſsiſti,& times non ſoluere condemna
tionem rei,vt ordines, ꝙ reus ab alio accuſetur
de aliquo crimine,& banniatur per alium iudi-
cem: nam poſtquam poſitus erit in banno,tu fi
deiuſſor eris ſecurus,quia per iudicem ſtetit, ꝙ
eum ſiſtere non poſsis.vt in.l. iure ciuili. ff. de
conditio.& demonſtra. quod nota ſecundùm
Angel.vbi ſuprà. Et vide iſtam quæſtionem la-
tè examinatam per Bald.in ſua practica,in Ru-
brica de quæſtionibus emergentibus,circa me
rita cauſæ.§. tertiò quæritur. ¶Quæro quoq;
de quæſtione. Quidam officialis poteſtatis ſta
bat in Syndicatu,contra quem fuit datus libel
17 lus criminalis de† corruptione,furto, & barate
ria:& lite pendente iudex ſyndicatus,ideſt reſi
dentiæ pluries dixit, Ego intendo verberare,
vel laqueo ſuſpendere iſtum officialem ad ter-
rorem aliorum,ſibi minando mortem, quibus
verbis auditis ductus timore officialis aufugit,
propter quod ſyndicator petebat à poteſtate.
vt ſolueret,vel eum exhibeat poteſtas, allegat
hāc fugam dolo ſyndicatoris procuratam fuiſ-
ſe,& eius opera. Paris de Puteo in dict.tract.ſyn
dica.in parte,ſubijcio ſubtilem & vtilem quæ
ſtionem.folio.120.loquendo in fideiuſſore po
teſtatis,vel officialis,dicit,quòd omiſsis,quæ di
ci poſſent pro & contra conſuluit, ꝙ fideiuſſor
officialis,vel capitanei,Baronis, non teneretur
ad pœnam fideiuſsionis, quia obſtat exceptio
doli contra ſyndicatorem, quia minas mortis
intulit capitaneo,vel officiali,vt aufugeret.arg.
in.l.1.verſi.dolo.ff.de eo per quem factum eſt.
& bene facit. text. in.l.ſi opera creditoris.ff.de
doli excep.vbi dicitur,ꝙ ſi opera creditoris de
bitor perdidit pecuniam, quam ſoluturus erat
creditori,ſubuenitur debitori,& iſta verba mi-
natoria fuerūt ordinata ad caſum fuge, ergo te
netur minans caſu ſequuto. argu.in.l.fi.§.ſi ea
cōditione.ff.ad.l.Rhodi.de iact. propter quod
fideiuſſor,& ſic poteſtas,qui fideiuſſor ſuorum
officialium eſt,vt in gloſ. proxima dictum eſt,
videtur non poſſe ſiſtere officialem ex indicijs
illius ſyndicatoris,tales minas proferentis. arg.
in.l.ſi pater.ff.de inſtitu.& ſubſtitu.&.l.3.ff.de
fideicommiſſ.liberta.§.fina.vbi ſi per hæredem
ſteterit quo minus illa pareret,quæ dedit medi
camenta ſterilitatis,quod illi imputatur. & fa-
cit text. in.l.2.§.ſimili modo.ff.ſi quis cautio.
vbi de impedito ad iudicium venire impedimē
to cauſato facto officialis. videtur enim officia
lis ille prorumpendo ad tales minas ab ſe abdi
care iuriſdictionem cōtra eum,cui minatus eſt.
per

per text.in.l.1.C.si quacunque prædi. potesta. secundùm Barto.Bal.& Ang.& Saly.in.l.quia poterat.ff.ad Trebellia. vbi Imol.in.d.l.1.quæstionem istam decidit, & dicit, q si officialis facit iniuriam alicui, vel sibi minantem feruorem infert, quòd ille, cui minatur, cum tota familia sua, est exemptus à iurisdictione sua in omnibus causis ciuilibus,& criminalibus,& alium iudicem sortiuntur, nam minaces feruores officialium iustum metum inferunt, secundùm Bald. ibi.& in.l.1.C.si rector prouinci.& sic cum propter hoc fuerit iudex, seu syndicator iurisdictione priuatus, non poterit pœnam à fideiussore petere,nec cogere ad exhibendam,vel ad solutionem faciendam, quia in eum non habebat amplius iurisdictionem ministerio legis ab eo abdicatam,per tex.in dic.l.1. si quacum prædi.

18 Accedat quoq; q excusatio † rei etiam minus legitima in iudicio sistendi prodest fideiussori. vt in.l.sed & si quis rei capitalis.in princi.eo.ti. & quia tales minas atroces inferendo, syndicator est in dolo,vt dictū est,qui dolus nunc ex facto sequuto intelligitur.per.d.l.1.§.sed an dolo. ff.de doli exceptione.vbi text.dicit. Ideo hanc exceptionem prætor posuit, ne cui dolus suus, per occasionem iuris ciuilis cōtra naturalē equitatem prosit,qui dolus probatur ex antecedentibus minis, & suasionibus, quas fecit contra ipsum,per glo.notabilem in.l.apud Celsum.in prin.eo.titu.quam Bald.allegat in.l.veteri.C.de fideicommissa.liber.&in.l.dolum.C.de dolo. & omnia iura clamant, q fraus & dolus alicui patrocinari nō debet. ¶Imò tenetur iudex pœ-

19 na falsi.† quia declarat parti sententiam, quam est laturus.arg.in.l.obseruandum.ff.de officio. præsi.coniūcta.l.1.de falsis.& in.l.si quid aliud. §.1.ff.de pœnis.& in.l.omne delictum.§.exploratores.ff.de re milit. ¶Et quia reus,qui aufu-

20 git† propter nimiam iudicis sæuitiam,vel propter eius minas atroces,non habet præsumptionem criminis contra se. vt in.l.lege Cornel.ff. ad Silania.& per doct.moder.in.l.admonendi. ff.de iureiur.¶Et quia talis fuga tanquam ab eo procurata prodesse non debet.argu.in.l.itē hic qui.ff.ex quibus caus.maio. nam quando suasio alicui dolosa, est proxima causa damni, tenetur suadens de dolo,& etiam de damno,vt in.§.cæterum.institu.ad legē aquiliam. & in.l.cum quis persuaserit.ff.de dolo. ¶Et sic cum syndicator fuerit in dolo,seu culpa,ob quam fuga fuit causata,fideiussor non tenetur ad pœnam,nec potestas ad soluendum,nec exhibēdum. & ita per ista iura,& per alia plura tenet dictus Paris de Put.vbi suprà.vbi quoq; dicit, q qui in illo casu melius senserit, melius consulet.¶In adiutorium Pari.de Put.facit, quod tenet Ange.in disputatione,incipiente,Bononiensis à sua ciuita-

21 te,bannitus.in.4.q.vbi tenet,† q excusatur bānitus,si non compareat, nec mittit procuratorē, si timet vim inferri,nec dum sibi,sed etiam causæ.vt si est repulsus propter partialitates, vel habet causam cum potente,etiā si sit bannitus ex causa, & culpa sua, prout tenet additionator Abb.in cap.quæ in ecclesiarum.de constitu.in additione,quæ est in nume.17.in parte,si culpa sua eget.& ibi Felin.col.45.& Domi.in.c.statutum.§.cum verò.de rescrip.libr.6.&idem tenet noster Pala.Ruui.in rep.Rub.de dona.§.78.fol. 56.nume.30.vbi singulariter.

Prætorum Cap. IIII.finis.

Sequitur Caput V.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictio,in quibus casibus suspenditur.*

2 *Per aduentum successoris expirat officium prædecessoris.nu.5.& .10.*

3 *Officiales, qui syndicari debent, ab officio, debent suspendi.*

4 *Officialis accusatus de crimine commisso circa officium,accusatione, vel inquisitione pendente suspendi debet. Quid si est electus in potestatem,& opponitur contra eum, an ista oppositione durante exercebit officium.*

5 *Iurisdictio prædecessoris expirat post præsentationem prouisionis, quia antea quàm præsentetur,iurisdictio non aufertur,prædecessori.num. 10.Officium vsque ad annum datur.*

6 *Corrector, seu potestas licet tempus sui officij finitum sit,officium deponere nō debet, sed successorem expectare,& de causis cognoscere,& omnia agere vsque in aduentum successoris: & quoque debet habere salarium consuetum.nume.8 9.10.& .16.*

7 *Iudex ſi non compleuit officij ſui tempus, non tenetur recipere ſucceſſorem in officio. numero. 13.*

8 *Vniuerſitas, ſeu ciuitas correctore deficiente non poteſt exercere iuriſdictionem, nec iudicem ponere.*

9 *Iudex delegatus datus cum præfinitione temporis, expirat elapſo tempore.*

10 *An iuriſdictio conceſſa ad beneplacitum principis expiret per mortem concedentis.*

11 *Iudex ingredi debet per illam portam, ſeu per partem prouinciæ, quam ingredi moris eſt.*

12 *Iudex pati debet, quod ſucceſſor ſuus in officio intret, & ei debet præbere baculum iuſtitiæ, vt officium exerceat, alias in crimen læſæ maieſtatis incidit, & in iſtam pœnam incidunt ruſtici, & populus, qui recuſat illum habere in iudicem.*

14 *Caſtellanus non debet dimittere Caſtri cuſtodiã finito tempore, ſi dominus cuſtodẽ non mittit.*

15 *Iuriſdictio, an poteſt exerceri vltima die officij.*

Prætorum.

Caput. V.

Otroſi que los officios que por la carta que lleua mã damos que eſtẽ ſuſpendidos, [a] para q̃ el, y ſus officiales los tẽgan, no daran

a SVſpendidos. a Idem cauetur in prouiſionibus officiorum, vbi rex inter alia dicit, *y por eſta nueſtra carta mandamos a qualquier perſona, o perſonas, que tienen las varas de la nueſtra juſticia, y de los officios de alcaldia e alguazilazgo deſſa dicha ciudad, e ſu tierra, que luego las den, y entreguen al dicho nueſtro Corregidor, e que no vſen mas dellas ſin nueſtra licẽcia ſo las penas en que caen las perſonas priuadas que vſan de officios publicos, para que no tienen poder, ni facultad: ca nos por la preſente los ſuſpẽdemos, è auemos por ſuſpendidos de los dichos officios.*
1 Et ſic nota vnum caſum, † in quo iuriſdictio ſuſ
penditur. ¶Item ſuſpenditur per appellationẽ,
recuſationem, & relationem. vt tenet Bald. in ca.
primo. §. fina. quo tempore miles. in vſi. feudo.
nume. 2. & 3. ¶Item per reſtitutionem. vt in. l. ſi
cauſa. C. de tranſact. ¶Item ſi papa committat
cauſam appellationis ex certa ſcientia, quæ de
iure non tenebat. vt in. c. paſtoralis. de offi. delega.
¶Item ſuſpẽditur per recurſum ad ſuperiorem,
qui ſuccedit loco appellationis. vt Bald. vbi
ſuprà. ¶Et quoq; ſuſpẽditur in caſu noſtri text.
cũ quo cõcordat tex. in. l. vnica. ff. de offi. præfe.
2 auguſt. vbi cauetur, † ꝙ per aduentum ſucceſſo
ris expirat officium prædeceſſoris, & præfectus
auguſtalis amittit imperium eo ipſo, ꝙ ſucceſ-
3 ſor intrauit. ¶Idem dicitur de officialibus † ſyn-
dicandis, quia debent ſuſpendi ab officio, quia
abſtruerent teſtes ſcientes veritatem, vel eis mi-
nas inferrent, vt tenet Paris de Put. in tracta. ſyndica in parte, officialis finito officio. foli. 26. nu.
6. & in parte accuſatus in officio. fol. 41. nu. 2. in
libro portatil. ¶Et idem dicitur de officiali ac-
4 cuſato † de crimine commiſſo circa dictum offi-
cium, quia pendẽte accuſatione, ſiue inquiſitione
poteſt ſuſpẽdi ab officio. * Propter criminis enormitatẽ * per. l. quòd ſi fortè circa finem. ff. de ſolutio. & ibi Barto. & Inſtitu. de ſuſpe. tuto. §. ſi quis ſecus ſi deliquerit extra officium. vt in l. Reo. & in. l. quanuis.
aliàs incipit Calpedius. eo. ti. ff. de ſolut. & tenet
Stephanus aufreri. in deciſioni. Toloſ. 371. in or
dine. * Et tenet Peregri. in part. iudex. q. 5. in fin.
in glo. maleficij quem vi. & quæ dixi. in. c. 7. in.
capi. iudi. ſyndica. in glo. ſuſpenda. * ¶Sed quid
ſi aliquis eſt electus in poteſtatem alicuius ciui-
tatis, ſeu caſtri, & quidem ſe opponit huic ele-
ctioni, dicens eam non valere, an pendente lite
exercitiũ exercebit? Dic ꝙ non, ſi nõ inchoauit
exercere. l. qui ſtatus. ff. de re mil. ſec⁹ ſi inchoa-
uerit. vt in. l. 1. §. pen. ff. nil no. appel. pend. & l.
reus. §. 1. de muneri. & honori. c. nõne. 8. q. 4. te-
net Petr. Antiboli. in tract. de muneri. in. 3. part.
nu. 69. tom. 6. tract. foli. 25. in electo autẽ in præ
latũ dic, vt in. c. cõſtitutus. de appel. & in. ca. nil.
§. fi. de electio. ¶Et ꝙ nõ admittatur pendẽte li-
te, & donec exceptio fuerit diſcuſſa, quæ debet
diſcuti infrà tres menſes. tenet Plat. in. l. 2. C. de
dignita. lib. 12. in. fi. Et facit tex. in. §. ſi quis autẽ
talis. in auth. quomodo oport. epiſcopi. colla. 1.
& idẽ tenet Pla. in. l. fi. C. de iure fiſci. lib. 10. vbi
ad excludendum ab honoribus conſequendis
ſufficit

sufficit sola accusatio, licet nondū sit lata sententia. vt in.d.l.reus delatus.ff. de muneri. & hono. vi.text.& glos.in.l.vnica.C. de reis postula. lib. 10.& ibi docto.vi.Ias.in.l.1.ff.de re iudi.nu. 14. cum sequentibus.¶Sed solumrex debet de hoc cognoscere, & per eum debet terminari, vt in Pragma.9.in lib.Pragma.ibi, *que no se conozca dello, sino por nos.*& vide Bal.in.c.1.de confirm.vtil. vel inutil.nu.4.vbi de hoc.¶Sed iste text.& iura similia, quę dicunt, ꝙ expirat officium, & suspēdatur per aduentū successoris, intellige post

5 præsentationem† literarum, id est prouisionis: quia præsentatio literarum, & non data consideranda est.vt in.c. capitulum sanctæ crucis.de rescrip.& in.c.si qualiter, de cleri.nō resi. &.c. dilectus.el.2.de prębēd. &.c.quia frustra. de vsur. &.c.vt debitus. de appel. ¶Quā præsentationē debet facere in concilio ciuitatis, vt dixi suprà in.c.1.in glo.*les fuere mandado.*in prin.& in versi. & quia in istis officijs.& tenet Bald.in.l.1. C. vt lit.pēden. vbi dicit, ꝙ præscriptū non prodest sine præsentatione, & antea quàm iudici præsentetur, non aufertur iurisdictio, nec confertur, & dicit ꝙ ista est veritas, & ita habetur in prouisionibus regalibus officiorum, inquantum dicunt, *Tenga por nos el officio de corregimiēto de essa ciudad por vn año, cōtado desde el dia que por vos fuere recebido al dicho officio.* Quia vsq; ad annum consueuit dare officium potestatis, tenet Bart.in. l. omnes populi.ff.de Iust.& iur. col. 17.nu.52.& tex.in l.2.tit.16.lib.2.in ord.rega.& tex.singu.in.l.neminē.C.de suscept.præp.& arca.lib.10.vbi officiales non debēt esse perpetui, sed annales, vel ad plus biennales.& ibi Lucas de Pen. fina.col. & tex.in.c.fundamēta.§.fi.de elect.in.6.& Plat. in.l.ius senatorum.C.de dignit.lib.12.& sic seruatur.¶Et ꝙ stetur præsentationi, vi. quæ dixi suprà in.c.1.in gl.*officio.*Idem tenet Bald.in.l.falsus.C.de furtis.6.col.nu.17.tenet, ꝙ ante omnia debet fieri præsentatio rescripti, quia eius iurisdictio pendet ex eius productione, quod dicit notabile.& tenet idē Hippoly.de Marsil.in.l.si quis nec quæstio.ff.de quæstio.nu.66.¶Imo si

6 non sunt literæ præsentatę, talis corrector,† seu potestas licet tempus sui officij sit finitum putà annuū, nō debet statim deponere, sed debet successor expectare, & debet de causis cognoscere, & omnia agere vsq; ad aduētū successoris.vt in. l.meminisse.ff.de offi.proc. & lega.& ibi Bar. & vsq; ad eius aduentū ius dicere.vt ibi in tex.propter ciuiū vtilitatē.vt in.l.1.§.administratorem. C.vt omnes iudic.tam ciui.quàm crimina.& in l.1.ff.de offi.præfect. August.& in.l.si fortè. ff. de officio pręfecti.quinimo si successorem non expectat, tenetur, vt tenet Amodeus Iustit. in tracta.syndi.in parte, olim potestatem.per.d.l. meminisse.& per docto.in.l.eum qui.§. iudicare.ff.de iuri.om.iudi.quinimo pro reliquo tempore, quo sedet vltra tēpus ipsius officij, debet habere salariū consuetū. tenet Roma. singulari. 390.per tex.in.§.illud.in auth.de administrato. colla.7.* Et Bal.singul.in consi.8.volu.4. quod extende in rectoribus ciuitatum villarum & in iudicibus ordinarijs nostri temporis qui cōmuniter sunt annales: quia etiam habent seruire officium & ius dicere in aduentum successorū: tenet Albe.in.d.l.meminisse.nu.2.versi. sed quæro:& vi.quę dixi, suprà.in.c.1.in glo.1.nu.2.versic.& sic ꝙ vniuersitas.*Quod extēdit Bart.in. l.legati.ff.de offi.procon.& lega. ꝙ intantū debet cognoscere, ꝙ nō dicitur suum officiū finitū, nisi aduenerit successor, & etiā si non sit confirmatus in officio, pōt vti iurisdictione donec successor adueniat. quod nota, quia ita tenet extendendo dict.l.meminisse. ¶Et Cataldinus in tract.synd.q.253.dicit, ꝙ gesta per potestatē, & etiam per aliū officialem, finito officio tenēt, & valent donec successor veniat, quē expectare tenetur vsq; ad euētum.per.d.l.meminisse. & idē tenet Guido pap.in decisio.501.vbi ait, ꝙ quando iudex nouiter creatus nōdum accepit possessionem officij dictæ iudicaturæ, valēt gesta per antecessorem, qui est in possesione ipsius officij, donec alius adeptus fuerit possesionē dicti officij, quia apud eum remanet administratio cum tit.vt in d.l.1.§.administrationē.C. vt omnes iudi. tam ciuil. quàm crimi. quod habet locum in maioribus, & minoribus iudicaturis, secundùm Guid. papā in.d.l.decisio.vbi dicit ꝙ ita seruatur.& vi.quæ dixi suprà.c.in glos.*nuestros.* nu.1.¶Supradicta quoq; habēt locū in beneficialibus.vt tenet Roma.singula.566.per glo.singula.in.l.tribunus.ff.de milita.testa.¶Quod est intelligendū, quādo iudex prædecessor cōpleuit tēpus officij: quia si nondū finiuit, non tene-

7 tur recipere† successorē ad officiū, quia sua prouisio, vel creatio ante finitū tempus prædecessoris ipso iure nō valet. vt tenet Bald. in.l. scire oportet.§.consequēs.in.fi.ff.de excusatio. tuto. vbi ad literā tenet, ꝙ si officialis est creatus in aliquo officio, & antē eum dimissum, vel remotū, alius est creatus loco eius, ipso iure non valet eius creatio.& infrà dicetur nu.13.¶Et intantū est verū, ꝙ finito officio debet remanere in iuris-

8 dictiōe, ꝙ vniuersitas, † vel ciuitas correctore deficiente, non potest exercere iurisdictionē, nec iudicem ponere.vt tenet Montal.in glo. ordin. in parte, vniuersitas.allegando tex.in.c.accessit

ſent.de conſtitutiõ.& ibi tenet Inno.nume.3.&
dixi ſuprà in.c.1.in gl.*nueſtros*.nu.1.contrarium
vult Bal.in.c.cùm omnes.de conſtitu. num. 22.
vbi dicit,ꝙ dictum Inno. fallit quãdo,magiſtra
tus vacat.per tex.in.l.vbi abſunt.ff.de tutori. &
cura.datis ab his.vbi idem tenet Bald.quia licet
ibi ſit ſpeciali fauore minorum,nõ minor fauor
eſt totius populi,quàm minorum.vt in.l.Barba
rius.ff.de offi.præto.ſed iſtæ fallentiæ Bal. non
credo:quia ipſemet Inno. loquitur expreſſe re-
ctoribus deficientibus,ſeu vacantibus, vt per te
poteris videre,& ipſemet Bal.in.d.c.cùm acceſ-
ſiſſent.nu.10.tranſit cum dicto Inn.dicendo, ꝙ
vniuerſitates non habẽt iuriſdictionem conten
tioſam quoad exercitium per ſe, ſed per recto-
res ſuos,niſi quando rectores deficiunt.per. d.l.
vbi abſunt.quòd dicit ꝙ non placet Innocen.&
ratio dicit ꝙ patet, quia populus nõ habet apti
tudinem ad hoc, quia ſolùm habet vniuerſitas,
ſeu populus iuriſdictionem habitu in conferen
do,ſed non in exercendo per ſe.¶ Item intelli-
gitur in iuriſdictione ordinaria, ſecus in alio of-
9 ficio,vel in iuriſdictiõe † delegata. vnde legatus
cum temporis præfinitione,illo elapſo non po-
teſt cognoſcere.tenet Bald.in.d.l.meminiſſe. &
ſequitur additio ad dictã deciſionem Guidonis.
& idem tenet Petrus de Ferra. in forma libelli,
de declinatio.iuriſdictionis alicuius.in parte,nec
fuiſſe iudicem.nu.18.& Abb.in.c.ſuper eo.el.2.
de appella.nu. 7. & Specul.in ti.de iudi. delega.
§.excipi poteſt.verſi.Itemq; iuriſdictio.nu.8.&
idem Petr. de Ferra.in forma libelli ſentẽtiæ dif
finitiuę.in parte,nos Bernardinus.nu.23.¶Et vi
de Par.de Put.in.d.tract.ſyndic.in parte, ſequi-
tur de modo.fol.29.loquendo in ordinario,vbi
dicit,ꝙ licet de iure authenticorum debeat an-
te aduẽtũ ſucceſſoris officiũ deponere per duos
dies.vt in auth.de colla.§.illud.in fi. colla.7. de-
10 bet intelligi, † poſtquam notificauerit ſucceſſo
ri aduentũ ſuũ.ſecundum Azo.in ſumma tit. vt
oẽs iudi.cauſę.¶Imò & poſt aduẽtũ ſucceſſoris,
ſi eius officiũ non eſt de momẽto ad momẽtum
finitũ,põt admittere,licet non neceſsitetur.glo.
in.c.ſi Chriſtus.de iureiuran.& notatur in.l. me
minerit.C.vnde vi.& dicit ꝙ eſt capitulũ regni,
ꝙ omnis officialis debet notificare aduentũ ſuo
prædeceſſori,& ex tunc gagia cõputantur à die
notificationis,tñ dicit,ꝙ in regno nunquã depo
nitur officium, niſi poſt ingreſſum factum vi-
ſis,& lectis commiſsionibus,vt in conſtitutione
regni, quæ incipit, ſcire te volumus. vbi dicit,
quod antiquus officialis exercet officium antea
quam ſibi ſint delatæ literæ deſiſtentiæ. vt in.
dicta.l,1.ff.de offi.præfe.auguſt.& ita in noſtro
regno Hiſpaniæ quoque ſeruatur. Et vide Pari.
de Put.in tracta.ſyndi.in verbo, ad officialis ſuc
ceſſor.nume.6.fol.151.in porta.vbi ait,quod ſi
princeps conceſsit iuriſdictionem ordinariam
ad beneplacitum.& moritur princeps, ꝙ nõ ex
pirat iuriſdictio ante aduentum ſucceſſoris. per
d.l.meminiſſe. & ſic erit ordinarius, donec per
ſucceſſorem reuocetur.vt in authẽ.de queſtori.
§.ſuper hoc.colla.6.idem tenet Archi.in.c. ſcri-
pſit.7.q.1.& Specu.in tit.de loca.§. nũc aliqua.
nu.178.& ibi Ioan. And.in additio.& Bart.in.l.
1.§.ſi plures.ff.de exercito.nu.1.vbi idẽ tenet.&
idẽ tenet Ioann.Fab.in.§.item ſi adhuc. Inſtitu.
mandati.*Et Bal.in.d.l.meminiſſe. ff. de offici.
proconſul.nu.2.* Licet contrarium teneat ipſe
met Par.de Pute.in.d.tracta.in verbo, officiales
perpetui.fol.191.nu.3.dicẽdo,ꝙ officialis datus
ad beneplacitũ ſedis apoſtolicæ, eſt perpetuus,
ſecus ſi eſt datus ad beneplacitum papæ, quia
eo mortuo,expirat,quia intelligitur, ꝙ expiret
adueniente ſucceſſore,vt dictum eſt,aliàs ſecus.
*Vi.l.2.tit.2.lib.2.ordi.&.l.24.tit.2.lib.7. ordi.
& Grego.Lopez.in.l.20.titu.13.part.2.in gloſ.
de los officios.* ¶ Quod fallit in vicario epiſcopi:
quia mortuo epiſcopo, expirat iuriſdictio vica
rij,niſi capitulum, quod ſuccedit,eum cõfirmet
poſt mortem epiſcopi tenet Guid. papa ſingu.
560.*Quod etiã fallit in alio officio quam in iu
riſdictione ordinaria, & ita non habet locum in
concedendis beneficijs vel prębendis prout te-
net Bald.in.d.l.meminiſſe. nu.1.*¶Et vi. Bald.
in.l.falſus.C.de furtis.vbi tenet, ꝙ facta ab offi-
ciali reuocato valẽt anteaquã ſint ſibi literę deſi
ſtentiæ præſentatæ. Et idẽ dicit in epiſcopo re-
uocato.Et procedit hoc ex ordine: quia ſucceſ-
ſor per duos dies ante debet ſignificare aduentũ
ſuum prouincialibus, vel ciuibus cum aliquali
cõmendatione ſui ipſius.vt dicit text. in.l.obſer
uare.§.anteaquã.ff.de offi.procõſul. & etiã ant
quo poteſtati amicabiles literas deſtinare, vt in
ſuo aduentu occurrãt officiales,& non turbẽtur
ab officijs.vt in.d.§.anteaquã.&.§.illud.¶Ingre
11 ditur quoq; per illam portam,† ſeu partem pro
uinciæ, per quam ingredi moris eſt, vel adue-
niat ad illam ciuitatem,ſeu terram prouincię,in
qua ſolent alij plurimum venire,& ſe præſenta-
re.vt in.dic.l.obſeruare.§.proficiſci. quia multæ
ciuitates habẽt in hoc prerogatiuam,quòd pri-
vadat ad vnã ciuitatem, quam ad aliã, & ſic in-
greſſa præſentat literas deſiſtẽtiæ deceſſori, qui
bus princeps ſignificat,ꝙ officiũ deponat nouo
præſidi,quib⁹ lectis,& ſignatis,prædeceſſor ſce
ptrũ deponat in manibus noui, & ſibi aſsignet
tribunal,ſecundum Pari.de Put.vbi ſuprà. ¶Et
præde-

12 prædecessor obedire debet: quia qui † non vult pati quod successor suus in officio intret, cõmittit crimen læsæ maiestatis. vt tenet Franc. Lucanus in tracta. de priuilegio fisci. versi. item quod non vult. nu. 4. in. 2. parte. de crimine læsæ maiestatis. tomo. 6. tract. fol. 11. Et vid. Angel. in. l. qui ve. ff. ad. l. Iuliã maiestat. vbi tenet quòd si potestas Bononiæ, vel alicuius ciuitatis successori suo denegat præbere baculum, vt possit officiũ exercere, incidit in crimen læsæ maiestatis. & idẽ tenet Amode. Iusti. in tracta. syndi. in parte, olim potestatem. & dicit esse text. in. l. 3. ff. ad. l. Iuliã maiesta. Et est tex. expressus in. l. 2. tit. 2. parti. 7. versic. *la dozena es.* Et quod tenet Guiller. in. l. Imperium. ff. de iuri. om. iudi. ¶ Et secundum dictum Amod. vbi suprà quoq; tenetur, si non expectat successorem. per. d. l. meminisse. & in dictã pœnam incurrunt rustici, & populus, qui recusat illum habere in prætorẽ, quẽ princeps elegit. secũdum Fran. Luca. in. d. tract. vbi suprà. quod nota. ¶ Et hoc, quãdo primus iu-
13 dex finiuit suum † tempus, vt dictum est. nu. 7. quia si ante tẽpus primi iudicis finitum successor peruenerit, non debet admitti vt est tex. iuncta glo. in. l. 1. §. administrationem. in verbo, peruenerit. ibi, finito tẽpore primi. C. vt omnes iudi. tam ciuil. quàm crimi. & tenet quoq; gloss. in authen. de administrato. §. illud. in verbo, vocantur interdicta. colla. 7. ¶ Sed cõtra supradicta, & d. l. meminisse. videtur tenere Bart. in. l. itẽ quæritur. §. qui impleto. nu. 8. & . 9. ff. locati. quem sequitur ibi Paul. de Cast. in. fi. vbi dicunt, ꝙ officia, quæ ex necessitate gerũtur, vt in tutela, non videtur tacitè illud renouatum, licet quis in eo remaneat. vt in. l. 2. §. 1. versic. ꝙ si finita. ff. de eo qui pro tuto. Et ideo dicit Barto. ꝙ isti rectores, qui mittuntur per ciuitatẽ, & castellani, qui mittũtur ad custodiam Castrorũ, licet finito officio remaneant, non sunt Castellani, quia illud officiũ solo cõsensu nõ renouatur, sed necessitate, illata authoritate publica. ¶ Sed mihi videtur, ꝙ non sit contrarium, imò simile: quia licet non sint iudices, remanent in officio authoritate publica, & propter publicam vtilitatem. vt Barto. ibi dicit. & hoc propter ciuium vtilitatem. vt in dicta. l. meminisse. ibi, & vtilitas prouinciæ exigat esse aliquem, per quẽ negotia sua prouinciales explicent, & sic videtur esse iudex, & loco iudicis esse. ¶ Quod dicit idem Bal. esse in Castel-
14 lano. in. l. ex diui pij. C. locati. in. fi. vbi tenet, † ꝙ finito tempore Castellanus nõ debet dimittere custodiã Castri, si dominus non mittit alium ad custodiendum, quia bonã fidem debet agnoscere, & non debet reddere præcipiti festinatione: nam propter casum tempus prorogatur, secundum Bald. ibi. & facit tex. in. l. 3. ti. 18. par tit. 2. in fine. de quo per docto. in. l. mora. ff. solut. matri. vbi per Bar. nu. 17. & nu. 18. & ibi Alexan. nu. 18. vbi cũ Bar. tenet. & per Ias. ibi. n. 17. vbi singulariter. vbi quoq; ibi per eum, an si habebit salariũ pro custodia artis tempore elapso ¶ Sed an vltima die officij potest iurisdictionẽ
15 † exercere. glo. in. c. & si Christus. de iureiuran. in verbo, seruandũ. dicit, ꝙ non. tamen si fiat, valet. per. d. l. meminisse. & istã glo. approbat Bar. in. d. l. eum qui. ff. de iuri. om. iudi. & Cy. & Fulgo. Quod dicit Abb. notãdum in. d. c. & si Christus. nu. 7. pro intellectu illarum legum. Sed dicit, ꝙ nõ debet vltima die iudicare, scilicet, post aduentum successoris erubescit enim propter abdicationem iurisdictionis, ante aduentum successoris licitè iudicat. ¶ Itẽ dicit, ꝙ debet intelligi glo. in ordinario, secus in delegato, nam ille iudicat vltima die iurisdictionis. vt in. ca. cõsuluit. de offi. delega. & idem tenet Alex. in. d. l. eũ qui. nu. 7. vbi dicit, quòd aduentus successoris non accipitur pro ingressu in officiũ, sed pro aduentu, sine ingressu. vt dicit Bal. ibi. & hoc ostendit verbum, debet, positum ibi iunctis nota. per gl. in. d. c. & si Christus, & ita dicit de mente doctorum in. d. c. cõsuluit. & idem tenet glo. in authẽ. de administra. §. illud. in verbo, dies. colla. 7. vbi tenet, si prædecessor adueniente successore per duos dies ante administrationem deponere debet, sed recedere non debet, hoc dicit verum, si successor aduenerit, nõ aliàs, & hoc probat Barto. ibi. versi. oppono. & sic dicit Alex. in. d. l. eũ qui in fi. ꝙ hodie seruatur. d. auth. administra. in fin. ¶ Et quoq; in nostra Hispania seruatur, ꝙ anteaquã successor in officio se præsentet in concilio ciuitatis, & baculũ accipiat, prædecessor iudicat, & negotia expedit, licet successor sit in ciuitate & ita pluries feci, & multi alij faciunt, quia ex sola electione nõ quæritur ius electo. vt Bar. in. d. auth. & supradixi. ¶ Et non solum exercet officium vsq; in aduentũ successoris, vt dictũ est
16 imò debet † habere salariũ cõsuetum pro illo tẽpore, quo sedet, & iurisdictionẽ, & officiũ exercet. vt tenet tex. in. d. §. illud. & ibi Bar. vbi dicit, ꝙ vsq; ad eius aduẽtum emolumẽta publica percipere

lugar que otros los tenga, ni vse b dellos, saluo el, y sus officiales como por nuestra carta le fuere mandado.

cipere debet. & idem tenet Roma. in singulari. 401. & tenet iudex in expresso. Bal. in consil. 8. in. 4. volumine per. d. l. meminisse. ff. de offi. pro consul. & lega. & per. l. item quæritur. §. qui impleto. ff. locati. & per. l. pen. §. vxor. ff. solut. matrimonio. & per alia iura.

b Vse. b Alias si iurisdictionem exercēt dolo malo non habentes potestatē iudicandi à principe, eos punire debet, quia incidūt in crimen læsæ maiestatis. vt tenet Angel. in. l. lex duodecim tabularum. ff. ad. l. Iuliam maiesta. vt dixi suprà in. c. 1. in glo. 1. col. 1.

c Carta. c Quam per te vide, quia in ea cōtinentur casus omnes istius capituli, qui custodiri iubentur.

Prætorum Cap. V. finis.

Sequitur Caput VI.

SVMMARIVM.

1 *Præceptum, & lex, an ligent in foro conscientiæ.*

Prætorum.

Otrosi les mādamos[a] que del dia

Caput. VI.

que fuerē al lugar dōde hā đ ser recebidos fasta sesenta

a Mandamos. a Quod verbū, prę cipimus, est durum verbū cōtra negligētes. vt tenet Cardi. in Cle. 2. de
1 magistris. in. 15. notabil. nu. 29. in fin. † vbi dicit ꝙ obligat ex ꝑcepto. & vi tex. in. c. pręcipitur. 14. q. 1. vbi Archi. dicit, ꝙ mandatū cōsistit inter cōsilium, & præceptum. est enim vltra consiliū, & citra præceptū. mandatū enim cogit sicut præceptū, & peccat si nō adimpletur. de quo per Cardina. in Cle. 1. de ætate & qualit. in. 8. q. vbi dicit, ꝙ prælati negligētes super eo, quod disponitur, peccāt mortaliter. per c. deniq;. 4. distin. quod notat gl. in. c. ea quæ. de offi. archid. de quo per Archi. c. vtinā. 76. dist. in. vbi dicit, ꝙ ad intelligentiā huius sciendū est, ꝙ præcepta, quæ per modū statuti, vel cōstitutionis proponūtur, nō eodē modo obligāt omnes, sed secūdum ꝙ requiritur ad finem, quē legislator intendit, cuius authoritatem si aliquis transgrediendo statuta contēnat, & hoc modo transgrediatur, ꝙ impediatur finis, quem intēdit, peccat mortaliter talis transgressor. ¶ Si autem ex aliqua rationabili causa nō seruet, pręcipuè etiā si legislator adesset, non decernet esse seruanda, talis transgressor nō committat mortale peccatum: & inde est, ꝙ nō omnes, qui omnino non seruant ieiunia ecclesiæ, non peccāt mortaliter. ¶ Sed contra hoc opponitur, ꝙ præcepta ecclesiæ obligant sicut Dei præcepta, secūdum illud Luc. 10. Qui vos audit, me audit. c. qui vos. 8. q. 1 Sed ad præcepta Dei omnes tenentur, illicò. & ius soluendo dic, ꝙ præcepta Dei sunt pręcepta iuris naturalis, quæ secundùm se sunt de necessitate salutis: sed statuta ecclesiæ sunt de his, quæ non per se sunt de necessitate salutis, sed solùm de institutione. & ideo possunt esse aliqua impedimenta, propter quæ aliqui ad ea obseruāda huiusmodi non tenerentur, secūdùm sanc. Tho. prout tenet Archi. in. d. ca. vtinam. ¶ Tu vi. Abb. singu. in. c. nam concupiscentiam. de constitu. nu. 2. vsq; in finem. vbi ponit perfectam distinctionē, an, & quando qui venit contra legē, vel regulam, incurrat peccatū mortale. Et sequitur Archi. in. d. c. vtinam. & mirabiliter per Speculum cōscien. in. 1. tracta. c. 17. vbi per totū, an leges humanæ obligēt in foro conscietiæ. ¶ Vide tu quoq; Bald. in. l. cū quis. in. 6. col. num. 14. C. de iuris, & facti ignor. vbi ponit, an lex positiua excuset, vel obliget in foro pœnitē. Et dicit, ꝙ Petrus de Vltramo. auditor dñi Card. Raineldi in isto casu distinctionē facit, sic. ¶ Aut lex humana dicit cōtra legē diuinā. ¶ Aut secundū eam. ¶ Aut præter. ¶ Primo casu dicit nō excusare in foro pœnitētię, & ponit exēplū in vsuris. Nā si lege antiqua permittatur, dicit illā legē non valere: quia conditor legis humanæ nō pōt tollere legē superioris. vt in. l. ille à quo. §. tēpestiuū. ff. ad Trebel. & quia conditor legis humanæ, siue sit Papa, siue Imperator, est cōstitutus à Deo, & ab eo habet potestatē legem cōdēdi. Sed ille qui alicui mandat, non intelligitur mādare, vt quicquā faciat contra se, vt in. l. si hominē. ff. manda. ergo cōcluditur, ꝙ non est data potestas

potestas condendi legē humanam cōtra legem diuinā, cùm legem diuinā concedat ipse Deus. ¶ In secundo casu, qñ lex humana est secūdum legē diuinā, tunc dicit legem humanam in foro conscientiæ ligare, & etiam à peccato excusare, cùm sit condi ta secūdùm le gem Dei: imò punire debet magis trāsgres

dias de su officio se informē[b] cō mucha

sore huius legis, quàm si esset simplex humana, vel diuina. argum. in. l. si cùm dies. §. fi. ff. de arbitris. & in. l. celsus. eo. tit. & illa ratione, quia duplex funiculus difficillimè rūpitur. ¶ In tertio casu, quando lex humana condita est præter legem diuinā, quoq; ipse subdistinxit, ꝙ aut lex humana fundata est super præsumptione, aut super veritate. Et certè primo casu dixit non excusare. ponit exemplū de re iudicata. Nam si teneo fundum alienum, quē scio alienū esse, & petitur à me in iudicio, & propter defectū probationis, vel aliā causam absoluor, certe dicit ipse, ꝙ licet de iure positiuo, & humano ista sententia faciat ius vt postea nō teneatur restituere, tamen in foro conscientiæ non excusor. ¶ Itē posuit exemplum de mutuo. Nam si cōtra instrumētū mutui aliquādo non possit excipi de iure positiuo, tamē nō excusor de iure, & in foro cōscientiæ, & pœnitentiæ quoad Deum, & hoc ea ratione: quia istud ius humanū est fundatū super præsumptione, & incerto. vt Dy. in regula. Locupletari. de regul. iur. in. 6. & Inno. in. c. quia pleriq; de immu. eccle. ¶ In secūdo casu, qñ ius est fundatū super veritate, & certo, tūc bene excusat in foro pœnitentiæ. vt in præscriptione, in qua est bona fides, & iustus titulus. tunc dicitur ꝙ excusat in foro conscientiæ, & pœnitētię. Et etiam si præscriptor sciat postea rem alienā esse, & hoc ea ratione: quia cùm causa pōt auferri dominium, item possunt auferri actiones: sic ergo qui legitimè præscripsit, tutus est, non solùm in via fori, sed etiā in via poli, quod est ęquitas secundum Bal. quæ in via poli multum consideratur in materia conditionis indebiti, & etiā in via fori consideratur, & alia exempla, vi. per eum. vbi suprà. ¶ Et an præter pœnam deportationis teneatur in foro cōsciētiæ restituere ipsa bona fisco. vi. Bart. & Luc. de Penna in. l. 1. C. de his, qui se deferunt. lib. 10. in. 2. co. vbi distinxit, an bona ipso iure propter delictum cōfiscantur & tunc statim sunt fisco, & si detinet, furtum facit. Secus si non veniunt ipso iure publicāda, seu confiscanda, sed per sententiam, tunc fiscus non habet ius, nisi post sententiam, & recte detinet.

SVMMARIVM.

1 *Inquisitio fauore reipublicæ super terminis pascuis, & lignis permittitur, & etiam super bonis vacantibus, & in istis casibus proceditur, non oblato libello, nec lite cōtestata, nec seruatis alijs iuris solennitatibus.*

2 *Inter querimoniam, & quæstionem est differentia.*

3 *De illo qui promisit non mouere quæstionem.*

4 *Iudex debet ire ad videndum locum, de quo est quæstio pro finibus, & debet artis peritos mittere, & mouere partes, vt sint præsentes.*

5 *Iudex eligēs æstimatores, seu declaratores, debet eos eligere partibus præsentibus.*

6 *Si ad mandatum iudicis qui nō patitur fundum mensurari, vt contumax punitur.*

b Se informen. b Permittitur ergo in tali casu in
1 quisitio† fauore reipublicæ sicut permittit præsidi prouinciæ inquirere de bonis vacātibus. vt in. l. 1. C. de bonis vac. lib. 10. & idem, quod iste tex. tenet Mōtal. in gl. ordi. in parte. rex deputare tenetur. & est tex. similis huic in. l. 5. tit. 1. li. 8. in ordinamen. regali. & text. in. l. 5. tit. 3. lib. 7. in dictis ordi. & Montal. in gl. ordina. in parte, inquisitio. vbi tenet, ꝙ permittitur inquisitio facta denūtiatione super iure, ꝙ conciliū alicuius loci intendit contra aliud concilium, vel aliā personā habere super terminis pascuis, vel super ligna scindendo, vel glandes colligendo. & gloss. in. l. 3. C. finium regund. & text. singula. in. l. 9. tit. 11. lib. 3. eodem. lib. in ordinamē. regali. quia officium autem, & potestas iudicis est, fines custodire, si apparent. quod etiam per scripturam lapidum antiquorum probari potest vt eleganter per Bart. & Acurs. in. l. nouellorum. ff. de religi. & sumpti. fune. & tenet Bald. in. c. cùm causam. de probatio. numer. 9. si autem sunt turbati fines, debet emendari quod malè gestum est. vt in. l. agraria. ff. de termi. mot. ꝙ nil si apparet, & debet de nouo apponere iuxta consilium geometricū. vt in. l. si quis super. C. fin. regun. in. l. inter Castellanum. ff. de arbitris. & sequi id, quod verisimile est, & magis sequi vias publicas, & regales in descriptione finium iurisdictionum, quàm vias paruas, & vicinales, quæ subiectæ sunt multis mutationibus, secundùm Bald. ibi. *Et alios casus, vbi proceditur per inquisitionem vi. per Peregrin. in part. inquisitio. qō. 5. in gloss. quibus, & in gloss. fiat vbi singulariter.*

¶Vbi. & in isto casu, & in alijs proceditur, non
oblato libello, nec lite contestata, nec seruatis
alijs solennitatibus iuris vt suprà: & proceditur
ad diffinitiuam, copia partibus data, & inquisi-
tione publicata: & talis processus factus per in-
quisitionē di-
citur ordina-
rius. vt tenet

diligēcia c de las sen-

Archidi. in. c. si quid hoc. 86. distin. in fi. ¶Et idē
tenet Ange. in. l. si quis super. C. finiū regū. vbi
dicit, ꝙ istud verbū, querimoniam, verificatur
ante litē cōtestatam: secus in verbo, questionis,
2 & sit differētia † inter questionē. & querimoniā.
vt Pau. de Cast. ibi. Tamen Bart. ibi putat, ꝙ qn̄
est quæstio solùm de finibus, & nō de proprie-
tate lite non contestata, posſit ad diffinitiuā sen
tentiā peruenire, quia non cadit hic immiſsio ex
primo vel secūdo decreto. vt tenet Bar. in auth.
si omnis. C. si vt ab hæredi. abstine. sed cōtrariū
tenet ibi Bal. & cū Bal. cōtra Bart. tenet Abb. in
c. quia indicāte. de prescrip. nu. 8. & dicit. ꝙ Bar.
cōfunditur ex. c. tuæ. vt lite nō cōtesta. ¶Quod
est notādum secundū Pau. de Cast. vbi suprà ad
3 hoc, qn̄ aliquis promisit sub pœna † non moue
re questionē, vel querimoniā, vt incurrat pœnā
eo ipso, ꝙ dedit libellū. de quo per Bar. in. l. am-
plius nō peti. ff. rem ratam haberi. ¶Quid de eo,
qui promisit non venire contra: qualiter dicitur
cōtrauenire? Dic vt in. l. si quis maior. C. de tran
sactio. ꝙ per solā interpellationem iudicis, vel
per supplicationē datā principi de causa cōmit
4 tenda. ¶Et in casu istius text. & similiū, † iudex
si oportuerit, debet ire ad vidēdū locū, de quo
est questio pro finibus, & debet mittere peritos
artis. glo. & docto. in. d. c. quia indicante. & in. d.
l. si quis super. & ibi glos. & in. l. si irruptione. ff.
eod. fini. regun. in. §. ad officium. vbi dicit, ꝙ ad
officium iudicis pertinet de finibus cognoscere,
& mensorē mittere, & ꝙ ille debet esse præsens
si oportuerit, & isto casu debet mouere partes
ad interessendū. vt Bar. singulariter in. l. qui bo-
na. §. huic stipulationi. ff. de damno infecto. nu.
2. vbi dicit, ꝙ debet statuere terminum partib9,
vt sint tali die, tali hora, cum tali magistro, vel se
cum in illo loco, & debet omnia hæc facere scri-
bi, & instrumentum fieri, quādo iudex est in lo
co, aliàs posſit processus periclitari. quod dictū
Bar. sequitur ibi Pau. de Cast. & dicit, ꝙ pluries
vidit practica. & idem tenet Iaso. in. §. quædam
actiones. Institu. de actio. nu. 77. & tenet Abb.
quem vide in. d. ca. quia indicāte. nu. 6. & . 7. vbi
quoq; tenet, ꝙ non est necessarium, vt iudex te
neatur ire præsentialiter tempore mensuratio-
nis. ¶Et facit quod tenet Feli. in. cap. veniens. 7.
colū. de testi. versic. quarto. vbi dicit, ꝙ si iudex
5 † eligat æstimatores, vel declaratores, qui habēt
referre, debet eos eligere præsentibus partibus,
& relatio eorū potest fieri partibus absentibus
dummodo iurent prius bene, & legaliter men-
surare. vt Ias. in. d. §. quædā. nu. 78. Et facit quod
notat Bal. in. l. minorum. 2. col. versic. sed hic est
dubitandū. C. in quibus causis restitu. in integr.
non est necessa. & in. l. fi. circa medium. C. de fe-
rijs. vbi dicit, ꝙ in relatione nuntij non est neces
6 saria præsentia partis. ¶Et si iudex † ex officio
mandat mensurari fundum alicuius, & ille non
patitur metiri, vt contumax, & inobediens po-
test puniri. tenet glo. & ibi Ange. in. §. fi. institu.
de offi. iudi. in princi.

SVMMARIVM.

1 *Negligentia in iudice, & prælato reprobatur.*
2 *Diligentia debet esse arbitrio boni viri.*

c **Diligencia.** c Quæ est mater om-
niū virtutū. Specul. in
tit. de aduocato. §. 5. versi. commendat autem. &
in. §. 9. versi. item cautus sit antiquus. ¶Item est
mater omnium artium, vt in Clementina. 2. §. 1.
& ibi Cardi. de sepult. ¶Nouerca verò eruditio
nis est negligentia, secundum Cardin. ibi. versi.
quinto nota. per tex. in capit. nihil. 82. distin. &
Seneca epistol. 1. dicit. Turpisſima est iactura,
quæ per negligentiam fit, & maximè in præla-
1 to, † & iudice reprobatur. secundum Cardi. ibi.
2 ¶Et ista diligētia † debet esse arbitrio boni viri.
vt Barto. in. l. cùm filius. §. si pater. ff. de legat. 2.
& in. l. si ita scriptum. ff. de manu. testament. &
in capitu. 1. in fine. de eo, qui mittitur in poſſes.
in. 6. & in Clement. 1. de offic. ordin. & Alexan.
in consil. 60. in. 4. volumine.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ appellatione, intelligitur de diffini-
tiua.*
2 *Quando in contractu fit mentio de sententia, in
telligitur de diffinitiua.*
3 *Statutum, quòd de sententia soluatur gabella,
non soluitur de interlocutoria.*
4 *Statutum, quòd à sententia non posſit appellari,
intelligitur de diffinitiua. nu. 6.*
5 *Quando est eadem ratio, vel maior in interlo-
cutoria, quæ in diffinitiua, tunc intelligitur*

de interlocutoria.

7 *Statutum, quòd sententia non poßit fieri sine cō-*
silio sapientis, intelligitur de diffinitiua.

8 *Largè intelligendo appellatione sententiæ venit*
interlocutoria, & in materia fauorabili, vel in-
differenter.

9 *An sententia arbitri veniat appellatione sen-*
tentiæ.

10 *An omnis vox iudicis sit sententia.*

d 1 Sentencias. d Quarum appella-
tione intelligitur † de
diffinitiuis, & non de interlocutorijs. glo. in. l. 1.
§. biduum. super verbo, latè. ff. quando appellan-
dum sit: & tenet Guid. pap. in singu. 611. vbi di-
cit, quod quando in iure loquimur de sententia, intelligitur de
diffinitiua; nō de interlocutoria. & est glos. in. c.
cùm olim. de testi. in gl. fi. & text. & ibi Abb. in
c. super eodem. el. 2. de appel. nu. 6. & glo. in Cle.
men. 1. de re iudic. & in Clemen. 1. de sequestra.
possessio. & fruct. per doct. & ibi Paul. de Castr.
in. l. quod iussit. de re iudic. ff. col. 1. & in Rubr. &
Hippolyt. de Marsil. in. l. de minore. §. plurium
quoque. ff. de quæstio. nu. 113. & probatur in. l.
dicere. ff. de arbitris. & facit text. in. c. veniens. in
prin. de iure iur. & text. in. l. quid ergo. §. quæsi-
tum. ff. de his, qui not. infamia. & ibi Bald. & vo-
luit idem Bald. in. l. 2. C. de arbitris. Et idem Bal.
in. d. c. cum olim. circa finem: dicit, quòd facit ad
statuta de executionibus sentētiarum. ¶ Quod
2 amplia † idem esse, quando in contractu fieret
mentio de sententia, quia intelligitur solùm de
diffinitiua. vt tenet Ias. in rubri. ff. de re iudic. nu.
9. ¶ Et ideo dicit Bald. in additio. ad Specul. in ti
3 tu. de senten. prolatio. col. 2, quòd si stat † statu-
tum, quòd de sententia debeat solui gabella, nō
soluitur de sententia interlocutoria. & Felin. in
rubrica de re iudica. colum. 5. versiculo. vnde si
de sententijs. vbi ista & alia vide. ¶ Et Ias. & Fe-
lin. vbi suprà subdunt, quòd si à sententijs non
¶Quoque probantur per communem opinionem.vt per Specula.in titulo. de probatio. §.1. versiculo.hoc etiam not.& in. §. videndum restat versic. 12.ibi. per communem opinionem. ¶Et ideo vt dicit dictus Guido in dict.decisione.192.si est controuersia inter duo castra, vel inter duas ciuitates de confinibus territoriorũ: & homines vnius Castri deponunt,quòd banerius illius Castri custodiebat vsque ad illum locũ.& ibi pignorabat,& ita audiuerit à suis prædecessoribus,quòd valet tale testimonium. per dict.l.in nomine Domini.versicul. in Sardinia. & Ioann.Fab.in.§.sed hæc hodie.institu. de satisda.¶Et vide tu quoque Petrum de Ferra. in forma libelli.in actione reali.versicul. cui cohæret.numero.4. vbi quoque aliquos ex istis modis probandi confinia ponit, & dicit,quòd aliquando ista confinia sunt notoriè discreta per vias regales,quandoque per montes,vel flumina, quandoq; per lapides, vel signa alia multa apparentia,quibus modis confinia communiter distingui consueuerunt,& quandoque finis iurisdictionis per expressas,vel tacitas assertiones partium probantur. vt in dict. l.optimam. & aliquando probantur per sententiam iudicum,vel arbitrorum.vt in.l. inter Castellanum. ff.de arbitris.&.§.fin.institu.de offi.iudic. Item per exercitium iurisdict.vt Innocẽ. in capitulo cum ad sedem.de resti. spolia. & facit capitulo super quibusdam.de verbo. signific. secundùm Petrum de Ferra.vbi suprà,quem vide. ¶Et an
15 si possunt produci† testes in isto casu de hominibus commorantibus in dicto loco?Guido Papa,vbi suprà credit quòd sic:quia illi de vniuersitate possunt esse testes in causa vniuersitatis: vt notat Innocent. in capitul. cùm nuntius. de testibus.& Specula.in titul.de teste.§.1. versi-

cul. sed nunquid in causa vniuersitatis. & quia in subsidium alijs deficiētibus admittuntur ali qui testes, qui aliàs non admitterentur. vt in. l. consensu. C. de repudi. & possunt esse testes pro vniuersitate, posito quòd reportent commodum in vniuerso, vt dicunt Cyn. & doctor. in. l. parentes. C. de testibus. & in. l. intantum. §. vniuersitatis. ff. de rerum diuisio. & Specula. in titul. de teste. §. opponitur. versiculo. sequitur. & ibi Ioannes Andre. in additio. & residet Guido Papa. vbi suprà. ¶Tu vid. Paul. de Castro in. l. si municipes. ff. quod cuiusq; vniuers. nomi. vbi dicit, quòd homines de vniuersitate quando nullum commodum sentiunt in singulari, de illa causa possunt testificari, vt si vniuersitas habet molendina, vel alios reditus, secus si sentirent commodum, vt si habeant pascua, in quibus singulares homines habent ius pascendi: si enim litigat vniuersitas de dictis pascuis, non possunt singulares testificari, quia testificarentur in causa propria. secundum Paul. de Castro, vbi suprà, allegādo Cyn. in. l. omnibus. C. de testibus. De quo singulariter per Fel. in cap. insuper. de testi. column. 1. vbi ponit regulam, & fallentias. & per Hippolytum de Marsili. in l. prima. §. seruus mancipium. ff. de quæstioni. ✱ Nota vnum singulare quod tenet Bald. in dict. l. intantum. §. vniuersitatis. ff. de rerum diuisio. quòd si inter vniuersitatem est quæstio de iurisdictione singuli de vniuersitate testificari poterunt. ✱

¶Nota tamen in proposito vnum, quod est singula. quòd quando ciues, qui deposuerunt pro vniuersitate recipiunt commodum, soluendo aliquid vniuersitati, sunt idonei testes, putà si recipiebant commodum pascuorum, vel lignorum ex syluis, & ratione huius soluebant, & componebant se cū datiarijs, soluta mercede, vel pretio, non redduntur inhabiles per hoc ad testificandum; sed solùm quando recipiunt cōmodum gratis ex nemoribus vniuersitatis. Ita mirabiliter Alexan. in consilio. 99. in quinto volumine. columna quarta. numero. 7. & dicit, quòd ita tenet Bald. & Salycetus. in dict. l. parentes. C. de testibus. & Angelus. in dicta. l. si municipes. ¶Circa. l. Toleti, vide institutionem, quam senatores cōsilij regalis dant iudicibus, & perquisitoribus, quando de istis terminis cognoscere debent, & illam serua, quādo tibi datur, dū eris iudex deputatus ad cognoscēdum de illis terminis.

¶Cuius instructionis tenor talis est, quia impressoribus tradita non est.

¶Y por la presente vos lo encomendamos, y cometemos, porque vos mandamos, que luego que con esta nuestra carta fueredes requerido, vos en persona, sin lo cometer a otra persona alguna, vades a los dichos terminos, o a otras qualesquier partes, y lugares donde fuere necessario, y llamadas, y oydas las partes, a quien lo susodicho toca y atañe, attento el tenor, y forma de la dicha ley de Toledo, en lo que la dicha ley ouiere lugar, y en lo que no ouiere lugar por via ordinaria torneys, y restituays, y fagays tornar, y restituyr a la dicha ciudad, y vezinos, y moradores della los dichos terminos, o la parte dellos que fallaredes que le estuuiere tomado, o occupado por los dichos concejos, o personas particulares đ la dicha ciudad, o por qualquier persona, que segū el tenor y forma de la dicha ley, le deue ser restituydo. Cō tanto, q̄ en lo que conociere des por virtud de la dicha ley guardeys la orden y forma siguiente.

¶Primeramente, q̄ quando el Procurador đ la dicha ciudad, o de sus lugares se quexarē de algū cōcejo, o yglesia, o monasterio, hospital, o cauallero, o otra qualquier persona q̄ les tiene tomada, y occupada la possession de los dichos terminos, lugar, prado, o pasto, o exido, o abreuadero, o montes, o de otra qualquier cosa q̄ pertenesce al concejo de la dicha ciudad, o sus lugares, que vos llameys a la parte, o partes de quiē el dicho Procurador de la dicha ciudad se quexare, y le asigneys plazo, y termino de setēta dias por todo, y plazos, y terminos, y dende luego se lo asigneys, el qual no se pueda mas prorogar, dentro del qual mādeys que las partes muestren el derecho q̄ tienē a la possession del tal lugar, o termino, o prado, o abreuadero, o otra qualquier cosa comun sobre que sea la dicha demanda por escripturas, o testigos, o por la manera que les pareciere, y durante el dicho termino vos el dicho

cho. fulano de vuestro officio simplemente, y de plano hagays pesquisa y os informeys y sepays la verdad delo sobre que fuere el dicho pleyto.

¶ Y passados cincuenta dias fagays luego publicacion, y antes si las partes se concertaren, y fagays dar traslado a las partes si vos fuere pedido de todas las escripturas, y prouanças hasta entõces presentadas, y fechas de vuestro officio, y recibays luego las tachas, y contradiciones, y prouãças que sobre ello las partes hizieren de que se deuan recebir cõ tanto que se hagan dentro de los setenta dias, y no despues, y fecho el dicho processo sin cõclusion de causa, ni otra figura de juyzio deys, y pronuncieys sentencia en que si hallaredes que la dicha ciudad o sus lugares fueron despojados de su possession, que luego sin dilacion alguna torneys, e restituays, e fagades tornar, e restituyr a la dicha ciudad y a sus lugares la possessiõ de lo que ansi fueron despojados libre y pacificamente poniendo les en la possession de todo ello, y a su Procurador en su nombre, e le ampareys e defendays en ella, e no cõsintays ni permitays que otra persona alguna, ni concejo se la tomen so las penas contenidas en la dicha ley de Toledo, que habla sobre la restitucion de los terminos.

¶ La qual dicha execucion se haga en la manera sobredicha, saluo si la sentencia fuere dada contra Iglesia, o monasterio, o hospital, o ordenes militares, o otra qualquier persona que tẽga qualquier titulo. De la cosa que en tales casos si en tiempo fuere appellado deueys deferir la appellacion para ante los de nuestro consejo, y no para ante otros juezes, e sobreseer la dicha execucion.

¶ Agora se dize que defieran la appellaciõ para los Oydores de la Chancilleria.

¶ Otrosi q̃ si ante vos fuere allegado litis pẽdẽtia, o ante otro juez sobre la possession, que ante vos se cõtẽdiere, y en el termino del derecho fuere mostrada la litis pendentia, entre las mismas partes sobre la dicha possession, que no conozcays mas de la dicha causa e possessiõ, e lo remitays ante el juez ante quiẽ estuuiere pendiente.

¶ Otrosi q̃ si de la sentẽcia, o sentencias que ante vos el dicho juez de terminos se pidiere execucion, estuuiere appellado, o dicho d̃ nullidad, o sobre ello ouiere pendencia de pleyto, e lo mostraren ante vos que no executeys la tal sentencia, o sentẽcias, e que remitays la causa, o causas ante el juez ante quien estuuiere pendiente, saluo si la dicha sentencia ouiere sido dada sobre processo fecho entre partes, por la dicha ley de Toledo, segun, y como en ella se contiene, y en todo lo otro demas de lo susodicho, guardeys y cũplays la dicha ley de Toledo segun que en ella se contiene, haziẽdo sobre todo complimiẽto de justicia, por manera q̃ ninguno reciba agrauio, de q̃ tenga causa ni razon de se nos mas venir ni embiar a quexar sobre ello por vr̃a sentẽcia, o sentencias ansi interlocutorias como diffinitiuas, o otras qualesquier, y el mandamiento, o mandamiẽtos q̃ en la dicha razõ dieredes, y pronũciaredes, las lleuedes, y fagades lleuar a pura y deuida execucion con effecto segun la dicha ley e instruciõ lo dispone.

Et ista instructio iubetur custodiri per nostrũ Carolum in curijs, quas habuit Segouiæ anni. 1532. peti. 51. quã vi. ¶ Sed circa istã. l. quæritur, an si aliquis est expulsus secundum istam l. Toleti à possessione terminorum, & possessionum per iudicẽ, potest agere de nouo interdicto recuperandæ, vel rei vendicatione contra possessorem. Vi. Baldum in capitulo. veniens. de præscrip. numero octauo. vbi tenet, quòd sic, quia talis sententia non parit exceptionem rei iudicatæ si is, contra quem iudicatum est, agit interdicto vnde vi, vel recuperande, seu rei vendicatione pro eisdẽ rebus, quia & alia est actio, & aliud agitur nunc, quàm prius. ff. de except. rei iudi. l. cum quæritur. & l. sequenti. & capitulo.

tul.cùm cauſam.de teſta.ſecundùm Innoc. ibi. in dict.capitul.veniens.nume.2.vbi alia in propoſito adduntur notabiliter.

SVMMARIVM.

1 *Viſitans prouinciam, debet ſuis ſumptibus viſitare, & non expenſis ſubditorum.*

2 *Iudex delegatus, & ſic perquiſitor debet habere ſalarium in eundo, ſtando, & redeundo.*

3 *Viſitando prouinciam, hoſpitari non debet iudex gratis.*

4 *Populus viſitatus non tenetur ad procurationem.*

5 *Viſitare poteſt corrector pro ſuum locum tenente.*

6 *Quod facere poteſt per ſe, poteſt alteri committere. fallit vt hic.*

k Salario. k Idem tenet Pari. de Pute.in tracta.ſyndicat .in parte, ex penſæ quidam magnus. numero quinto. folio
1 111.vbi dicit,† quòd viſitans prouinciã, debet ſuis expenſis viſitare, non ſumptibus ſubditorum, licet aliter dicant Canoniſtæ. vt in capitulo. venerabilis. de cenſib.* Et tenet Bald. in. l. obſeruare. ff. de officio proconſul. & lega.* & Bald. in capitulo. qui in pleriſque de offi.ordi.in fin. dicendo, quòd ſi iudex inquirit, fit ex penſis de publico, quia publicam vtilitatem reſpicit. vt in. l. mulier in opus ſalinarum. ff. de capti. Et pro iſto text.eſt gloſſ.ibi, in dict. capitulo.quoniam.in gloſſa.2.¶Tamen viſitatores dati à regibus ad aliquam ciuitatem reformandam, debent hoc facere expenſis ciuitatis. vt tenet idem Bald. in capitulo. cùm ex officij. de præſcript.numero.2. ¶Et vid. Amode. Iuſti. in ſuo tract.ſyndicatus.in parte, Item in eo qui plures nocentes.columna octaua.verſicu.Item tenetur.vbi dicit, quòd miles, & officiales eundo per comitatum, debent viuere ſumptibus proprijs, licet poteſtas parua encænia recipere poſsit, ſecundùm Bald. in capitulo. iudices. de pace iura.fir.in vſi.feudo.& facit. l. ſolent. ff. de offi.præfe.& in.l.prima.§.prouincias.C. de cõtra.& in.l.4.de defenſo.ciuit. & in. l. plebiſcita. ff.de offi.præſi.*Sed hoc intellige, quando iudex non eſt ſalariatus de publico, tũc poteſt recipere iſta parua encænia, & habere ſalarium à partibus, ad petitionem quarum ipſe iudex tẽdit perſonaliter ad iſta cernere. vt eſt text. & gloſſ.in.l.ſi irruptione.§.ad officium.ff.fini.regundo.ſed quando eſt ſalariatus de publico, nõ poteſt eſculentum etiam paruum recipere pro uidendo, & viſitando ſupra dicta. text. in authentic. ſcriptum eſt exẽplar. titulo, vt iudices ſine

go ſin lleuar por ello ſalario k alguo, y vean ſi ay otros ter-

quoquo ſuffragio. collatio.2.& ibi gloſſ. in verbo, auaritiam & idem tenet gloſſ.in.§.ſunt præterea inſtitutio.de public.iudic. quia debet eſſe contentus ſtipendio ſuo. vt dixi in capitul.primo.in gloſſ.ſalario.in principio.¶Et ideo dicit Angelus.in.§. nulli quoque. in dict. authentic. vt iudi.ſine quoquo ſuffrag.eſſe ibi, tex.contra rectores ciuitatum, qui per caſtra, & villas mittunt eorum milites ad locorum conſeruationẽ ſumptibus ruſticorum, quia pœna ibi inſerta puniuntnr. Quia quando habent ſalarium à publico, nil debet recipere, vt dictum eſt. & tenet Ioann.Faber.in.l.omnes cognitores.C.ad.l. Iuli.repet.& gloſſa.in capitu. non licet.11.q.3.& capitulo.militare.23.quæſti. 1.& gloſſ.in capi. cum ab omni, de vita & honeſt.clerico. & vide quæ dixi in capit.1.in gloſ.Pueſtos.in fin. ¶In
2 iudice delegato†, ſeu perquiſitore: ſecus eſt, vel in iudice, ſeu officiali conducto, quia iſte debet habere expenſas, ſeu ſalarium in eundo ad officium, ſicut in ſtando, & redeundo. ſecundùm Bartol.in.l.prima.ff.de var.extra.ord.cog.& in l.ſuper creãdis.C.de iur.fiſca.libro.10.& ſic de conſuetudine obſeruatur.& ita videntur ſonare literæ ſui officij, vel delegationis, prout tenet Alexander in conſili.206.in.2.volum. & ita in noſtra Hiſpania obſeruatur. & vide infrà in ca. 40.in gloſſa prima. ¶Hac de cauſa dicit Paris de Puteo, vbi ſuprà, quòd qui accedit purgan-
3 do prouinciam, non debet gratis hoſpitari †, ſed congrua mercede: & ſi ſunt hoſpitia publica, non debet ire ad priuata, quia ſoli principi licet gratis hoſpitari, & nõ recipit niſi tertiã partem domus.C.de metha.libro.12.l.2.& Baldus in.l.obſeruare.ff.de offic.procõſ.& lega.¶Nec debent iſti correctores viſitando prouinciam hoſpitari in domibus iudicum locorum. Ad quod facit, quod tenet Bartol. & Plat. in ſimili in.l.cunctos. C.de metha.libro.12. vbi tenent, quòd tunc minor magiſtratus nõ deſiſtit à ſua iuriſdictione per ſuperuenientiam maioris magiſtratus. quod nota. vbi gloſſ.& in capitu. volentes.

lentes.de offic.delega.alia in ca.studuisti. eodē tit.& Plat.in.l.omnino.C.de palat.lib. 12. ¶Et
4 idem dic in visitatore ecclesiarum†,quia populus visitatus nō tenetur ad procurationem, sed ecclesia.c.placuit.10.q.3. Et ita tenet Archiepiscopus Florentin.in.3.parte.titulo.20.c.5.§.declaratio.1.col.ver.nota tertiò.& ibi dicit, quòd ita seruat cōsuetudo.¶Vbi quoq; dicit in principio illius.§. quod quādo corrector nō potest
5 visitare per se,potest visitare † per alium, & sic per suum locum tenentem.vt in.c.inter cętera. de offic.ordi.& est tex.in.c. decreuimus.10.q.1.& hoc tene,licet contrarium teneat Bal. in.l. vnica.§.nec autem.C.de caducis tollend. num. 6.versicul.quidam sunt actus.quia contra Baldum est veritas.vt tenet Antonius Franciscus. in additione ad Abbatem.in dict.cap.inter cętera.& vide glossam in capi.primo,de offic.ordi.libro.6.in versiculo, per alium.& Cardinal. in Clementin.attendentes.de statu.regul.in.5. &.6.quæstio. vbi quoq; tenet contra Bal. licet de eo nullam mentionem faciat.

¶Et in adiutorium Archiepisc. Floren. & Cardi.facit illa regula, quòd illud, quod pōt per se
6 ipsum facere,† potest alteri committere.l.Item eorum.§.decuriones.& ibi Bart. ff. quod cuius. vniuersi.nomi.

¶Et ideo procurator fisci potest cōstituere ꝓcuratorem ad vendēdum rem fisco obligatam & ad faciendum fieri subhastationem,vt tenet Iaso.in.l.nec tutores.C.de procura. in fine.allegando Bald.in.l.prima, columna prima. C. de fide instrumen.& iur.hast.fisca.lib.10. ¶Et idē dic in commissarijs,vt possunt vendere per procuratorem.secūdum Ias.ibi.*Et Io.And.in addition.Specula.in tit.de instrum.edition.§.nūc vero aliqua.suprà num.76.in verbo, nulli quasi in fine,quòd commissarius potest agere, soluere,& vendere, & similia quæ commodè possunt fieri,potest committere,sed illa quæ in industria & motu animi consistant, vt distribuere locis & personis, & similia committere non potest,vt ibi.* ¶Et facit quod tenet Bald.in capitul.cùm venerabilis.de consuetudi vbi tenet, quòd quando principalis abest, requiritur consensus locum tenentis, & eius authoritas sufficit.& Archid.in capitul.Aretina.63.distinct.dicit,quòd vbi requiritur consensus superioris, si ille abest, sufficit requiri consensus sui vicarij. ¶Quod fallit in casibus notatis per Specula.in titul.de procura.§.ratione autem constituentis versicul.Item breuiter.

¶Et in exactore collectarum,quòd non potest alteri exactio delegari.text.& ibi Bart. & Plat. in.l.nec sacrarium.C. de canone largi.titul.lib. 10.¶Et in conseruatore monetæ publicæ, qui habet soluere soldadarijs, & stipendiarijs, debet personaliter,& sua manu soluere, non autem per substitutum.text.& ibi Plat.in.l. iubemus per hanc.

minos occupados[l] en que no aya auido sentencias, & si los occupadores fuerē de su jurisdi-

C.de eroga.milit.libro.12.numero. 1. ¶Et in casibus, vbi lex, vel statutum seu superior mandat aliquid fieri suis manibus, non potest per substitutum expediri. facit text.& ibi docto.in.l.prima.§.nec autem.C.de caducis tollen. ibi, domum suis manibus extruere. & gloss.in Clementi.prima, in verbo, personaliter.de vita & honest.cleri. Bald. in capitul. 1.§. iniuria.de pace iur.firma. in principio. & in capitul.1.quib.mod.feud. amit. & in capitulo. si quis dixerit.si de feudo fuerit cōtrouer.& text. & gloss.singul.in capitul.fina.§.is autem.de offic.delega. vbi si negotium alicui committitur vt personaliter exequatur, non potest delegare.nisi de consensu partium.& idem tenet glos. in capitul. cùm dilecta. de rescript. & ibi Bald. nume.5.vide suprà in capitul. quarto. in gloss. iustitia.numer.5.

SVMMARIVM.

1 *Fines ciuitatum,& castrorum præsumuntur esse illius,qui primo occupauit,quod non est in spiritualibus.*

2 *Montes,flumina,& valles, quæ distingunt territoria,sunt fines æterni.*

1 Occupados. l In proposito nota, quòd fines ci-
1 uitatum, † & castrorū præsumuntur esse illius, qui primò occupauit.secundùm Innoc.& in.c. cùm causam.de probatio.¶Quod dicit Bal. ibi singula.numero octauo. quod sequitur ibi Feli.in fine.& addit.l.rem quæ nobis.ff.de acquiren.posse. ¶Quod dicit non esse sic in spiritualibus,in quibus non datur libertas occupandi rem vacantem, nisi authoritate papæ secūdùm Innocē.ibi. Quod valde notat dominus Abb. ibi.vbi quoq; ponit differentiam.& vid. Bald. ibi ponentem practicam iudicandi in ista materia con-

ria confinium. ¶Vbi quoq; dicit, quòd môtes
2 † flumina, & valles, quæ distinguunt territoria sunt fines æterni, in quibus semel verum, semper est verum allegat. l. qui bona. §. si quis stipulaturus. ff. de damno infecto. quod sequitur Feli. ibi. 3. colum. Vbi in. 4. allegando Imola. quoque tenet, quòd si testes dicunt, quòd fama est, & cômunis opinio, quòd talis limes sêper fuit obseruatus à têpore cuius initij non est memoria, sufficit. dicit quòd tenet Archid. in capitulo. inter memoratos. 16. q. 3. quem vide in fine. vbi per hoc allegat. l. 1. in fi. ff. de aqua pluui. arcen. & l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quoti. & æstiu. & per Innoc. in capitulo. quid per nouale. de verbo. signi. Et quomodo probentur ista confinia, & iurisdictiones, vide latè Felin. vbi suprà.

ctiõ, conozcã dello segũn el tenor de la dicha ley hasta los fazer restituyr, y si no fuerẽ de su jurisdiction, nos lo embie a notificar, declarando quales, y quantos terminos son, & quiẽ los tiene, porque nos proueamos sobre ello como fuere justicia & ansi mismo visite m las villas & lugares de la tierra que estuuieren a su cargo en persona n

S V M M A R I V M.

1 *Visitator generalis totius prouinciæ est proconsul, & circuitor totius prouinciæ.*
2 *Commißio generalis visitandi, non tollitur per specialem commißionem.*
3 *Visitator generalis potest corrigere malefactum à visitatore speciali. Ad officium iudicis spectat circuire tabernas, & balnea, & alia, vt hic.**
4 *An pro re inuestiganda subtracta licet ingredi domum alterius.*

m **Visite.** m Quia vt tenet Bal. in. l. si in aliquam. per tex. ibi. ff. de offi. pro
1 con. & lega. numero quinto. proconsul † est generalis visitator, & circuitor totius prouinciæ, & debet visitare loca publica.* Et facere ea refici, vel perfici ciuium expensis & immunire per deputatos ad hoc vt Bal. ibi in principio.* ¶Et
2 hæc commisio generalis † visitandi per aliquã specialem commisionem, non tollitur, quia omni alij intelligitur cômissum tanquã sub eo. vt in. l. nec quicquam eius. tit. & arg. in. l. 1. C. de offi. præfe. vrb. & c. pro hoc. de hæreticis. Et di-
3 cit Baldus. esse arg. quòd generalis visitator † potest corrigere malefactum à speciali visitatore. vt in. l. si hominẽ. ff. mãdati. & in tali visitatione potest corrector remouere aliquẽ ab officio ꝓpter graues & manifestos excessus eius. tenet Bal. in. c. dilectus. de recrip. nu. 3. & in fi. ¶Et tene in proposito, ꝙ ad officiũ iudicis spectat, & ad officiales pertinet circuire, & inquirere domos, tabernas, & balnea priuatorũ vt videatur, siqua fraus deceptio, vel delictũ cômittatur, vel aliqd aliud côtra publicã vtilitatẽ ꝓut tenet Bart. & latius Pla. in. l. omnis seruitus. C. de aquę ductu
4 li. 11. nu. 1. vers. nota. ¶Et † an ꝓ re inuestigãda subtracta licet ingredi domũ alterius vi. Bart. in l. si quis fugitiuũ. ff. de serui. fugi. & Ang. de malefi. in parte, & vestẽ cælestẽ abstulit. col. 15. & Gandi. in tit. de furibus & latro. in fine. & Hippolyt. in practi. cri. §. diligenter. nu. 209. & Abba. in capitul. qui cum fure. de furti. nume. 6. & Hippolyt. in. l. 1. ff. de quæstioni. nu. 41.

n **En persona.** n Vel per alium ex causa loco sui. & sic persuũ locũ tenẽtẽ. vt in. c. inter cætera. đ off. or. vt dixi suprà in gl. salario. in fi. & vi. text. in. c. inter dilectos. & ibi Abb. in. 2. notabil. de offi. ordi. & vi. text. in. c. decernimus. §. si aũt. 10. q. 1.* Et. l. 1. tit. 22. part. 1. & ibi Grego. Lopez.

S V M M A R I V M.

1 *Visitatio, an sufficiat fieri in fine primi anni, & in principio secundi.*
2 *Visitatio, an poßit in anno reiterari.*
3 *Si locus visitandus est in congruo, vel non est tutus, & ad eum commodè accedere non potest, an iudex teneatur ire ad eum visitandum.*
4 *In visitatione non debet corrector ducere secum canes venaticos.*

Vna

o Vna vez. o Similis text.in.c.decernimus.10.q.1.*Et.l.2.tit.22 partit.1.*& in Cle.attendētes.de statu regula.
1 vbi gl.ponit,an sufficiat hæc visitatio † fieri in fi.primi anni,& in prin.secūdi,remittit se ad notata in.c.in singulis.eod.titu. de statu mona. vbi concludit, ꝙ non: quia,vt dicit Card. in d.Cle.in.9.q. nu.11.si posit deferri in casu capituli in singulis,vsq; ad sex annos in præiudicium monasterij,nec sufficeret iure volēti ꝙ fieret de trien nio in triēniū,qa visitatio fit propter commissa corrigēda, nō propter cōmittēda. Si ergo prima fuit sufficiens,secūda nō habebit quid corrigat.& idem dicit Paul.ibi.Quia si in fine primi anni,& in princip.secūdi hoc fieret,nō esset annus inter primā,& secūdā,sed bieniū,vnde videretur ꝙ debeāt æqualiter distare.arg.in.c.qđ dilecto.de cōsang.& affini.in casu illius Cle.dicit Cardi.ꝙ cessat hæc ratio,si in tertio anno fieret in princip.secus in fine, omni tñ casu remanet alia ratio,qa frustra fieret secūda,& sic videtur, ꝙ ista visitatio,quæ fit per correctores, non debet fieri in fine primi anni sui officij,& secunda in princip.anni secūdi,quia fit propter cōmissa corrigēda.¶Sed an ista visitatio posit in anno
2 iterari,† glo.in.d.Cle.attendentes.in verbo, annis.dicit,ꝙ tātū semel in anno fieri debet,& idē tenet text. noster ibi,*vna vez en el año*.¶ Tamē ex causa potest iterari, quia hæc litera,& illius Cle.nō cōtradicit,& cum hoc tenet Paul. licet Stepha.inducat cōtrariū text. 25.q.1.c.qui nil facit.ad quē tex.respōdit,qui respicit visitationē ordinariā,& cōsuetā,quæ fit etiā sine causa, nō tamē prohibet iteratā,si causa subest,secūdū Car.ibi.10.q.& archiepiscop⁹ Florē.in.d.3.parte.tit.20.c.5.§.4.& gl.in.d.c.mādam⁹.¶Sed qd
3 si est locus in congruo,† vel nō est tutus,vel si cōmodè,& absq; difficultate ad vnū quēquam accedere nō potest,an teneatur ire ad visitādū? Dic ꝙ nō,sed debet rector talis loci facere congregare talem populū ad aliū locū congruum, vt tenet archiepiscopus Floren.in.3.parte titu.20.c.5.§.5.colū.4. versicul.nota vigesimoquarto.& idem tenet.in.§.4.illius titu.& capituli.* Et.l.4.titu.22.par.1.*¶In ista autem visitatio
4 ne non debet corrector ducere canes † venaticos.vt text.in Cle.2.de censi.& ibi Cardi. quæstio.12.sed canes nō venaticos bene potest ducere.vt in Clementi.nec in agro.§.porrò.de statu regula.quia si ducunt venaticos, incurrunt in pœnam.vt Cardi.in dicta Clementi.*Et.l.a titu.22.part.1.*

vna vez o en el año & se informe como son regidas, & como se administra la justicia y co-

SVMMARIVM.

1 *Visitator debet discurrere per totā suam prouinciam & in ea visitationis officium exercere.*
2 *A visitatione subditi non possunt liberari.*
3 *Quatuor sunt impræscriptibilia.*
4 *Subditus subtrahens obedientiam domino, pōt puniri.*

p Como vsan. p Idē tenet Archie
1 piscopus Florēti. in.3.par.ti.20.c.5.§.4.vbi dicit,† ꝙ visitator debet discurrere per totā prouinciā, & eius partē & visitationis officiū exercere.¶A qua visita-
2 tione † isti subditi liberari non possunt, quia vt visitatio nec fiat, subditi non præscribunt etiā per tantū tēpus,quòd non sit memoria in contrarium.vt in capit.cùm ex officij,de præscrip. De quo ibi per Abba.& Felin.& per Cardi.in Clemen.1.de censi.columna tertia. numero octauo.versiculo.12.¶Vbi tenet,quòd quatuor
3 † sunt impræscriptibilia,quę etiam non potest episcopus à se tacitè,vel expresè abijcere. s.visitationem,correctionem,procurationem & cathedraticum,quæ omnia continentur sub episcopali imperio mero,quod non potest ab se abijcere.vt in.l.legatus.ff.de offi.præsi.l. ius agnationis.de pactis,de quo per Hosti.in summa. in titul.de offi.ordi.§.quod pertinet. ¶Et sicut visitatio non potest præscribi,ita nec obedientia,ne alicui obediatur,sed bene potest per præscriptionem obedientia transferri de vno prælato in aliū prælatum, quia non remansit sine capite.& ita dic in visitatione.tenet Bald. in capit.auditis.de præscrip. numero septimo.& in capitul.cum olim.eod.titul.in fi. & dicit, quòd quis non potest præscribere in se quod nō obediat dū est subditus,sed bene potest præscribere quòd nō sit subditus eius, sed Papa † præscri
4 bentis libertatem.& vi.eundem Bald.in capit. cùm ex officij.eod.titul.¶ Et vid.Bal.in capitulo.tua nos.de cohabita.cleri.& mulierum. numero.22.vbi tenet, quòd si subditus subtrahit obedientiam domino suo, potest eum dominus punire de iure,& de facto armata manu, & bellum indicere.Innocen. in capitulo. de hoc de simoni.

SVMMARIVM.

1 *Regum propriè est iustitiam facere, & vi oppressos de manu calumniantium liberare, & prius causam pauperis tractare: pupillis atque viduis, qui facilius opprimuntur à potentibus, auxilium præbere.*

2 *Præses non debet pati, quòd potentes grauent, & opprimant minus potentes, nec mali homines opprimant bonos, & debet semper esse fauorabilis & protector pauperum, quia erit sibi maxima eleemosyna, numer. 5. & 6.*

3 *Præsumptio est contra potentes, quòd inferunt impressionem debilibus, & eos afficere iniurijs, & violentiam eis inferre.*

4 *Ira, & inimicitia potentium est timenda.*

5 *Præses in prouincia supplet vicem imperatoris.*

6 *Potestas, seu corrector, non resistens magnatibus, vel Potentioribus ne opprimant populares, & personas miserabiles, in syndicatu tenetur.*

7 *Timens offendi ab aliquo magnate, potest implorare officium iudicis, propter quod ille magnas cogat præstare securitatem de non offendendo.*

8 *Ad securitatem præstandam potest iudex cogere quenlibet.*

9 *Securitatis cautio debet dari causa cognita.*

10 *Cautio quando petitur ad instantiam partis, nō debet esse nuda, & sic iuratoria, secus quando proceditur ex officio. vide hic.*

11 *Cautio de non offendendo modo sit ex officio modo ad partis petitionem sufficit nuda cum generali obligatione bonorum.*

12 *Forenses, an teneantur præstare cautionem de non offendendo.*

13 *Securitatis cautionem potest quis petere, licet dederit causam timori.*

14 *Si cautio petitur à me de non offendendo ex parte mea, potest peti etiam vt caueat de me non offendendo, quando iustus est timor.*

15 *Offendens aliquem, si timet, potest implorare officium iudicis ac cautionem de non offendendo præstandam si fuit offendens iudicialiter punitus.*

16 *Minæ solæ non sufficiunt semper ad petitionem cautionis.*

17 *Cautio de non offendendo, non potest peti per superiorem ab illo, qui est subiectus.*

18 *Dominus dat securitatem vassallo.*

19 *Cautio de non offendendo. non debet præstari ad tempus perpetuum.*

20 *Timens offendi, potest non solùm petere cautionem ne offendatur ab inimico suo, sed etiam ne offendatur à familiaribus, & adhærentibus.*

21 *Adhærentes qui dicantur.*

22 *Securitas licet sit data alicui, potest petere, vt sit eidem licitum arma portare ad defensionem, & ducere secum familiares.*

23 *Vitandæ discordiæ causa potest facere iudex, quod vnus non transeat per portam, vel domum alterius, & potest facere mutare hospitium.*

24 *Ad cautionem præstandam non cogitur quis in curia Franciæ, vel Galliæ.*

25 *Ad pacem faciendam, an potest potestas cogere ciues, & prouinciales.*

26 *Securitatem infringens, qua pœna puniatur.*

27 *Pace facta de non offendendo restringitur ad offensam, ratione inimicitiæ præteritæ, non autem ad nouam.*

q 1 Pobres. q Quia propriè quippe regum est, iudicium † atque iustitiam facere, vi oppressos de manu calumniantium liberare, pupillisque, ac viduis, qui facilius opprimuntur à potentibus, auxilium prębere, ac non solum sibi subditos non contristare, sed nec pati, vt ab alijs contristentur. capitulo. Regum. 23. quæstio. 5. & tenet ad literam Lucas de penna in. l. secunda. C. de lucris aduoca. libro. 12. in fine. vbi quoque dicit, quòd hęc debent cuncti agere, qui in decretis sibi prouincijs vicem supplent Imperatoris. vt in authenti. vt iudic. sine quoquo suffrag. §. volumus. colla. secunda. ✱ Et non solū rex & iudex hoc facere debent, verumetiam miles dum creatur, hoc iurat, & ad militem spectat tueri militem, vel aliquā dominam in iure suo: & pauperē ab iniuria. quam recepit: tex. in. l. 21. titul. 21. parti. 2. & etiam tenetur clericum tueri. aliàs est excommunicatus, vt text. in. l. 2. titulo nono. pat. 1. versiculo. la quinta: & vid. Bald. in. l. 1. &

1. & lectura. §. qui es. ff. de officio. prefect. vrb. vbi tenet quod regens prouinciam, vel ciuitatem subditos in pace cōseruare debet: & debet rumores impedire, & subditos ad quiete viuēdum nō solum hortari, sed cogere.* ¶Et prius causa pauperis quàm diuitis est tractanda. glo. in capitul. in primis. secūda, quæstion. prima. & in. l. si quis ad declinandam. C. de episcopis & cleric. & tenet Barb. in capitu. significantibus. de offi. delega. columna. 10. vbi ponit multa priuilegia paupertatis. ¶Et vi. Bartol. in. l. illicitas. §. nec potentiores. ff. de offici. præsid. vbi ait, quòd
2 præses † non debet pati, quòd potentes,* grauent & opprimant minus potentes.* sicut faciunt canes, & aliæ bestiæ. Nec quòd nocentes opprimant innocentes, nec mali homines opprimant bonos: & iudex debet semper esse fauorabilis, & protector pauperum, ne iniustè molestentur, & erit sibi maxima eleemosyna. secundùm Barto. in dicto. §. nec potentiores.* Et Alberic. in. l. quia. ff. de aliena. iud. tenet q potentes præsumuntur esse crudeles: vt in. l. 3. ff. de dona. causa mort. ideo potentiores coguntur soluere id quod debent, vt ibi.* ¶Et vide Ioann. de Plat. in. l. prima. C. de apochis publi. libr. 10. nume. 3. vbi dicit, quòd potentiores cō sueuerunt minores opprimere. vt in. l. prima. C. de censi. lib. 10. vbi Pla. in fine dicit, quòd de natura potentium est semper opprimere ipsos pauperes, & ideo iudices debent tueri comitatiuos à vexationibus, cōcussionibus, & extorsionibus exactorum. text. & ibi dict. Pla. in. l. præter. C. de lucris aduoca. lib. 12. & in. l. prima. C. ne liceat potē. quibus oppressionibus rectores locorum debent prouidere ne fiant. secundùm Plat. ibi, & secundùm Luc. de Penn. ibi in dict.
3 l. prima. columna prima, est † præsumptio contra potentes, quòd inferunt impressionem debilibus, & præsumitur eis iniurijs afficere, & violentiam eis inferri facilius. vt in. l. ad inuidiam. C. quòd metus caus. & quòd eos importunis necessitatibus opprimāt. Item quòd aduocati eis deferunt, non suscipiendo patrocinium contra eos, sed potius pro illis. Et ideo dicit Aristotel.
4 2. ethico. quòd ira, † & inimicitia potentium est timenda. De quo vi etiam Lucam de Penn. in. l. secunda. C. vt rusti. ad nullum obsequium. in verbo, terribiles. li. 11. ¶In tantum isti potētes, qui inferunt talia pauperibus, puniuntur,

mo vsan los officiales dellas de sus officios. Y si ay personas poderosas que fagan agrauio a los pobres, q & lo fagan

quòd donationes, & oblationes eorum, qui pauperes opprimunt, à sacerdotibus refutanda sunt. vt in capitul. obligationes. 90. distinctio.* Et. l. fin. titu. 19. part. 1. vbi ponuntur personę à quibus sacerdotes non tenentur oblationes recipere.* ¶Et vt dictum est, iudex in hoc debet prouidere, vt tenet Lucas de Penna in. l. secunda. C. ne quis libe. inuitus actum reipublicæ. libro
5 11. vbi ait, q præses in prouincia † supplet vicem imperatoris, & ideo dicti sunt præsides, q a alicuius loci tutelam præsidialiter tenent, vt dicit Isido. etymolo. 9. vbi agit de regibus, & quia eorum subiectis debent esse presidio. vt in dict. l. secunda. potissimè his, qui per quandam fortunę circumuentionem læduntur. vt in authē. de his, qui ingre. ad appe. §. hoc ita. versic. vnde nos. colla. 5. ¶Et sicut muri sunt præsidia ciuitatum, qui confirmant securitatem habitantibus in eis. vt in. l. 1. C. de expensis ludo. lib. 11. & ibi Lucas de Pen. in princi. & tex. in capi. si rector. 43. dist. & sicut Abisai fuit præsidio Dauid, & liberauit eum, ne percuteretur à Philistæo. 2. regum. c. 21. ita in prouincijs vnius cuiusq; maximorū iudicū cōplet officiū ī tali defensiōe. vt in d. auth. vt iudices sine quoquo suffrag. §. qđ aūt pmittimus. vt tenet. d. Luc. de Pē. in d. l. 2. C. ne qs liber inuitus. ¶Et ideo dicit Mōtal. in glo. ordi. in parte. iudices auditores, q cū humiles homines opprimunt à potētibus, ad officiū boni rectoris pertinet, vt data ei q̄rela de prædictis ex officio pcedāt, cū tales per se iubere nō possunt, vel nō audent allegādo Bar. in extrauagāti ad reprimendū. ¶Quia cū diuitiæ addūt amicos plurimos, & cōciliant, & à paupertate autē quos habēt separant, opprimūtur. vt tenet Luc. de Pen. in. l. dñi prædiorū. C. de agrico. & censi. lib. 11. col. 2. ideo debēt defendi. ¶Et facit q superior in officio pōt defendere subditū suū, qñ videt eū grauari. vt tenet Bart. in. l. præcepit. C. de cano. largi. lib. 11. qđ dicit, q facit p epis, qui corū officio defendūt clericos. ¶Intātum, q si corrector, seu potestas nō resistit magnatibus,
6 † vel potentioribus ne opprimāt populares, & personas miserabiles, tenetur ī syndicatu. tenet Amod. Iusti. in tract. syndi. in parte. itē in eo q plures innocētes condemnauerunt. col. 8. vers. Item tenetur. per text. in. l. illicitas. §. nec potentiores. ff. de officio præsi. de quo vi. Alexan. in l. qui bona. §. si quis iuxta. ff. de damno infecto. nume.

numer.3.¶Vbi Bartol.in dict.§. nec potentio-
7 res.in principi.tenet,qđ si aliquis timet † offen
di ab aliquo magnate, quòd potest ille, qui ti-
met,officium iudicis implorare, propter quod
ille magnas cogitur à iudice præstare securita-
tes de non offendēdo illum.facit tex.& ibi Sal.
& Paul.de Castro.& docto.in l. denuntiamus.
C.de his,qui ad ecclesiam confuge. & in.l. san-
ctum.ff.de rerum diuisi.&Innoc.in capitulo.1.
de officio delega.in fine. & capitul. gratim. de
sent.ex cō.& ca.fi.& capit.de benedicto. 32. q.
prima.& tenet Ioan.de Plat.in.l.1.C.in quibus
caus.coloni domi.accusa.pos.lib.11.quia vt ibi
dicit,si cauetur pro dāno quod timetur dari à
re ruinosa alteri rei.vt per totum tit.ff. de dam
nō infecto.multò magis ꝓ dāno qđ timetur da
ri personę per Specula.in tit.de pig.§.sequitur.
versi.quid si timeo.& ibi Ioan. And.in addi.&
in titu.de offi.de lega.§.sequitur.vide vers.por-
rò. & latè per Stepha.Aufre. in decisio. Capel.
Tolo.decisione.489.& docto.in cap.literas.&
in cap.ex transmissa.de restitu.spolia. vbi præ-
statur à viro cautio mulieri timenti offendi à
viro.¶Et quòd ad securitatem præstandam iu
8 dex† potest quenlibet cogere,est text. in dict.
ca.literas.& iudex debet facere eū assecurari,vt
dictū est,ad similitudinē rerū,pro quibus cauet
de dāno.vt per totū titulū.ff. de dāno infe.de-
bet & multò magis caueri periculo personę,qa
animatum corpus cęteris rebus pręfertur.vt in
l.sancimus.in fin.C.de sacrosanct.eccles.Et ista
satisdatio debet dari,quia non tenetur quis se
credere capitalibus inimicis.vt in ca.accedens.
el.2.vt lite non cōtesta.& Clemē.pastoralis.de
re iudica.&in.l.quia ista.§.1.ff.ad trebellia.&.c.
statutū.§.1.de rescript.lib.6.nec talis satisdatio
mutat maliuolum animum. vt in.§.nouissimè.
Institu.de suspect.tuto.facit quod notat Inno.
in.c.ex parte.el.1.de appella.¶Attamē ista cau
9 tio,seu securitas † debet dari causa cognita ꝯ ini
micis,vel si persona sit talis,quæ consueuit hu-
iusmodi facere,& petēs securitatem sit talis,qui
posit verisimiliter lędi:ista omnia habet iudex
considerare,quæ veniunt in causæ cognitione,
vt Cyn.in dict.l.denuntiamus.& tenet Mōtal.
in dict.glo.ordin.in parte securitas.1.&.2.col.
¶Et intantum est verum, quòd iudex non de-
bet moueri ad dictam securitatem præstādam
sine causæ cognitione.Quod habet locum,siue
iudex procedat ad instātiam partis,siue proce-
datex officio suo:quia grauare quem ad satisdā
dum,est sæpe laboriosum.l.2.§. si dubitetur.ff.
de iudicijs.Ita tenet Ioān.de Imol.in.l.2.§.1.ff.
soluto matrimo. vbi reprobat Dyn. qui dicit
non esse opus causæ cognitione, quādo iudex
mouetur ex officio. ita tenet Hippolytus de
Marsil.in.l.1.§.præterea.ff.de quæstio.numer.
75.Et ista securitas non debet concedi sine eui
denti causa:vel si quis petat propter fictum ti-
morem alterius,& sic in iniuriam,& infamiam
illius,debet puniri, vt in.l.vni. C. de his qui ad
statu.confuge.l.capitalium. §. ad statuas. ff.de
pœnis.vt tenet Platea in.l.iubemus.la. 1. C.de
præposi.sacri cubiculi.lib. 12.quasi in fine.
¶Et ista cautio quando petitur ad instantiam
10 partis non debet esse nuda,† & sic iuratoria,sed
requiritur cautio fideiussoria, secus quādo pro
ceditur ad cautionem ex officio suo,quia tunc
sufficit nuda cautio.& hoc modo potest proce
dere opin.Dyn.in dicta.l.2.ff. soluto matrimo
nio.secundùm Feli.in cap. cùm in.de constitu.
columna.22.quod dicit Hippolytus vbi suprà,
quòd si esset verum,quòd quādo ex officio iu-
dicis petitur ista cautio.tunc sufficiat nuda,nō
erit opus causæ cognitiōe,quia cessat ratio Ioā
nis de Imol.:quòd sit laboriosum cauere. quod
dicit ibi Felin. notandum, & gustandum tan-
quàm nouum.Sed ipse Hippolytus vbi suprà,
nume.79.dicit quòd talis restrictio sibi nō pla-
cet.& in nu. 112.idē tenet,& quòd hoc nō pro
cedit indistinctè in omnibus personis, sed po-
test procedere tantùm in illis personis, quibus
facilè est fideiussorem inuenire, vt sunt homi-
nes diuites,qui consueuerunt de facili fideius-
sores inuenire, secus autem dicit esse in homi-
ne paupere, vel forensi, & in similibus; quia
rarò tales inueniūt fideiussores.¶Et ideo tenet
Hippo. de Marsi.vbi suprà.nu. 113.ꝙ si à tali-
bus exigatur cautio de nō offendēdo,vel ex of
ficio iudicis, vel ad petitionē partis, ꝙ sufficit
11 cautio † nuda cū generali obligatione omniū
bonorū suorū,& necessariò nō tenetur præsta
re dictam cautionē fideiussoriā, & hoc, si iu-
rat se non posse inuenire fideiussorem.& tenet
in expresso Ias.in additio.ad Porcam,instituta
de suspecti.tuto.colum. 5. Et ad hoc mouetur
Hippolytus ex pluribus.& primò ex text. &
gloss.in.l.de creationibus.versicul. inquantum
possibile est.C.de episcopali audientia. vbi gl.
dicit,quòd satisdatio pauperi remittitur,& à di
uite exigitur:& per alia fundamenta per eum
ibi tradita,quę per te vide.¶Et quoque dictam
conclusionem tenet in nu. 116.scilicet,quòd si
pauper,vel forensis,cui requiritur, vt det cau-
tionē de non offendēdo, vel de alia re,iurat nō
posse inuenire fideiussorem,quòd erit stādum
suæ iuratoriæ cautioni: imò si secus diceretur,
dicit,quòd sequeretur absurdum, & valde in-
conueniens,

conueniens, quòd quis tenetur ad impossibile. quod minime dicendum est in hoc casu, nec in alio: quia impossibilium nulla est obligatio. l. impossibilium. ff. de regulis iuris. & in. l. cùm heres. §. 1. ff. de statu. libe. & l. si stipuler. 1. & 2. responso. ff. de verborum obligatio. vt per Hippolytum. vbi suprà. numer. 117. cum sequentibus. ¶ Quinimo dicit Montaluus. in glossa ordinamen. in parte securitas. columna secunda. quòd si is, à quo fideiussor securitatis petitur, idoneas habeat facultates, sola eius promissio sufficit. dicit esse argu. in. l. sciendum. ff. qui satisdar. cogan. quod intelligit, si est idoneus in eadem ciuitate, aliàs secus. argum. l. fideiussor. ff. eodem titulo. qui satisdar. coga. & quoque intelligit de promissione cum hypotheca bonorum, vt plenior sit cautela. ¶ Et quòd non ha-
12 beat locum in forense, † vi. Bartol. in. l. sed si susceperit. §. si ea res. ff. de iudi. & Hippolytum. vbi suprà. numero. 81. vbi ait, quod si aliquis forensis est inimicus meus, & venit ad istam ciuitatem non possum petere ab eo istam cautionem de non offendendo, quia adhuc non facit aliquid propter quod hic possit conueniri, & quia forensis non est iurisdictionis suę. ¶ Quod fallit, nisi forensis ibi multùm conuersaretur. quod clarius firmant Bald. & Angel. ibi, & Fel. vbi suprà. & tenet quoque Hippolytus in repeti. l. fi. ff. de iuri. om. iudicum. nu. 120. & idem tenet decisio Tolos. 489. & Ias. in. l. si super possessione. C. de transac. nu. 7. ¶ Sed. d. decisi. Tolos. dicit ibi, ꝙ est de stylo curiæ parlamenti, ꝙ citatus in eadem curia ad prestandum assecuramentum, reiectis omnibus exceptionibus tenetur præstare cuicunq; petenti, si sit laicus, licet non alleget, seu proponat factum, seu iniuriam & hoc dicit, ꝙ est propter excellentiam curiæ, quæ suprema est, & capitalis, licet ille, à quo requiritur assecuramẽtũ, nõ sit regnicola. in alijs autem curijs inferioribus tenetur proponere, & probare. quod nota. & idẽ credo ꝙ debet practicari, quãdo talis satisdatio securitatis petitur
13 in curia regis. ¶ Aduerte tamẽ, ꝙ licet quis † dederit causam timori, potest nihilominus petere dictam cautionem de non offendendo: & si nõ potest præstari, fiat inditio pœnalis. & sic procedit opi. Bar. in. d. l. qui bona. §. iuxta. ff. de dãno infe. quam ibi Imol. reputat æquiorẽ, & eũ approbat ibi Alexan. & sequitur Fel. in rub. de treuga & pace. colũ. 6. versic. 8. declaratio. & ibi per eum multa de ista securitate. & Hippol. de Marsil. in. d. §. pretere a. nu. 86. & Ias. in. d. l. si super possessione. col. 2. C. de trãsa. in. 6. & quoq; approbat dict. decisi. Tolo. in fin. Vbi quoq;

14 dicit, ꝙ si quis petit à me † huiusmodi cautionem, non teneor eam prestare, nisi etiam ille caueat de me nõ offendẽdo, quãdo etiam ex parte mea est timor iustus, secus si vanus. Bar. in. d. l. si quis mihi bona. §. si qs. allegat & Hippolyt. in. d. §. præterea. nu. 83. ¶ Abb. tamẽ in. c. 1. vt lite non contesta. nu. 8. tenet, ꝙ licet offendẽs aliquem si timet, põt implorare officiũ iudicis,
15 † vt compellat ad præstandũ cautionẽ de non offendendo, hoc verum, si offendens fuit iudicialiter punitus, quia tũc potest petere istã cautionẽ. Et dicit, ꝙ videtur cõcludere Ioan. And. in additio. ad Speculat. in tit. de pigno. §. sequi-
16 tur. versi. sed quid si timeo. ¶ Minæ autem † solæ nõ sufficiunt semper ad hãc petitionem cautionis, sed relinquitur arbitrio iudicis. Bar. in. l. hæc autem. in prin. ff. si cui plusq;. per. l. falci. & ibi Ioann. de Imol. & iudex debet considerare, vtrum minans sit persona consueta exequi minas suas, vt habetur per Abb. in. c. 1. de offi. delega. & Hyppol. de Marsil. in. d. l. 1. §. præterea. ff. de quęst. nu. 76. & dicta decisio Tolo. iã dict.
17 ¶ Sed dicta cautio de non offendendo † nõ potest peti per superiorem ab illo, qui est ei subiectus, vel debet ei reuerentiam, secundùm Paul. de Cast. in. d. l. qui bona. §. qui damni. ff. de damno infect. per. l. 1. §. qui honorandæ. ff. quarum rerum actio non detur. Alex. tamẽ tenet cõtrarium in. d. §. si quis iuxta. quia text. in allega. §. honorandæ. non loquitur, quando pręcessit iusta causa timoris, prout tenet dicta decisio Tolos.
18 vbi dicit, ꝙ de † stylo curię est, ꝙ etiam dominus compellitur dare securitatẽ vassallo, & sic in nostra Hispania vtitur in cõsi. regali, vbi datur tale assecuramẽtum quod vocatur, *carta de amparo*. ¶ Talis cautio de non offendendo
19 non debet † præstari ad tempus perpetuũ: sed debet moderari arbitrio iudicis. Ita Bar. in. l. illicitas. §. nec potentiores. ff. de offi. præsi. n. 7. sed quando iudex dat istam securitatem, potest in ea apponere longum tempus, putà decennium ita tenet Pau. de Castr. in. l. valerian⁹. ff. de præto. stipula. nu. 7. & Hyp. in. d. §. præterea. n. 80. & idẽ tenet dicta decisio Tolo. in medio. ¶ Timens offendi non solùm potest petere cautio-
20 nem ab inimico suo, † vt eum nõ offendat, sed etiam ne offendatur à suis, ita ꝙ nec ipse, nec familiares sui, & cõplices offendent. vt Bart. in. d. §. nec potẽtiores. nu. 5. & Bal. in. l. 1. in fi. ibi, sextò operatur. C. de episcopis & cleri. dicẽs, ꝙ omnis faciens pacẽ debet promittere pro familiaribus socialibus, & adhærentibus, si vult esse fi-
21 delis. ¶ Et qui dicuntur † familiares, & domestici adhærentes, & complices, & similes. vide per

per Feli.in.d.rub.de treuga&pace.16.col.vbi in.c.declaratione dicit, quod adhærentes dicuntur illi, qui asistunt consilijs, & filij familiares, & domestici vt Bar.Bal.& Ang.in.l.1.C.si rector prouinc.& omnes illi, qui sponte sunt eius voluntatis, cuius est principalis, & illi, qui asistũt intentioni, operibus, consilijs, & fauoribus dicuntur sequaces, & veri adhęrẽtes. ¶ Vnum tamen nota, quod licet sit alicui data securitas, vel sal
22 ua guardia, potest petere† vt sit eidem licitum portare arma ad defensionem, & ducere secum familiares, quia licet cautũ fuerit, nõ est tutus, cùm satisdatio maleuolum animum nõ mutat. ff.de suspec.tuto.l.quia satisdatio.& in.§. nouissimè, Institu.eód.ita tenet Saly.in.d.l.denũtiamus.in fi.& allegat.l.fin. C.de ero.milit.anno. lib.12.& idem tenet Guiller.de Cu.& Bart. in. d.§.nec potẽtiores.nu.8.& dictã decisio Tolos. in prin.& vi.Pla.in.d.l.fi.C. de eroga.milit. vbi tenet, quod licitum est subditis Castris, & Villis, & ecclesijs petere sibi dari à superiore gẽtes armorum pro sua custodia, vel saluo cõducto pro aliquo transitu faciendo, quando immineret aliquis metus hostium, vel damnorum: tamẽ ista gens, quæ appellatur salua guardia, non potest dari, vel apponi sine literis principis, vt ibi in.d. l.fi.& sic, quod ista salua guardia nõ potest dari per præsides, vel alios iudices: quia salua guardia dicitur quodã modo esse quid regale. vt in ti.quę sunt regalia, secundum Plat. vbi suprà. vbi dicit, quod fallit, nisi iudices facerent ex præscripta consuetudine. Et quoq; generalẽ, & specialem guardiam possunt præsides, & alij iudices ex eorum officio dare cum causæ cognitiõe. vt dictum est.& Plat.ibi.& quando quis custoditur ad sui fauorem, vt qui habebat inimicos, & sibi datur custos ad custodiendum, tũc ille debet soluere expensas tali custodi.secundùm Plat. ibi. ¶ Et nõ solùm põt concedere vt ducat arma, verũ etiam
23 põt facere iudex, quod vnus† non trãseat ante portam, vel domũ alterius, quia est iusta causa vitãdi rixas, & scandala. Et eodẽ modo potest quis cogi per iudicẽ mutare hospitium. in quo habitat causa dictę discordiæ vitandæ. vt tenẽt Bar. Paul.& doct.in.l.quod iussit.ff.de re iudi.& ibi Ias.num.25.&.26. quod ego pluries feci in ciuitate Plazentiæ. ¶ In curia tamen Franciæ, vt dicit dict.decisi.Tolos.non cogitur quis ad præstan
24 dam† cautionem securitatis, quia fragilis multùm videretur. Sed solet aliquis poni sub protectione, & salua guardia, aut saluo conducto cũ indictione pœnali.& ita quoq; seruatur in curia nr̃a Hispanię* vt in.l.ti.2.par.7. ibi, *la nouena*.& ibi Greg.Lopez.&.l.18.ti.18.par.3.& ibi dictũ glossato. & talis charta securitatis debet notificari, & per preconẽ publicari. vt dicit Grego.Lopez in.l.fin tit.16.part.2.in gl. *fagan saber* & si ipse scit absque eo quod sibi notificetur, nõ est necesse quod amplius certioretur, vt Grego. Lop. ibi in gl. *despues que le apercibiessen*.* ¶ Et an pote
25 stas potest cogere ciues,† & prouinciales suos ad pacem faciendam? Vide Bartolum. in.l.congruit.ff.de officio præsid.nume.quarto.& Par. de Put.in tracta.syndica.in parte, concordia.folio.32.& mirabiliter per Felinum in dicta rub. de treuga & pace.in princip.per.4. colum.vbi ponit regulam, & fallentias. & tenet Hippoly. de Marsil.in consilio.98.& Bartol. in. l.furti.§. qui iussu.ff.de his, qui notan.infami.& ibi Paulus de Castr.& eundem Paul.in.l.quidam æstimauerunt.ff.si certum peta.nume. sexto. & ibi per Alexand.& Ias. vbi resolutiuè habetur, quod officialis, seu iudex, qui regit prouinciam, potest suadere ad pacem, non autem cogere, & offensus sic adeundus est, non autem cogendus, vt remittat iniuriam: quoniam æquitatis ratio non patitur, vt quis inuitus cogatur parcere iniurianti, nisi in foro pœnitentiali. vt tenet Bal. in.l.vnica.§.quies. ff.de offic. præfe. vrbis. & istam dicit Hippolyt.de Marsil.in consilio.98. esse cõmunem opinionem.nu.quarto.quæ opinio limitatur pluribus modis, vt ibi per eum. & per Felinum in dicta rubr.de treuga & pace. in princip. ¶ Nec obstat quod dicit Bart.in.d. l.congruit.vbi dicit, quod potestas terrarũ potest cogere ciues ad pacem: quia contra Bart. sunt & tex.& glo.& plures doctores.& contra eum est communis opinio, vt Alexan.in.l.prima.§.& post operis.colum.secunda.ff. de noui operis nuntia.& idem contra Bartolum.tenet Hippolyt.in.dicto. cõsil.nume. octauo.& dicit quod illa lex .æquissimum.ff. de vsufru.& §.si inter duos dict.l.si vsufruct.loquitur in causa ciuili, & in actione communi diuidundo, quia tunc post iudex cogere partes ad concordiam ne veniant ad arma. secus in causa criminali. ¶ Et vi. Abba.in.capitul. humilis. de maiori.& obedi.nume.2.vbi tenet, quod quando lis fuit diuturna, & intricata multum inter partes, ita, quòd de facili decidi non potest, potest iudex compellere partes ad concordiã. quod dicit notandum. vt text.in ca. placui.90.distin. ¶ Et quoq; quando inimicitia esset scãdalosa, & respublica inquietaretur, potest compellere ad pacem. vt dixi in.c.2. in glo.parcialidad. nu. 23. ¶ Rex aũt bene potest cogere aliquẽ ad pacem, & concordiam. licet alij inferiores nõ, tex. notabil.in.l.furti.§.qui iussu.ff.de infami. & In

noc.

hoc.per illum text.in.c.cùm inter.de elect. Iaf. in.l.quidam æstimauerunt.ff.si cert. petat. col. 2.tenet Restau.Castal.in tracta.de Imperatore q.110.col.7.ver.41.tomo.5.tracta.vbi quoque dicit,ꝗ hoc potest facere sacrum conciliũ,quia habet eandem vim. ¶Et quia iudex in criminalibus potest exhortari ad pacẽ,vt dixi,intellige postquã delictũ est punitum,quia ante nõ debet studere ad concordiam.Ita tenet Alexand.in. d.l. 1.§.& post operis.nu.11.& dicit,quòd hoc notat Bal.in.l.cum affirmes.C.de libera.cauf.* & vi.quæ dixi in cap.2.in glo.*parcialidad*.num.21 cum sequen.supra eodem.*¶Vltra supradicta

todo emendar [r] si buena miente pudieren, y sino, que nos lo notifiquẽ[s] cõ tiempo, y esto con-

26 quæritur,qua pœna † puniatur infringens securitatem?Bar.in.d.§.ne potentiores.nu 9.istã quæstionem ponit.& dict. decisio Tolos.in fi. in hoc dicit,quòd Ioã. Fab.in.d.l.denũtiamus. dicit sibi videri,ꝗ lege iulia maiestatis punitur. vt in.l.1.ff.ad.l.iul.maiesta. & ibi notatur. & in titul.de pace tenen.&eius viola.in vsi.feud.§. si quis hominem,quia si occidit,&tũc pœna mortis,vt ibi. Aut vulnerat, & tunc mutilatur.vt in §.si quis alium.in.d.tit.in vsi.feud. Aut aliàs iniuriatur,& tunc pœna pecuniaria.vt in.§.sequẽti,vbi notatur per illum tex.quòd frangitur securitas,etiam si non tangatur.Frangitur etiam, si quis aliquem de familia,cui præstita est securitas verberat.Et idem dic de illo,qui concubitat vxorem,filiam,vel sororem assecurati, quia videtur fracta securitas,nec earum cõsensus excusat. ita tenet Ioan.Fab.in. d. l. denuntiamus. & dict.decisio Tolos.489.circa quod vide tex. in.l.1.titu.8.lib.4 in ordinamen. regali. in fine. versic.*E ordenamos otrosi*.& latè Montal.in.d. gl. ordi.in parte.securitas. vbi de materia. ¶Et vide Mansueriũ latè in sua practi.in tit.de assecuramento.¶Et ille,qui cõtra securitatẽ regalem tendit,loco proditoris habitus est. vt.l.2. tit.2. partit.7.ibi,*La nouena*, & si non valet probare. præsumitur contra partem ratione personæ,& qualitatis, & loci ac temporis. vt tenet dictus Mansue.ibi.¶Vnum tamen nota, quòd facta 27 † pace cũ aliquo de non offendendo, restringitur ad offensam ratiõe inimicitię pteritę,nõ ad nouã ex post facto insurgentẽ. vt Bart.in.l.aut facta.ff.de pœnis.& Abb.i.c.cũ inter. de renũtia.&tenet Sylu.in parte, iuramẽtũ tertiò.§.16

Fagã emendar.

r Nota tex. in quo ĩ causa ciuili permittitur inquisitio. idem tenet Ioã. de Plat.in.l.si vacatia.C.de boni.vacan. lib. 10. nu.1.vbi ait,ꝗ in causis ciuilibus ad publicam vtilitatem tendentibus proceditur per inquisitionẽ contra quoscũque tenentes bona pauperibus distribuenda. Et idem tenet Alexan.in.l.dies cautioni.§.hoc autem iudicium.1.col.nu.4. ff. de damno infecto.Et dicit ꝗ est casus pro episscopis.vt posśint ex eorum officio facere inquisitionem contra tenẽtes bona distribuẽda pauperibus, vel in alias pias causas.vi. quæ dixi suprà in glo.*ley de Toledo*.nume.5.

tenido en este capitulo prometa de lo fazer, y cumplir, y executar a todo su leal poder, y si el as-

SVMMARIVM.

1 *Casus in quibus crimina referuntur superiori puniẽda.*

2 *Non crimina,sed vindicta principi est referenda,aliàs iudex est in culpa.*

3 *Excusandi sunt præsides, cùm de potentibus nõ sumunt iustitiæ rigore vindictam.*

4 *Iustitiarij debent regi notificare quando incolæ Castrorum, seu ciuitatis renuũt soluere collectas.*

5 *A referendo principi iudices debent se abstinere.*

6 *Significare an possunt iudices principi in iure.*

Notifiquen.

s Nota casũ,in quo crimina superiori 1 † referũtur punienda.alium habes in.l. Palatinos.C.de colla.fundo.fiscali.li.11.& ibi Ioã.de Plat.vi.tex.in.l.aditos.C.de episco.aud. & in.l. tribuni.&in.l.nec nõ.C.de re milit.lib.12.¶Et vi.Ioã.de Plat.in.l.cũ adoptiuũ. C. de decurio. li.10.vbi dicit,ꝗ qñ decuriões, & principaliores ciuitatis crimẽ capitale cõmittũt,debet principi rescribi de pœna imponẽda.per.l.moris.§. iste.vbi bon⁹ tex.cũ.gl.&in.l.diui fratres. in fi. ff.de pœnis.¶Quia regulariter est cõtra.qa nõ 2 crimina,sed vindicta † principi referẽda est. vt in.l.si quos.in fi.C.de off.præfe.præto.& idẽ tenet Specula.in tit.de relatio.§.2.qui incipit, de quibus.in prin.& allegat tex.in.c.custos.27.q. 1.&c.

1.&.c.si homo.&.l.constitutiones.ff. de appella.¶Et tenet Lucas de pēna.in.l.seruum domini.C.de delato.li.10.col.2.vbi ait, ꝙ iudices debent esse diligentes ad maleficia punienda, ita ꝙ ad principem non crimina, sed vindicta perueniat.per.d.l. si quos.&ī hoc eo ipso censetur iudicantiū culpa, si ad superiorē citius peruenit delinquentium culpa, quàm vindicta.c.peruenit.18.distin.&.27.q.2.sacerdos.&.c.si homo & notat Innoc. in c. sicut.de accusa.vnde secūdùm.d.Luc.de Penn. non sufficit prelato, siue pastori, suis ouibus annuntiare cōsilium Dei, & quid eas euitare oporteat.imò debet punire non satisfacientes. vt ibi per eum. & idem tenet Plat. in .l.quotiens. C. de lucris aduoca.lib.12.vbi nec crimē. nec pœna imponenda est principi intimanda, sed absolutè culpa punienda.¶Et sic, ꝙ isti correctores debent pauperes defendere de manu potentiū, si possunt, aliàs debent principi significare, vt
3 hic.Ex quo patet, ꝙ excusandi † sunt præsides, cum de potentibus non sumunt iustitię rigore vindictam.vt tenet Lucas de Penna. in. l. missi opinatores.C.de exacto.tribu.li.10. in fin. vbi in hoc refert August. dixisse nonnullos toleramus, quos corrigere, vel punire non possumus. 23.q.1.c.quisquis.& facit.l.fluminum.§.quāquàm.1.respon.& versi.cassius.ff.de damno infecto.& text.in.c.de rebus.12. q. 2. &.c. quali. 23.q.5.ibi, vel digna debeant vltione cōpescere, vel ad nos vsq; perducere.Et facit text.in ca. 1. de mili.vassa. qui cōtu.est in vsib.feud. & in. §.si verò forsan.in authent.de quæsto. collat.6. vbi tenent, ꝙ si inferior iudex non potest facere iustitiam propter potentiam inferiorum, litigantium, tunc potest adiri iudex superior, ꝓut tenet Guido pap.singul.201.¶Et sic quoq; di-
4 cit Luc.de Penna.ꝙ iustitiarij † debēt significare regi Castra, & ciuitates, quorū incolæ in soluendis collectis se exhibent renitentes.vt in authen.vt iudi.sine quoquo suffra.§.volumus. colum.2.& in.l.2.C.de offi.recto.prouin.Et idem dic in eo, qui tenetur capere, & præsentare malefactorem, si hoc non potest propter impotētiam, debet tamē hoc iudici nuntiare, & intimare, prout tenet Bal.in.l.si qui latrones. C.de his qui latro.occulta.nu.3.& vi.Bar.& ibi Alex. in additio.¶Extra casus autem à iure statutos iu-
5 dices † abstinere debēt à referendo principi ea, quæ in facto consistūt.Hæc enim res nūquàm infamat, & materiam gratiæ, & ambitionis tribuit.vt in.l.eum qui.ff.de iudic.in fine. nam vt dicit.d.Lucas de Pen.vbi suprà, sunt nanq; plura, quæ magis potest ipse scire, quàm princeps. vt in.l.1.§.1.ff. de testib⁹.¶In iure autem bene † possunt significare principi ī ciuili, vel in criminali, cū de iure causæ dubitant, vel si non inueniūt ius expressum: & in hoc non est culpandus iudex, si superiorem consulat.vt in.c.1.de noui oper.nuntiatio.& in c.1.21.distin.vel si dubitat de intelle.l.vel canonis, vel si est cōtrarietas iurium.vt in ti.de relatio.C.& tenet Specula.in tit. de relatio.per totum.vbi vide quibus est facienda relatio, & quādo, & qualiter, & quid sit eius effect⁹.& vi. tex. in.c.intimasti.de appella.& text.singularem in l.10.tit.22.parti.3. & ibi Montal.& ibi de pœna iudicis referentis.& Alexand. in .l.iudices. C.de iudicijs.

sistente, o gouernador, o Corregidor fuere negligēte en cumplir lo suso dicho tocante a los dichos terminos, q̃ 6 se embie otro a su costa t que lo cūpla.

SVMMARIVM.

1 *Si scandala oriuntur in ciuitate, & iudex sedare non potest, statim debet principi notificari sub poena priuationis officij.*

2 *Iudex negligens punitur.*

3 *Tutor, curator, & administrator remouentur propter negligentiam, & procurator.*

4 *Iudex remoueri potest.*

5 *Rixantes videns iudex aliquos, & non se interponens, potest ab officio remoueri.*

6 *Rex propter negligentiam potest à regno priuari.*

7 *Prælatus propter neglig ē tiam potest remoueri.*

8 *Executor ad pias causas si est negligēs, potest remoueri.*

9 *Priuatio potest fieri ex eodem processu.*

t A su costa. t Argum. à simili in. l. 2.tit.16.lib.2.in ordi-
1 na.regali.vbi habetur.ꝙ † iudices ciuitatum, & locorum, cùm in eis scandala oriuntur, nec per se ipsos sedare valēt, statim notificent regi sub officiorum priuationis pœna. Et in talibus rex mittat perquisitorem specialem expensis iustitiæ negligentis.& facit tex.in.l. vnica.§.officio tuæ se-

tuę sedis.C.de monopolijs & conuentu negoti.
2 vbi iudex † negligens punitur, & etiam crimina liter accusatur, & remouetur ab officio, & ad interesse partis conuenitur. vt doct. ibi. ¶ Et sicut
3 administrator † propter eius negligentiam, vel contumaciam potest per iudicem remoueri. vt tex.in.l.eum qui res.C.de procura. & dicit Bal. singula.in.l.mandatum.C. manda. 6.col. ꝙ habet locum non solùm in tutore, & curatore, & in alio legitimo administratore. ¶ Sed etiam in procuratore, quia si iudex videt procuratorem absentis esse contumacem, potest eum priuare officio.secundum Bal.& Saly c.in.d. l. eum qui. quod est notandum in practica secundũ Ias.ibi nu.3.prout ibi tenet Ang.& Fulg.& Bal.Et ista remotio procuratoris ideo spectat ad iudicem, quia fit ratione contumacię commissę circa processum iudicialem, & sic circa ea, quæ spectăt ad iudicem.l.Sed & si per prætorem. §. sed & si dũ decreto.ff.ex quibus caus.maio. ¶ Secus si remotio fieret ob aliam causam secundum Ias.vbi suprà:licet contrarium dicat Pau.de Castro.ibi, ꝙ solum loquatur illa l. eum qui res. in tutore, & curatore, & administratore. nam cum isti constituantur à iudice, possunt etiam per iudicẽ remoueri: procurator autem non constituitur à iudice, sed à partibus ideo non debet per iudicem remoueri, quia contra Pau. quoq; tenet Bald.in l.mancip.C.de serui.fugi.4. not[illegible]. de quo oblitus est Pau.dicens mirum esse in.d. l. eũ qui res. ꝙ procurator remoueatur à iudice. & idẽ tenet
4 Alex.ibi.num.3. ¶ Ita potest iudex † remoueri. text.est in.l.si quos.C.de offi.præfe.præto. ori. vel illici.quanuis Bal.nõ recordatus de illo tex. in.d.l.mancipia.aliter videatur decidere. vt Ias. in.d.l.eum qui res. nu. 4. vbi quoq; allegat Bal. in.l.1.§.quies.in fine.ff.de officio præfe.vrb.vbi
5 notatur ꝙ si officialis † vidit aliquos rixantes, & non interponit se, potest ab officio remoueri.allegat Petr.& Cy.in.l. seruus.C.de noxali. & reputat menti tenendum.idem Bald. in.l. nullus. 2.notabil.C.de summa Trini.& fide catho. ¶ Et
6 eodem modo rex † propter negligentiam põt à regno priuari.c.grandi. de supple.negli. præla. lib.6. & ibi Ioan.And.& Domi.iũcta glo.ibi, in verbo, regis.& dicũt idem esse in comitibus, & alijs dignitatibus secularibus, intelligẽdo vt ibi
7 per eos. ¶ Eodem modo prælatus † negligens circa res ecclesiæ, & possessiones, & earum iura potest deponi à prælatura.ca.dictum.cum glo. 2.81.distinct.c.cum ad monasterium.§.fi.de statu.regul.& glo.ibi.quod limitatur, quando est negligentia magna, & crassa.& glo.in.c.sępe. in glo.fi.in verbo, priuare 12.q.2.& Domi.vbi suprà.& Abb.in.c.ea quæ.2.notabil.de statu monacho. ¶ Idem dicũt Alex.& Ias. vbi.suprà, alle
8 gando Bal.ibi. Idem esse in † executore ad pias causas: quia licet talis executor duret per annũ, tamen si interim est contumax in aliquo præcepto sibi iustè facto per episcopum, potest statim priuari ab officio commissariæ, Specula.in tit.de instru.editio.§.nunc verò aliqua.versicul. quid si executor suspectus, & Bald.in.l.id quod pauperibus.penul.col.q.23.C.de episcop.& cle
9 ri. ¶ Quinimo talis priuatio † administrationis potest fieri ex eodem processu.Bart. & Bald. & Ias.in dict.l.eum, qui per rationes.de quibus ibi per eos.

Prætorum Cap.VI.finis.

Sequitur Caput.VII.

SVMMARIVM.

1 *Sportulas debet iudex habere procedendo ordinariè.*
1 *Sportulas an debeat habere iudex in causis summarijs.nume.7.*
3 *Aduocati nõ debent percipere salarium à pauperibus.*
4 *Si quis comparet coram iudice, & dicit notario, scribe, quòd ego peto à Titio centum, an videatur ordinariè procedere.*
5 *Libellus in casibus, inquibus non requiritur, requiritur aliqualis petitio.*
6 *Libellus potest omitti, quando in rescripto est apposita clausula summariè, & de plano, & sine figura iudicij,*
8 *Sportulæ pauperibus remittuntur.*

S Han

Prætorum.

Otrosi mandamos, q̃ luego que el asistente, o gouernador, o corregidor fuere recebido al officio, se informe si hay tabla,

Caput. VII.

o arãzel de los derechos, que el, y sus officiales, y escriuanos, y los otros escriuanos, y carceleros y qualesquier otros officiales de justicia han de lleuar, a y

a Han de lleuar. a Scilicet, or-
1 dinariè procedẽdo. † vt notatur in. l. prolatum. C. de senten. & interlo. om. iudi. vbi tales sportulæ iudici non debentur, quando nõ proceditur ordinariè in causa, dato libello, & seruatis alijs solẽnitatibus. ¶ Sed extra ordinariè proceditur, vt in causis breuibus, & leuibus, de quibus in authen. nisi breuiores. C. de sentent. ex pericul. recita. & l. leuia. ff. de accusat. & tenet Ioann. de Plate. in. l. in sacris. §. modum. numero. 5. C. de proximi. sacro. scrini. libro. 12. ¶ Et ideo secundum eundem arbitrator, qui est amicabilis compositor, non seruans ordinem iudiciarium sicut arbiter. vt in. l. societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. & ibi Bart. non accipiet sportulas, sicut ac
2 cipiet arbiter. ¶ Et idem est in summarijs † causis, in quibus iudices non debent habere sportulas: quia illæ causæ sunt magis fauorabiles. quia expediuntur celerius. vt tenet Bal. in. l. generaliter. 1. col. C. de epis. & cle. nu. 2. vbi idem dicit esse in causis miserabiliũ personarũ. idẽ tenet Bal. in. l. fina. C. de fructi. & litis expens. 3. col. nu. 10. & idem tenet Ias. in. §. tripli verò. Insti. de actio. num. 54. & 55. * Et Peregri. in parte sportulę. * ¶ Et facit quod tenet idẽ Bal. in. l. si furiosi. C. de
3 nuptijs. vbi dicit, q aduocati † pauperũ non debẽt recipere salariũ, quia pauperes nõ habent vnde præstẽt: & quia paupertas est quædam afflictio, & non debet addi afflictio afflicto. & facit tex. in. §. sit tibi quoq; in auth. de manda. princi. colla. 3. & facit quod notat Bal. in. l. 1. C. de suffragio. & gloss. in. l. properandũ. §. illo. C. de iudi. ¶ Quid autem si quis cõparet coram iudice, &
4 dicit notario actorũ, scribe † q ego peto à Titio centũ, in quibus peto ipsum condẽnari mihi, an per hoc dicatur ordinariè procedere, vt teneatur sportulas soluere, quę in Hispania nostra costas appellantur, & in Marchia dicuntur capita solidorum? Dicit Bar. in. d. l. in sacris. q non dicitur per hanc literam in scriptis libellum offerre, licet notarius hoc scribat, nec videtur procedere ordinario modo, sed potius extra ordinẽ. quod dicit esse notandum, quia posset coniungere de facto. quem sequitur Ias. in. d. §. tripli verò. Insti. de actio. col. 4. nu. 33. vbi ponit alios docto. hoc tenentes. sed Bal. in auth. offeratur. C. de litis cõtest. in fi. nu. 20. intelligit hoc in causis. in quibus requiritur libellum offerri in scriptis, quia per hoc, q libellus esset oblat⁹, eo q apparet petitio redacta in scriptis, nõ probaret. Secus in causis, in quib⁹ potest procedi sine libello. vt ibi per eum & casus, in quibus non requiritur libellus, vi. per Abb. & ibi per eius additio. in cap. 1. de libell. oblatio. & ibi per doct. ¶ Tamen nota, q in casi-
5 bus in quibus non requiritur † annalis petitio, vt describatur in actis, vt sententia ex ea posit formari. tenet Bal. in. d. authen. offeratur. 1. col. nu. 5. & secundum eundem ista qualis qualis petitio non dicitur in modum libelli offerri ad ordinariam petitionem, sed ad simplicem iudicis instructionem. & bonum est hoc protestari, vt Specul. in tit. de libelli cõcep. §. restat. versic. fin. & idẽ Abb. in. d. c. 1. nu. 11. ¶ Sed vi. Hippol. de Marsi. in singula. 102. vbi dicit esse menti tenendum, q licet ad validitatem sententiæ requiratur porrectio libelli, & litis contestatio, alias ad
6 sententiam peruenire non posit, tamen si in †re scripto est apposita clausula summariè, & de plano, & sine strepitu, & figura iudicij, poterit omitti libellus, & litis contestatio. tenet Ioan. Monachus in. c. si. de hæreti. in 6. quod dictum refert, & sequitur Roma. in consi. 519. de quo per Hip
7 poly. vbi suprà. ¶ Sed ego teneo, † q licet procedatur summariè, & extra ordinẽ, si acta iudiciaria scribuntur per notarium, seu tabellionem, & iudex sententiam profert, vel aliquid iubet, q debentur sibi sportulæ processus, iuxta tenorẽ aranzel, & sic vtitur. ¶ Attamen istæ sportulæ
8 remittuntur pauperibus, † si non habent vnde soluant. vt tenet Bald. in. d. l. si furiosi. C. de nuptijs. & tenet gl. in. c. cũ ab omni. de vita & honesta. cleri. vbi dicit, q si pauperes sunt litigantes, debent etiam ab sumptibus abstinere, quia nec tunc ordinarius habet sportulas. vt in authenti. de mandatis principum. §. sit tibi quoq;. colla. 3.

Et idem

*Et idem tenet Greg. López. in l. 6. tit. 22. part. 3. in glo. *llanamente.* vbi de materia. *Et idē tenet pragmati. 56. in lib. pragmati. vbi cauetur, q omnia monasteria reformata in obseruantia, ac hospitales, ac monasteria monialium cuiuscunque ordinis, etiam reformati in dicta obseruātia, non debent soluere istas expēsas. vide quæ dicam infrà in c. 39. Et quia pauper nō tenetur soluere mercedē notario. tex. & ibi gloss. in l. tam dementis. C. de episcopa. audi. & Alexā. in l. argētarius. in fine. principij. ff. d edēdo. & Abb. in c. cū instantia. & c. procurationes. de censibus: & Ias. vbi suprà. n. 56. ¶Licet contra supradicta facit quod tenet Lucas de Penna in d. l. in sacris. col. 2. vbi dicit, q inquisitor, cui est commissa inquisitio super crimine cōtra aliquem, non debet accipere sportulas, quia præses debet inquirere de criminibus sumptu suo. vt in auth. vt nulli iudi §. nulli. & in authent. de man. princi. §. illud. Quod debet intelligi in alijs expensis, putà in accessorijs. vt infrà dicetur in ca. 9. & quando iudex non pronuntiauit.

aql guarde [b] y faga guardar: y si no le ouiere, que le faga hazer junto cō los diputados q̄ el cabildo de la tal ciudad, o villa, donde fuere para ello nōbrare [c] hasta sesenta dias primeros siguientes, conformādose con las tassas antiguas quanto buenamente pu

b **Guarde.** bIdem tenet Bal. in auth. generaliter. C. de episcopis & cleri. 1. columna. numero. 2. vbi dicit, quòd istæ sportulæ præstantur secundum consuetudinem fori. vt in authentica de iudicijs. §. nec autem. collatione sexta. & præstantur ab vtraque parte. vt ibi, & prestantur tam in ciuilibus, quàm in criminalibus. Lucas de Penna. in dict. l. in sacris. 3. columna. C. de proxim. sacro. scrin. libro. duodecimo. ¶Et an valeat consuetudo in oppositum in istis expensis percipiend. Vi. Abba. in capitulo. cùm ab omni. de vita & honestat. cleri. numero. decimo. & Roman. singula. 180. & Antonius Corset. singulariter in notabilibus suis in parte, sportulæ.

SVMMARIVM.

1 *Factum ab his, qui authoritatem à concilio habent, à concilio factum esse videtur.*

2 *Actus gestus a delegato, non dicitur gestus authoritate sua, sed delegantis.*

3 *Electio facta à prioribus authoritate concilij ciuitatis, valet.*

4 *Potestas data executoribus distribuendi inter pauperes, eligere non possunt illum, quem testator non potuisset vel noluisset eligere.*

5 *Substitutus creatus à commissario, potest officium exercere, si habet potestatem à testatore creandi eum.*

6 *Qui actum ex concilij commissione fecerunt, an poterunt reuocare.*

c **Nombraren.** cNo. tex. quòd fa-
1 ctum † ab his, qui authoritatem à concilio habent, videtur factū esse à concilio. Simil. tex. & ibi Barto. in l. Item eorum. §. si decuriones. ff. q cuius vniuer. nomi. quod Bart. ibi dicit esse notandum pro remissionibus, quæ tota die fiunt in concilijs ciuitatum. Et. l. 8. styli. & facit text. & ibi doct. in. l. vnū ex familia. §. si de falcidia. ff. de leg. 2. & Bal. in auth. principales. §. hoc etiam. C. de iureiur. propter calū. dā. & Montal. latè in l. 1. titulo. 7. foro leg. lib. 1. in glo. *en el concejo.* versic. item nota, q quādo per concilium populi. facit tex. in c. cum aliquibus. de rescrip. in 6. allegat eum Bart. in. qō. sua, incipiente, adunantia generalis. in solutione quæstionis. vbi in princ. ipsius hoc extendit, q in tantum videtur factum à concilio, q licet isti, qui habent potestatem faciendi faciant, non exprimendo cuius authoritate faciūt, imò q plus est, si disponens etiam ignoret se potestatem habere, vel actus. vt. ff. de iudi. l. 2. §. 1. & l. multum. ff. de condi. & demonstra. *Et. l. 20. tit. 5. part. 1. in tantum est verum, q valet illud quod factum est à nominatis personis per concilium q valet, licèt non reducatur iterum ad concilium: quia sufficit esse commissum, vt Montal. vbi suprà, versi. item nota, q quando: & tenet Bal. in l. 2. §. postea. ff. de origin. iuris. & vi. Alberic. in l. omnes populi. ff. de Iusti. & iur. nu. 43. & tex. in ca. in causis de electio. sed intellige supradicta, q factum ab his qui authoritatem à concilio habēt, videtur factum à concilio quando talis commissio, seu substitutio fuit facta per omnes de concilio: quia in hoc nō sufficit maior pars: tenet Fel. in c. cū oēs. de cōsti. co. 11. nu. 18. in fi. vers. 14.*

diere, y auiẽdo respecto al valor de la moneda: cõ tanto, que no exceda lo cõtenido en las leyes de nuestros reynos: y lo embie al nuestro consejo, para que se vea, y se confirme, o enmiẽde, y ansi cõfirmado lo hagan poner en el auditorio, donde este publico, y dende en adelante lo guarde el, y sus officiales, y ansi mismo fagan que lo guarden los escriuanos, y otros officiales de la dicha ciudad. Y el ni sus officiales no lleuen los derechos doblados, saluo como se lleuan enel pueblo no auiẽdo corregidor, so pena que si mas derechos lleuare, lo pague cõ las setenas. Y mandamos so la dicha pena, que no lleuen parte el, ni sus officiales de los derechos que pertenecen a los escriuanos, ni fagan parti

¶Et ideo dicit Domi.in.d.c.cùm aliquibus. 1.co
2 lum.ꝙ actus † gestus à delegato, non dicitur gestus authoritate sua, sed delegantis. per text. in ca.præterea.&.c.sanè.el.2.de offic. delega. ¶Et Ludo.Roma.in consilio.116.versi.tertio.tenet,
3 quòd electio † facta per priores autoritate eis cõcessa à concilio ciuitatis, valet. vt Bart in.l.2.ff. de opti.lega. qa cum authoritate superiorũ ipsi priores fecerunt, non ipsi fecisse videntur, sed illi, quorum authoritate factũ est. ca.is cui. de præben. libr. 6.& in.d.l. item eorum. §. decuriones. & idem tenet Pau.de Castr.in.d.l. vnum ex familia. §. si. de falcidia.nu 2. &.3.& sic secundum eum ille eligens, vel nominãs dicitur exercere nudum ministeriũ, & nullum ius tribuit, sed omne ius habet electus ab illo, qui potestatẽ dedit. & per hoc plura deciduntur secundum eum. ¶Primò,
4 quod executores testamentorum † quibus data est potestas distribuendi inter pauperes, non possunt eligere illum pauperem quem testator eligere non potuisset, scilicet, filium spurium testatoris. & hoc tenet Bartol. per illum text. in.l. fin.colum.2.de his quibus vt indig.& Ioan. Andre.in additio.ad Specula.in titu.de instru. editio.§.nunc verò aliqua. ¶Item nec possunt eligere illum, quem testator verisimiliter non elegisset, licet potuisset, vt inimicum suum vel sibi non gratum.vt in.l.Lucius.§.Lucius Titius.ff.de lega.2.secundum Paul.de Castro in dict.§.si de falcidia. ¶Vbi quoque dicit, quòd si electio cõmissariorum non valeret, vt si eligerent inhabilem, non possunt iterum eligere tanquam functi sint officio eorum. ¶Sicut iudex delegatus. qui tulit sñiam nullã.l.iudex postquàm. ff.de re iudica. Istum articulum declarat Barto.in dict.l. 2.ff.de optio.lega.vbi distinctionem facit. ¶Et vide Paul. de Castr. in dicta.l. itẽ eorum.§.si decuriones.num.2.ff. quod cuius. vniuer.nomi.vbi dicit, ꝙ si testator
5 fecerit † aliquem certum suum cõmissarium, & adiecerit, quod ille si nollet, vel non posset, ꝙ ei dabat potestatem aliũ substituendi, vel faciẽdi, si iste aliũ substituat, vel faciat executorem; valet: quia à testatore dicitur electus, & constitutus. vt tenet Salycet. in.l. id quod pauperibus. fin. colum.C. de episcop. & cleri. vbi vide, an si testator potest dare potestatẽ executori testamentario, vt alium loco sui ponat. & tenet ꝙ potest, & non dicitur captatoria volũtas. vt ibi per eum. ¶Sed an isti, qui actũ vel electionem fecerunt ex commissione ci
6 uitatis, seu cõcilij possunt talem actum, † vel electionẽ reuocare? Ang.in.dict.l.item eorũ.§. si decuriones.dicit, ꝙ est ibi casus, ꝙ habẽs potestatẽ à cõcilio si eligit, põt sua electio reuocari. qd dicit esse verũ eo casu, quo pœnitẽtiæ locus est, secus vbi non esset pœnitẽtiæ locus. Exemplũ dicit esse, si electo potestate per electio. concilium vellet electionẽ reuocare. nõ enim posset in præiudicium potestatis electi, cũ electo est ius quæsitum. vt in regula, Id quod nostrum est. de reg. iu. quia conciliũ tũc est obligatũ ex cõtractu, vel quasi, à quo non licet recedere. etiam principi non licet sui causa. vt in.l.Cæsar.ff.de publ.

Audito-

d Auditorio. d Idem tenet tex.in.l.22.tit.15.lib.2.in ord. rega. quam l.vide. Et ratio potest esse, vt posset ab omnibus videri, vt fiat notorium. vt Bald. in authē. q locum. C.de colla.in fin.nu.13.de quo per Spec.in titu.de not.crim. §. iam de notorio. & in.ca.tua & vestra.de coha.cleri.& mulie.

SVMMARIVM.

1 *Pactum contra ius, est nullum.*
2 *Expensas processuum in aliquibus locis huius regni tabelliones diuidunt cum iudicibus.*
3 *An talis diuisio expensarum valeat.*
4 *Ad præscriptionem inducendam sufficit tempus 10.annorum, etiam si sit contra legem.*
5 *Consuetudo valet, principe ignorante.nu.16.*

e Partido. e Aliàs si fierent, esset nullū.
1 quia esset † tale pactū contra ius, & non esset seruandum.gl.in.l.si pater. §. ex patris.ff.de iure doti. & in.l.1.§. illud. ad finem. C.de rei vxo.actio.l.pacta quæ contra.C.de pactis ¶ Attamen in multis locis huius regni con-
2 trarium seruatur, † in quibus tabelliones cum iudicibus diuidunt expensas. & sportulas processuum. vt in villa de Talauera, quæ antiquitus Elbora vocabatur, vbi tabelliones mecum & cū alijs iudicibus dictas expensas processuum diuidebant, & plures annos antea cum antecessoribus, & nunc quoq; diuidunt. ¶ Sed an talis di-
3 uisio expensarum † valeat cum iudicibus cōtra istum textum.& legem? Dic quòd sic: quia pactum reprobatum à iure communi, potest per consuetudinem approbari. tenet Paul. de Castro.in.l.pactum dotali.ad finem. nume.8.C.de colla. Quod intelligitur secundum eum, quádo est reprobatum, à iure, non autem quando esset contra bonos mores: maximè quia illa consuetudo, quæ in dicto loco seruatur, non est contra bonos mores, & seruatur antea, quàm iste text. & iura similia essent condita, & post vsque hodie. ¶ Et talis consuetudo derogat legi isti. vt in capitulo fina.de consuetudin.& in.l. de quibus. ff.de legi. Et secundum Bart. ibi impropriè deficit lex, quando consuetudo ei derogat. quem vide. ¶ Ad quam præscriptionem inducendā con
4 tra legem sufficit † tempus decem annorum. vt tenet gloss.& docto.in.l.2.C.quæ sit longa con suet. Bald.in Rubr.illius titul. & in capi.1.in tit. qualiter feudum olim poterat aliena. Et ista est vera, & communis opinio. secundùm Ias.in.d.l. de quibus.de legi.ff.colu.11.nu.45.vbi quoque dicit, quòd hoc tempus decem annorum incipit currere à tempore primi actus celebrati in populo. allegando Bart.ibi, quod dicit esse intelligendum, q sufficit tempus decem annorum, siue inducatur consuetudo præter ius ciuile, siue contra ius, siue inducatur cōsuetudo de Iure Canonico præter ius sufficit dictum tempus decē annorum. Secus si inducatur contra ius Canonicum, quia oportet q consuetudo sit præscripta per spatium 40.annorum. vt in.d.c.fin. vbi per gloss.de consue.& glo.in cap.cōsuetudo.12.distinct.&.c.fin.de consu.in.6. Facit tex.in.c.cùm de beneficio.de præbend.in.6.& tenet Felin. in cap.in causis.de re iudica.columna tertia. ¶ Contra hoc videtur facere quod tenet Innocē. in capitul.ex parte.de consuetudi.in princip. vbi dicit, quòd illi, qui dicunt, quòd cōsuetudo est arrogatrix & interpretatrix legis, loquuntur de legibus municipalibus, quas quis sibi populus statuit, quas contraria lege, vel cōsuetudine tollere potest. Lex autem generalis imperialis, lege imperiali tollitur, & sic videtur, quod contra istam legem Regalem consuetudo induci non posit decem annorum, nec alia. ¶ Hoc non obstante, opinio. Iaso. credo veram: quia Ius ciuile finaliter tendit in bonum publicum, & in vtilitatem priuatorum. vnde si populus vult sibi præiudicare, contrariam legem condendo, vel consuetu
5 dinem inducendo, potest, † quia valet consuetudo, principe ignorante. vt Abb. in capitulo.2. de probation.nume.5.& est communis opinio. secundum Barba. in capitul. fin. de consuetudi. columna.26.& Rochus de Curte.ibi. folio.36. prima columna. & Rex, vel Imperator in hoc non curabit, quia populus in hoc potest renuntiare fauori suo. vt in capitul.ad apostolicam.de regula. ¶ Item quia mores hominū sunt diuersi, ideo vult Imperator, vt quisque populus posit sibi facere legem, nō tamen contra honestatem, nec contra iura reseruata principi, sed in suum præiudicium duntaxat. vt in.l. omnes populi. & ibi Bartol. latè. ff.de Iustit. & iure. & Abbas in dict.capitul. fina.de consu.nume.9. ¶ Et sic videtur, quòd dummodo consuetudo non inducatur contra ea, quæ sunt principi reseruata, valet. ¶ Et Lapus allegatione.101.in tertia columna. versicul. idcirco. dicit, quòd non dicitur statutū, vel consuetudo illicita, licet repugnet Iuri positiuo, vel Iuri naturali mutabili, nisi expresse inueniatur improbatū à iure. vt in.l. Ius ciuile. & in.l.oēs populi.ff.de Iustit. & iure.& notatur in.l.nec pignus.& in.l.nec ex prætorio. ff. de regulis iuris. Et ideo dicit Lap. quòd consuetudo

facit licitum id, quod aliter erat illicitum, quia immutat iuris communis dispositionem, & in eius oppositum. vt in authentic. de defenso. ciuitat. §. præcepta verò. colla. 3. secus si repugnaret Iuri diuino, quia tūc esset irrationabilis, quę corruptela vocatur. & ita loquitur dictum capitul. vltim. de consuetudin. Et sic dicit Lapus, vbi suprà, quod leges municipales sunt permissæ à iure, & sic iure principis approbatæ. vt in. d. l. omnes populi. & in. l. secunda. §. omnia. C. de veter. iur. enuclean. & quia æquitas est, quæ necessitatur iuribus secundùm diuersitatem temporis, & locorum. vt. ff. de vulgar. & pupillar. l. ex facto. ¶ Ergo princeps qui singulas circunstantias facti, & conditionis personarum, atque locorum non potuit scire in suis regulis diffinire varietatem boni, & etiam locorum, & maximè omnium varietatem, & exigentiam vtilitatis eorum relinquitur hoc discretioni, & potestati singulorum populorum, videlicet statuentium ius proprium cuilibet iuri communi cōtrarium, approbans illud in rationibus communibus secundùm Lapum, vbi suprà. ¶ In simili relinquitur potestati consuetudinem inducendi; quia statutum, & consuetudo æquiparantur. l. magistratibus. ff. ad municipales. l. semper. ff. de iurisdictio. omnium iudicum; & in. §. ex non scripto. Institu. de iure natural. genti. & ciuili. & in §. constat. Bald. in tracta. de tabellion. quæstio. 2. Bartol. in dicta. l. omnes populi. columna. 2. Cardinal. in Clementina prima, de vsuris. ¶ Et

6 quia in inducenda consuetudine † priuata non est curandum de scientia principis, vel superioris. vt tenet Ias. in dicta. l. de quibus. numero. 30. sequendo Baldum. ibi. in. 4. columna. contra Angelum, qui contrarium tenet. & quia consuetudo specialis vnius loci, derogat iuri communi in eo loco, secundum Ias. ibi numero. 41. per glossam. ibi. & dicit probari in. l. venditor. C. si const. communia prædio. ¶ Et quia omnis dispositio de mundo, siue legalis, siue vltimarum voluntatum, siue contractuum recipit interpretationem, & supplementum à consuetudine, & ab eo, quòd fieri consueuit. vt Abbas in capitul. Certificari. de sepultur. & additio Abbat. in capitul. tenor. de reiudi. in additione, quæ est in num. 10. & Philippus Decius in. l. semper in stipulationibus. ff. de regulis iuris. nur 12.

Prætorum Cap. VII. finis.

Sequitur Cap. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Collectam, an iudex potest imponere.*

Ni repar-

Prætorum. *Caput. VIII.*

Otrosi mandamos, y defendemos que no lleuen otras dadiuas, ni repartimientos[a] dela ciudad[b], o villa, o partido de que fuere proueydo, o de los pueblos el, ni sus alcaldes, ni alguaziles, mas ni allende de lo que se le manda dar[c] en la carta de corregimiento, aunque se lo quieran[d] dar los regidores, y sesmeros, y otros officiales del concejo, o dela tierra, no embargante que la ciudad, villa o tierra aya estado en costūbre[e] de lo dar a los assistētes: o gouernadores, y corregidores, ỳ alcaldes, y alguaziles

a **Ni repartimiētos.** a Vide text. in c. 13. infra eod. & non solùm nō debet istas collectas percipere, verūetiam eas imponere nō po-
1 test. † vt in. l. placet. C. de excusati. mun. lib. 10. nisi in casu. l. 16. ti. 1. lib. 7. in or. reg. & vltra summam illius. l. nō pót imponere: tamē necessitate imminēte debet scribere pręfecto, & præfectus post impositionem, & exactionē à se factā scribere principi vt confirmet. vt in. dict. l. placet. & ibi. Bart. & Plat. de quo vi. in dict. l. ordi. quę ad literam seruatur. ¶ Attamē ordinarias functiones vel extraordinarias, quas princeps iniunxit, potest exigere secundum Lucam de Pen. in. d. l. placet. in prin. vbi quoque dicit, ꝙ imperator cùm inducit munera, asserit se clementem, sed à tali clementia, quæ hodie potius est impietas, libera nos domine, quia nemini parcit.

b **Ciudad.** b Vide quæ posui in. c. 1. in gl. de ninguna persona. vbi istum tex. allegaui ad hoc, ꝙ solum iudex non potest recipere munera à personis ibi cōtentis, verumetiam nec ab vniuersitate, villa, seu ciuitate, aliàs in pœnam incurrit.

c **Dar.** c Habuit ortum à text. in. §. oportet. versi. patrocinia. & ibi Bar. in authē. de māda. prin. colla. 3. vbi iudex inter alia iurat, ꝙ exceptis salarijs nil penitus recipiat. circa qđ vi. quæ dixi suprà in. c. 1. in glo. *que no pidira ni lleuara mas salario.*

SVMMARIVM.

1 *Recipere non possunt iudices vltra sibi debitum, etiam à volentibus sibi dare.*

d **Se lo quieran dar.** d Nota text. ꝙ
1 iudices etiā à volentibus † non possunt recipere vltra sibi debitū. tenet idē Par. de Put. in tra. syndi. in parte, cōsiliarij officiales. fo. 194. in prin. vt dixi late suprà in. c. 1. suprà eo. in glo. *ni lleuara.* in prin. in versi. & in tantū. & tenet ad literam Ioan. de Pla. in. l. vnica. C. de Salgamo hospit. libr. 12. vbi prohibitus petere, exigere, vel accipere, prohibetur, etiā ab sponte volente dare recipere vt glo. ibi, & sic, ꝙ non licet hoc casu donare de suo. vt ibi. Et ratio potest esse secūdum eūdē: quia in dubio semper præsumitur quædam occasio, & concussio donandi. vt ibi glo. valde notabil. & idem quod iste tex. tenet Guido papa in singul. 487. §. si notarius. vbi singulariter. & gl. in. c. sicut episcopū. 1. q. 2. & gl. in. c. quoniā. de vita & honest. cleri. Bal. in authent. sed hodie nulla. C. de epis. & cler. & Bar. in. l. amplius non peti. 2. columñ. versi. quæro. ff. rem rat. haberi. Ias. in. l. si quis in conscribendo. C. de pactis. nu. 15.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudinis prætextu correctores non possunt extorquere ea, quæ in isto tex. prohibentur recipere.*

2 *Consuetudo tollitur per legem contrariam.*

3 *Clausula derogatoria ad consuetudinem, an extē datur ad præsentem, & ad futuram consuetudinem. vide hic limitationes, & ampliationes.*

e **Costumbre.** e Idē tenet Luc. de Pen. in. l. vni. C. de Salga. hospi. lib. 12. vbi tenet, ꝙ hic contēta cor-

1 rectores nõ † possunt percipere, nec extorquere prætextu consuetudinis. Et quia ibi mãdat Imperator, vt nullus comitum, tribunorum, præpositorũ, aut militum extorqueat ab hospitibus suis Salgamum, quod ipse exponit, id est culcitras, oleum, & ligna, nec etiã prætextu consuetudinis extorquere possunt secũdum Lucam de Pen. ibi. ¶ Et ex isto text. nota, q̃ cõsuetudo, in distinctè tollitur

2 † per. l. contrariã sequentẽ. vt in. l. 3. §. D. Adrianu. ff. de sepulchr. viola. & licet non faciat mentionem de consuetudine, vt Bart. & Bal. in. l. de quibus. ff. de legi. & Ias. ibi. nu. 54. & Cyn. in. l. 2. C. quæ sit long. consuetu. ¶ Et an iste text. extẽdatur non solùm ad consuetudinem præsentẽ, verumetiã ad futuram. gl. in Cle. statutũ. in verbo, cõsuetudine. de electio. tenet, q̃ clausula † de
3 rogatoria ad consuetudinẽ, solùm præsentẽ cõsuetudinẽ intelligitur tollere, non autem derogare futuram. quam gl. simpliciter allegat Bald. in. d. l. de quibus. col. 6. Et simil. glo in Cle. fi. de rebus ecclesi. nõ alienan. in verbo, decernimus. vbi lex reprobans consuetudinẽ, intelligitur de præsenti, non de futura nouiter inducenda, secũdùm Imo. ibi. ¶ Sed contrariũ determinãt Bart. & doct. post eum in. l. si mihi & tibi. in fin. ff. de lega. 1. vbi tenet, q̃ clausula, non obstãtibus quibuscunq; statutis vel consuetudinibus cõtrarijs extẽdatur non solùm ad præterita, sed etiam ad futuras cõsuetudines, vel statuta, & pro hoc facit auth. nauigia. C. de furti. & in authẽ. cassa. C. de sacrosanct. eccles. & in auth. itaq;. C. cõmuni. de concessio. & hoc est verius secundum Car. in. d. Cle. statutũ. nu. 4. in. 3. oppositione de election. Quia, vt ipse dicit, lex semper loquitur. l. ariani. C. de hære. de cuius natura est, q̃ cõcernat futura. c. fin. de constitu. quod dicit facere ad multa. & ista est cõmunis opi. vt per Alex. in. d. l. si mihi & tibi. §. in legatis. ff. de legat. 1. nu. 8. quando derogatio est facta per verba generalia, seu indefinita, quia debet ad omnia trahi. argu. in. c. solitæ. de maio. & obedi. probatur in. l. in fraudẽ. §. fi. de test. milic. & in. l. 3. §. diuus. ff. de sepul. viol. & fuit de mẽte Bart. in. d. l. de quibus in. 3. colũ. dum respondet ad. d. authen. nauigia. ¶ Et quia quoties lex derogat consuetudini, tunc consuetudo futura dicitur irrationabilis, & illegitima, meritò non valebit, nec tollit primam legem. secundum Alexand. vbi suprà, quia de esse cõsuetudinis est, vt sit rationabilis. vt in dict. cap. fi. de consuetu. ¶ Et quòd censeatur reprobare etiam futuram consuetudinem, dicit Rochus de Cur. esse cõmunem opinionẽ. in. d. c. fi. fo. 52. col. 3 versic. septima conclusio. ¶ Et iura adducta in cõtrarium per Bar. Alexan. & per alios, loquũtur secundum eundem Alex. quãdo dispositio illa erat facta per verba præsentis tẽporis, & dicta cõmunis opinio loquitur in dispositiõe indefinita: maximè quia rex, vel Imperator disponẽs, põt prouidere, & trahere ius ad futura, & sic, q̃ dispositio indefinita extenditur ad futura, quãdo disponẽs põt ad futura prouidere. Secus si nõ põt prouidere, quia tũc non videtur derogare, aliàs secus, secũdùm Alex. vbi suprà. ¶ Et an princeps possit prouidere statuta futura, Bar. & Dy. determinãt q̃ sic. & secũdum Ias. ibi. nu. 21. cũ eo transeũt oẽs doct. indifferenter, & in alijs locis allegatis per Alex. in fin. & in cõsi. 192. in. 2. volu. licet Ias. dicat, q̃ Rapha. Cuma. dicit, q̃ ista decisio Bar. nõ solũ non est vera, sed est indubitata per. d. gl. in. d. Cle. statutũ. de electio. & per gl in. d. Cle. pe. de rebus eccles. nõ alie. quæ contrariũ tenet, quia dupliciter respõdetur secũdùm eũ. ¶ Primò, quia illæ glossæ malè dicũt, & cõmuniter sunt reprobatę, vt latè per Alex. vbi suprà. & in. d. consi. 195. ¶ Secũdò, vt Pau. de Cast. ibi. nu. 4. aliud est in cõsuetudine, quæ nõ præsumitur induci in fraudem, aliud in statutis. ¶ Sed tu vltra Alex. aliter potes soluere secundum Pau. de Cast. in. d. l. de quibus. nu. 18. scilicet, q̃ cõsuetudo nõ erat iuri cõtraria, nec erat improbabilis, videtur reprobata dũtaxat prędecẽs cõsuetudo, nõ sequẽs. & ita dicit q̃ loquitur gl. in. d. Cle. statutũ. & ita intelligãtur allegata in cõtrariũ. ¶ Abb. tñ in. d. c. fi de cõsuetu. nu. 24. dicit, q̃ ipse credit, q̃ si subest ratio noua, quę nõ suberat tẽpore legis dãnantis cõsuetudinẽ, q̃ tũc poterit de nouo induci cõsuetudo. argu. optimũ in. l. si hominẽ. ff. manda. & c. nõ debet. de cõsang. & affi. & plenè per eũ in. c. 2. de probati. nu. 7. & 8. & per Domi. in. c. 1. de cõstitu. in. 6. fi. col. & per Rochũ de Cur. in. d. c. fi. fol. 53. col. 2. versi. limita primò. ¶ Secundò limita secundum eum ibi, nisi publica vtilitas suadeat reuocationem

y otros officiales passados, ni se pueda allegar q̃ pues está suspendidos en el los otros officios de alcaldias mayores, y de la justicia, y ordinarios, y fialdades, y executorias, y merindades y alguazilazgos: y otras alcaldias me-

nem legis, quæ derogabat consuetudinem, quia tunc consuetudo valet. allegando Anto. ibi. col. 28. & alios doctores. ¶ Tertio limita vt non procedat, quando expressus consensus principis interueniret in inducenda consuetudine, quia tũc valet contra legẽ etiã derogãtẽ cõsuetudinẽ. Ita Anto. ibi, & Ioã. And. in additio. ad Spec. in tit. de instru. editio. §. cõpendiose. versic. sed nunqd. ¶ Quartò limita, qñ lex tolleret simpliciter consuetudinẽ præteritã, vel introductã, qa tũc cõsuetudo post ipsam legẽ põt induci. vt Domi. in. d. c. 1. de consti. in. 6. col. fi. in hoc tñ secundùm Rochum de Cur. sequere distinctionem Abb. in. d. c. fi. quam vide. ¶ Quintò limita vt non procedat, qñ lex nõ est recepta in obseruantia, quæ licet deroget cõsuetudinem, tamẽ contraria cõsuetudo valet, & in hoc non videtur hæsitandum: quia ex quo lex talis non attenditur iuxta gl. in. c. 1. de treuga & pace. cum his quę ibi Felin. congerit post Abb. certè non attenditur etiam clausula ipsius. l. per quam derogetur consuetudini: quia corruente aliqua dispositione, corruũt clausulæ in ea insertæ, vt inquit gl. notabil. in. l. si patronus. §. patronũ. in verbo, Fauiana. ff. si quis in frau. patro. ¶ Et quando dicatur lex non recepta in obseruantia, & quando id attendatur, doctores plenè declarant in dict. cap. de treuga & pace. & ita tenet Francis. de Aretio. consi. 9. & in cõsi. 154. colum. 1. ad finem. ¶ Et quia positæ sunt limitationes ad dictam communem opinionem, sequuntur ampliationes. ¶ Et prima est, quòd in tantum est verũ, quòd lex reprobans consuetudinem, cẽsetur etiam reprobare futuram, vt procedat etiam in. l. prohibitiua: quia licet expresse non deroget consuetudini, tamen cõsuetudo in contrarium non valet, quando in ipsa lege prohibitiua est inserta clausula decreti. Ita Domi. de sancto Gemi. & Philip. in. c. de beneficio. de præben. in. 6. col. 2. & Abb. antiquus in. d. c. fi. tenet, ꝙ non valet consuetudo contra legẽ habentem perpetuam causam prohibitionis. per tex. in. c. sponsam. de sponsali. ¶ Secundò amplia vt procedat maximè in. l. edita in concilio generali, quia cẽsetur habere clausulam derogatoriam ad dispositiones contrarias, quę in futurũ etiam fierent: vt Rochus de Cur. vbi suprà. ¶ Tertiò amplia, vt procedat, etiam si lex non faciat mentionem de consuetudine, sed solùm improbet aliquid tanquam irrationabile: quia non valet consuetudo, quæ induceretur, vel esset inducta in contrarium. vt Paul. de Elea. in Clementina prima, de electio. & Domi. in. c. 1. de cõstit. in. 6. ¶ Quartò limita, vt procedat etiã si esset cõsuetudo tanti tẽporis, cuius initij memoria in contrariũ nõ existit, quia nõ valet, quando lex improbat consuetudinem. ita tenet Anto. de Butri. in. c. cùm ex officij. de præscript. & ibi sequitur Abbas in. 3. notabil. & idẽ tenet Cardi. in Cle. fi. de rebus ecclesiæ non alie. in prin. 8. q. §. 1. & Fel. in. c. cũ causa. de re iudica. col. 4. & etiã tradit Fel. plenè, licet aliqua in contrariũ adducat in. c. accedẽs de præscrip. colũ. 4. & in. d. c. officij. col. 6. quia lex semper loquitur vt dictũ est: ergo lex reprobãs cõsuetudinẽ, censetur perpetuò illã reprobare. & benefacit text. in. l. seruus. C. de pœnis. vbi dicit, ꝙ condẽnatus simpliciter ad vincula, perpetuò in vinculis stare debet. ¶ Aliqui tñ tenẽt contrarium, maximè Abb. sibi cõtrarius. 2. vol. cõsi. in cõsilio, incipiẽte, in quæstione. & facit quod dicit Bal. in. l. vnica. C. de annali exceptiõe. col. 2. vbi dicit, ꝙ clausula, nulla præscriptione obstante, non trahitur ad prescriptionẽ centũ annorũ. Sequitur Alex. in. l. nemo põt. ff. de lega. 1. nu. 11. & alia Feli. adducit in rubric. de prescrip. fi. col. quod Rochus de Cur. vbi suprà cogitãdũ relinquit, vtrũ fortè dici possit, ꝙ opinio pręcedens solùm procedat qñ durat causa reprobatiõis. Ista aũt secũda opinio ꝓcedit, qñ causa reprobationis nõ durat, vt in. 1. limitatione dicitur. ¶ Sed Card. in Clem. 2. de rebus ecclesi. non aliena. 8. q. nu. 8 dicit, ꝙ qñ ius expresse reprobat consuetudinẽ, tunc non valet cõsuetudo etiam tanti temporis, de cuius initio non sit memoria: in his autẽ, in quibus ius non resistit, procedit opinio contraria, quia tũc sufficit consuetudo contraria, præscripta spatio quadragenario, allegando Laud. de quo ibi per eundem in. d. Clemẽ. §. ꝙ si eps. in fin. nu. 15. vbi dicit, ꝙ procedit ista ampliatio nedum quando lex diceret, quauis consuetudine non obstante, sed etiam qñ diceretur simpliciter, & indefinitè, consuetudine contraria non obstante. ¶ Per quæ potest ampliari tex. in legibus *del aranzel*.

nores, y mayordomias, q̃ deuẽ lleuar el salario dellos, y q̃ estan en costũbre de lo lleuar, mas q̃ sin ẽbargo de todo esto no lleue mas q̃ lo contenido en su carta, como dicho es. Y assi mismo no tome ropa, ni posada: ni camas de la

vbi cauetur, quòd iudices, & tabelliones de diuisionibus bonorum nil accipiant, nisi prout ibi continetur, consuetudine in contrarium nõ obstante, & sic quòd contra illum text. & istũ non potest consuetudo induci etiã tanti tẽporis, cuius initij memoria nõ sit in contrariũ. quia vt dicit Angel. in. d. §. ex non scripto. Instit. de iur. natural. gen. & ciuil. n. 25. ¶Cõsuetudo à iure reprobata, nunq̃ præscribitur: quia contra authoritatẽ superioris nunquã præscribitur. vt in dicta auth. nauigia. C. de furtis. in tãtum dicit hoc verum, q̃ etiam si talis consuetudo esset iurata, nũquam præscribitur, etiã tanto tẽpore, cuius initij memoria non existat in contrarium. vt in. c. 1. de consuetu. in. 6. quod dicit esse notandum.

tal ciudad, saluo por sus dineros, como esta mandado por nuestras cartas, so pena que lo paguen con el quatro tanto.

S V M M A R I V M.

1 *Hospitari soli principi licet gratis, & recipit solum tertiam partem domus.*

2 *Habitare debent correctores in domibus publicis, & non in domibus priuatorum.*

3 *Iudex, qui reparare neglexit domus publicas, punitur quinquaginta librarum auri, & conuertantur in commoditates palatij, quod reparare neglexit.*

4 *Multa potest iudex deputare operibus publicis.*

5 *Hospitia iudices non possunt alijs concedere sine præcepto regis.*

An iudex intrare poßit in domibus priuatorum ad habitandum, & an si ab eis potest accipere equos, plaustra, & alia, de quibus hic.

6 *Hospitia, non debent capi per potentes, nec per prælatos in ciuitatibus, seu villis, sine vicinorum permissu, nec debent capi ligna, nec aliæ res, nec damna eis inferre.*

7 *Hospitare non possunt se domini temporales in suis villis, & locis.*

8 *Hospitari debent milites gratis, cùm accesserint ad locum cum principe dum militant: & tunc domus diuiditur in tres partes, & electio cuiuslibet partis datur, vt hic.*

9 *Hospites non debent esse terribiles in hospitijs, nec superbi, sed manere debent humiles. Et à dominis ædium non debent balnea postulare, nec luminaria, nec alias res pro victu suo, vel equorum, nec recipere debent etiam à sponte dantibus, alias puniuntur.*

10 *Cùm hospitatur rex in ciuitate, metati habent deputare singulis militibus pro hospitijs domos, & in ipsarum domorum postibus nomen militis, qui illic hospitaturus est, scribere.*

11 *Delens nomen impositum in hospitio, falsi pœna punitur.*

12 *Aposentator, seu metator, non potest mutare hospitium per eum aßignatum, & alteri dare, nec iudex post latam sententiam. Sicut mensor terrarum, & domorum, vel alterius rei, post mensurationem, & declarationem non potest mutare, alias in pœnam falsi incidit.*

13 *Onus recipiendi hospites est reale, & non personale.*

14 *A receptione hospitum nemo excusatur, nisi qui habet priuilegium.*

15 *Priuilegium nullus debet impetrare, vt suæ domus sint immunes à munere hospitandi, vt vicinorum domus grauentur, alias punitur.*

16 *Ab hospitalitate excusantur medici sacri palatij, & magistri liberalium artium, & pictores ingenij, & domus, & palatia iudicum ordinariorum, & clerici, & ecclesiæ, & monasteria. fallit vt hic.*

17 *Non valet consuetudo, quòd clerici teneantur hospites recipere.*

18 *Pretia hospitationum possunt taxari à iudice.*

f Dineros. f Quia soli principi licet
2 gratis hospitari †, & nõ recipit, nisi tertiam partem domus. vt. C. de metatis, & epidimeticis libro. 12. l. 2. & tenet Paris de Pute. in tracta. syndica. in parte, expensæ quædam. fol. 110. nu. 5. & Bal. in. l. obseruare. ff. de offic. proconsu. & lega. *Et de materia hospitis vide latè Peregri. in parte, hospes. & singulariter per Rolandin. à Valle in consil. 66. vbi latißimè.*
2 ¶ Et quia isti correctores, & officiales † in domibus

mibus publicis habitare debent; & de publico cōductis, quia sunt personę publicę. vt in l. 1. C. de Palati. & Domi. libro. 11. & Paris de Puteo. vbi suprà, & facit tex. in l. 1. §. publicum. ff. de iusti. & iure. & capi. ius publicum. 1. distin. ¶ Quibus iudicibus nō licet habitare in domibus priuatorum, & cū eis conuersationem habere: quia nimia familiaritas parit cōtemptum. vt in l. obseruandum. ff. de offic. præsi. & Ioan. de Plate. in d. l. 1. de Palat. Quod intellige, si domus publicæ sunt, aliàs secus, vt ibi colligitur, quia si sunt publicæ, ibi debent habitare, vt eorum reparationi prouidere compellantur. vt ibi. & in l. fina. C. de operi. public. & in d. l. quicunq;. vt tenet Lucas de Pen. ibi. col. 2. versic. & nota. aliàs puniuntur
3 † quinquaginta librarū auri cōuertenda in commoditates palatij, quod reparare neglexerint. quod facit secūdùm eū, vt multæ, quæ exigūtur ab his, qui contēptores sunt in extructione viarum, aut murorum ciuitatis, nō sunt fisco applicandæ, sed in ipsis operibus publicis conuertendæ. vt in l. 2. C. de episco. audien. ¶ Et quia generaliter secundùm eum potest iudex multas de
4 putare † operibus publicis, aut cursum, aut alijs causis necessarijs. Sed est intelligēdum, dummodo Cameræ regis medietas applicetur. vt in l. 28. tit. 19. lib. 8. in ordi. regali. in fine. ¶ Istū tex. extende, ꝙ non solùm prætores nō debent ista hospitia accipere, verumetiam nō possunt ea da
5 re † alijs sine præcepto regis, aliàs ipso iure officia perdent. vt in l. 1. & 13. titulo. 21. lib. 2. in ordina. regali. vbi vide, & quando recipiuntur debent talia hospitia taxari. vt tenet Cyn. in dicta l. 1. C. de episcop. audi. in fine. ¶ Tamen quis tenetur recipere iudicem in hospitio suo sicut & militem, adeò, quòd si negaretur eis hospitium, licitè possent ianuas irrumpere, & violenter intrare domos. argument. l. si seruus. ff. quòd cum eo. & l. si eo. ff. si serui. vendi. & l. quemadmodum. §. 1. & 2. ff. ad l. aquil. l. fina. §. si ad. ff. quod vi aut clam. & facit quod notat Inno. in ca. 1. de immunit. ecclesi. vt tenet Lucas de Pen. in l. fin. C. de professo. & med. libro. 10. & dicit hoc esse verum, si in ciuitatibus non existant domus publicæ, vel regiæ quod nota.* Et tenet Peregrin. in parte, hospes. in fin. per dict. Innocent. & per Clem. ad nostram. de censi.* ¶ Et licet sit verū, ꝙ officialis, seu iudex non potest cogere subditum vt det sibi domum ad habitandum, sed debet sibi facere prouideri à decurionibus ciuitatis, vt dictum est. vt in l. 1. C. de offic. præ. & Alberi. in l. obseruare. ff. de offi. proconsul. & lega. in prin. & Martinus Lauden. in tracta. de officialibus domi, tomo. 5. tracta. qō. 47. fol. 267. ¶ Tamen si non reperit domum ad habitandū, possunt cōpellere quem ad sibi locandū. vt Bald. & Ange. in l. 1. ff. solut. matri. colū. 3. in fine: & ibi Ias. nu. 48. loquendo in scholari, quòd habet locum à fortiori in iudice, vide quæ in simili dixi in cap. suprà, in gloss. *de mercaderias.* numero. 19. *Et vi. Greg. Lopez in l. 22. tit. 23. part. 2. loquētem in militibꝰ, qui possunt accipere victualia à prouincialibus, si rustici essent adeo tenaces, ꝙ nolent eis vendere, vel si deficeret eis pecunia per Bal. in tit. de pace constan. versi. nobis intrātibus. & per alia iura. vt ibi per eum.* ¶ Dic quoq;, quòd non possunt accipere equos, mulos, & plaustra, sed debēt conducere ad vecturā. vt tenet Plat. & ibi glos. in l. iudicibus. C. de curs. publi. lib. 12. & in l. cursum. eo. tit. loquendo in ambasiatoribus papæ, & principis: vt supradicta non possunt accipere. ¶ Et in simili dic, quòd bariseli, & exactores, & nuntij per comitatum incedentes pro malefactoribus exquirendis, vel exactionibus collectarum, vel executionibus faciendis, nō debent grauare comitatiuos, vt exhibeātur eis victualia pro se, & equis, sed sibi emere debent. vt tenet idem Plat. in l. præter. C. de lucris aduoca. lib. 12.

¶ Et ad idem facit, quod tenet Luc. de Pen. in l. 2. vt rusti. ad mil. obse. libr. 11. col. 2. vbi dicit, ꝙ illa l. facit contra iustitiarios, & officiales regni capientes animalia subiectorum, officij ratione, quia veniunt puniendi pœna illius. l. quæ est, ꝙ amissis bonis, perpetuò damnentur in exilio. ¶ Tamen si res publica indigeat aliquo animali pro sua necessitate possit accipere pretio soluto. & idem dicit in principe, & Romano populo, & idem dic in alijs dominis, vt dicam infrà in c. 24. in glos. titul. nu. ¶ Sed si in rebus taliter captis in casu, in quo licitè capiūtur, damnum dederit, ad emendationem damni tenentur, secundùm dict. Luc. de Penna ibi. ¶ Quinimo talia ho
6 spitia in ciuitatibus, & villis regis nullatenꝰ † per milites prælatos, seu alios potentes sine vicinorum permissu capiant, nec permittantur supradicti paleam, ligna seu alias res à vicinis capere, nec damna alia eis inferre, contra verò faciens, pro quocunque hospitio. 600. soluat marabitinos regis Cameræ applicandos, & cum triplo capta restituat, & damna resarciat. vt in dic. l. regia cauetur, & in illo titulo vide de materia hospitatorum, vel metatorum.

7 ¶ In tantum, quòd domini temporales † in suis villis, vel locis, non possunt se hospitare. de quo per Specul. conscien. in primo tracta. capi. 21. in principio. & in §. 2. 3. 4. & 5. vbi singulariter de materia hospitij. ¶ Et extende, quod non solùm

lium princeps debet hospitari, vt dictum est ve-
8 rumetiam eius milites debent† gratis hospitari, cùm accesserint ad locũ cum principe dũ militant, & in hoc hospitio asignãdo debẽt domini domorũ diuidere domos in tres partes, quarum vnã, & primam partem eligat dominus pro se, quã maluerit, aliam ex alijs duabus eligat miles quam maluerit, tertia dño reseruata. ¶Illustribus autẽ viris medietas domus debet asignari, licet hodie malè seruetur, vt est tex. in. l. in quãlibet. C. de meta. & epedi. libr. 12. & ibi Bartol. & Pla. hodie est facta pragmatica quædam per nostrã reginã Ioannam, vbi vide de modo hospitãdi, vbi dicit, ꝙ solùm medietas domus debet asignari. & ibi vide pretiũ, quod debet solui pro lecto, & de alijs pluribus circa hospitiũ, quam vide. ¶Sed in electione dimidiæ domus dicit Ioã. de Plate. in. d. l. quamlibet. ꝙ æquitas, & iustitia dictat; vt ille, cuius res est, successione, emptione, vel constitutione habeat in eius diuisione facultatem eligendi: quam partem voluerit: & hoc priuilegium habet dominus tunc, quia res est sua tunc, quia duæ partes domus sibi reseruantur, & sic qui habet maiorẽ partẽ rei præfertur in electione, vt ibi per eum. & plenius in. l. 2. C. quando & quibus quarta pars debea. lib. 10. & sic quòd miles habet de tribus vnũ, & Dominus domus duas de iure antiquo, & sic sunt in discordia, quia vterq;, vel neuter diuidere vult, fortè sorte dirimetur. vt in dict. l. 2. C. quando & quibus quar. part. debe. & si diuidens diceret se ex tali diuisione, vel electione deceptũ, non audiretur. vt in. l. transactione finita. C. de transac. secundùm Ioan. de Plat. in. d. l. in quamlibet. in fin. quod nota. ¶Milites autem in talibus hospi-
9 tijs† non debent esse horribiles, nec superbi, sed manere debent humiles: nec à dominis ædium debẽt balnea postulare, nec luminaria, nec alias res pro victu suo, vel equorum, nec recipere debent etiam ab sponte dantibus, aliàs puniuntur. vt in. l. deuotum. & in. l. prosperum. & ibi Ioan. de Pla. & Luc. de Pen. C. de metatis. lib. 12. & in l. 1. C. đ Salga. eo. li. Nec dicti officiales debẽt recipere, & vsurpare equos & animalia prouincialia. vt Pla. i. l. 2. C. cursu. đ publi. li. 12. ¶Adde tu ꝙ cùm proficiscitur rex, & hospitatur in aliqua ciuitate, metati. i. aposentatores, habent deputa-
10 re† singulis militibus pro hospitijs domos, vt dictum est, & scribũt in ipsarum domorum postibus nomen eius militis, seu militum, qui illic hospitaturus est, vel sunt. vt est text. in. l. 1. C. in. d. titulo, de meta. & epedi. lib. 12. & ibi Plat. & Lucas de Penna. & sic vtitur. ¶Et ibi Lucas de Penna tenet. quod si alicui est asignatum hospitiũ,
11 † & in illo est positum nomen ipsius, vel signũ, forte scutum suum, vt in aliquibus partibus solet fieri, & aliquis istud nomen, vel signum sustulerit, seu deleuerit, pœnam falsi incurrit: & tanquam falsarius punitur. ¶Quinimo secundùm Ioan. de Pla. ibi, sicut iudex post latam sententiam non potest amplius corrigere, vel mutare. vt in. l. iudex postea. ff. de re iud. Ita nec mẽ-
12 sor† terrarum, domorum, vel alterius rei post mensurationem, & declarationem suam vt glo. ibi. aliàs incidunt in falsum: quia aut primò bene fecit, & falso amouet, aut malè, & falso fecit. vt in. l. 1. §. si quis rationibus. ff. de falsi. tenetur etiã ciuiliter actione in factũ. vt in. l. 1. ff. si mensor fal. mo. dixe. & sic ꝙ aposentator, seu metator postquam hospitium alicui asignauit, non potest postea mutare, vel alteri dare.* ¶Et talis metator (Hispanè aposentador) regis debet asignare hospitium vnicuiq; secundùm officium suum, & locum quem tenet: & iste metator iudicat super contentionibus circa hospitia ortis. tenet tex. in. l. 15. tit. 9. par. 2.* ¶Adde quoq;, ꝙ
13 hoc munus† recipiendi hospites, munus est reale, & nõ personale, vt in. l. 3. §. munus hospitis. ff. de muneri. & hono. & notat glossa in. l. 1. C. de episcopis, & clericis. ¶Et à receptione hospitũ
14 nemo excusatur†, nisi qui habet priuilegium speciale. vt gloss. ibi, in dicta. l. prima. ¶Et nul-
15 lus debet impetrare priuilegiũ†, vt suæ domus sint immunes à munere hospitandi, vt vicinorũ domus grauantur, aliàs contra faciens, punitur, & caret impetratis. vt in. l. omnes. C. eod. titu. de metatis. & epedi. & ibi Ioan. de Pla. vbi quoque dicit, ꝙ qui excusat se priuilegio ab onere hospitandi, inueniet alios contra se eodem priuilegio excusatos, & sic quod non vult dare de suo non debet petere, alienum, & ille, qui impetrat tale priuilegium, vel immunitatem hospites recipiẽdi, punitur ad soluendã tertiam partem pensionis domus eius hospitibus deputandæ. Qui verò impetrat, vt etiam ad solutionẽ pensionis dictæ tertiæ partis non teneatur, punitur priuilegijs dignitatis, & si non sit in dignitate, punitur in cẽtũ libris aureis. vt Pla. ibi, vbi dicit, ꝙ ibi est casus, in quo quis soluit pensionem de propria domo, quod est propter eius culpã, volendo se ab hospitalitate excusare. ¶Attamẽ ab ista ho-
16 spitalitate excusantur medici† sacri palatij, & vrbis Romæ magistri liberaliũ artium, & pictores ingenij. vt in. l. archiatros. C. eod. titulo. de metatis. ¶Quoq; ab ista hospitalitate excusantur prætoria, i. dest domus, vel palatia iudicũ ordinariorũ, dũ sunt ibi præsentes, & aliorum iudicũ, quanuis maiorum, & superuenientium. vt in. l.
cunctos.

cunctos.C.eod.titul.de quo ibi per Plat. & Lucam de Penna.& in.l.2.titul.21. libro.2. in ordina.regali. Aliæ quoq; personæ, & eorum hæredes excusantur.vt in.l.hac lege.C.eodem.tit. & ibi Plat.vbi notat ex illo text. casum, in quo nō valet priuilegium & immunitatis hospitalitatis concessum à principe, & tamen valet priuilegium hospitalitatis concessum per legem scriptam in corpore iuris,vt ibi gloss.final. ¶Idem ab ista hospitalitate excusantur clerici, quia sua hospitia laicis non debent dari.text. in.d.l.1.C. de episcopis & clericis. & in.l.7.titulo.21. lib.8. in ordi.regali.& in.l.27.tit.3.lib.1.in ord.regali. & Plat.in.l.indictiones.C.de annonis & tribut. lib.10.nume.1.gloss.& ibi Abba.in cap. primo. de immunita.ecclesia. ¶Et in simili excusantur ecclesię,& monasteria ab ista hospitalitate.tex. in.l.11.tit.2.lib.1.in eisdē ord.regali.alias puniūtur,vt ibi.¶Quod fallit, nisi cùm rex,& regina, vel infans ad locum venerit.vt in.dict.l.27. & in dict.l.7.*l.91.tit.6.part.1.in fi.& ibi Grego. Lopez.*Et hoc si alia hospitia acta ibi non reperiātur, vel dum non sunt hospitia laicorum. tenet Bald.in.l.obseruare.§.1.ff. de officio proconsul. & lega. ¶Quoq; fallit in causa pietatis, quia ab ista pia hospitalitate clerici nō sunt immunes. sed ab hospitalitate onerosa,& non pia.vt tenet Bal.in.d.l.prima.C.de episc.& cleri.nu.1.versic. tertiò nota.& facit text.in capitul.1.de emptio. & vendi. ¶Quoque fallit in iucundo aduentu principis.vt in.l.neminem. C.de sacrosanctis eccle.& Abb. in.c. nō minus.de immunitate ecclesi. col. 3. nu.15.versi.extraordinaria.¶In tantū supradicta sunt vera, ꝙ clerici ad hospitiū nō tenentur,nisi in casibus supradictis, ꝙ cōsuetudo
17 † in contrarium non valet, & rationem consuetudinis laici vendicare non possunt sibi ius hospitandi in domibus clericorum, vel ecclesiarum.vt est text.& ibi Abba.in cap.1.de immunit.ecclesi.nume.4.& Innoc.ibi clarius.& in talibus non prodest consuetudo, cùm ecclesijs sit onerosa.capitul.1.de consuetu.secundùm Abb. vbi suprà quod dicit esse notandum, vbi de ma
18 steria hospitij. ¶Adde quoq; quòd pretia † hospitationum possunt taxari à iudice.text. & ibi docto.in.l.prima.C. de episco.audient. & tenet Paris de Put.in dict.tracta.syndica.in parte, iudices suprema.folio.154.nume.19.& vide quæ dicam. in titulo. 17. in glossa. *razonables prendas.* prima columna.

Prætorum Cap. IX. finis.

SVMMARIVM.

1 *Iudex laicus ordinarius non debet capere sportulas, id est, accessorias, sed stipendio principis debet esse contentus.*

2 *Iudices salariati, vel literati, non debent accipere istas sportulas, seu accessorias, vt processus videant, aliàs officio priuantur, & percepta cum quadruplo restituant.*

a
1 Assessorias. a Nota text. ꝙ iudex laicus † ordinari⁹ nō debet capere sportulas,idest accessorias,sed debet esse contētus stipendio principis, tenet noster papa Adrian⁹ in quolibet.q.9. charta.93.litera.g. vbi in.10. q.in prin. per totū. & tenet Ioan.de Nauarri.in sua Sylua nuptial.libr.5.fol.192. colum.4. versi.amplia secūdò.& gl.in.c.cū ab omni. de vita & honest.cleri.& Corset.notabil.suis in parte,sportulæ.& tex. in.c.40.infrà eod.& est text. in.l.13.ti.16.li.2.in ord.reg.& in.l.16.tit.15.eo.
2 lib.vbi habetur,ꝙ iudices †, & correctores salariati,vel literati,nō debēt accipere sportulas, id est accessorias,vt ꝓcessus videāt sub pœna priuationis officij, & cum quadruplo recepta restituāt, sed tātūmodo in Arāzel cōtēta percipere debent.Et idem in expresso tenet Bald. in consil. 479. in. 4. vol. vbi ait, ꝙ si iudex de publico habet salariū, non possit talia recipere per.l.6.legē Iulianus. ff. ad.l.Iuliam repetundarum. de quo vid.Iaso.in.§.tripli verò. Institu. de actio. columna.6.numero.46. cum sequentibus. Et in quantum Bartol.in authentica.de iud ic.§.nec autem. colla.6.versi.de ordinarijs autē. tenet, ꝙ iudices debēt habere istas sportulas pro se vltra salariū quod

Prætorum. *Caput. IX.*

Otrosi, que no lleuen ni cōsientā lleuar a sus officiales assessorias a, ni vistas de processos por

8 ¶Quintò fallit, nisi pendente † officio faciat aliquem contractum, quia de illo poterit conueniri pendēte officio. tex. est in l. interdū. §. 1. ff. de iudic. & in l. 2. §. legatis. & §. omnes. eod. titulo. & hoc quando contrahere potest, quia regulariter est prohibitus. vt in l. nō licet. ff. de contra. empti. nisi in septem casibus, de quibus per Alexand. & Ias. in l. principalibus. ff. si cert. peta. vt posui, & plures alios supra in c. 2. in gloss. *de mercaderia.* ¶Sextò fallit, nisi iudex pendēte

mo aunque los tales corregidores, y

9 officio se submittit † alterius iurisdictioni. text. est in l. receptū. ff. de iuris. om. iudi. & facit text. in c. nos incompetēter. 2. q. 7. vt tenet istas duas proximas limitationes Anto. Frāciscus in additio. ad Abba. in c. aduersus. de immunita. eccle. si in additione, quæ est in nu. 14. versic. an autē. Hinc est, quòd possit conueniri citatione non actoria, putà ad defendēdum processum suum super inquisitionem. vt Felin. in d. c. legebatur. & in c. dilectus. de rescriptis. ¶Septimò, fallit in

10 habentibus dignitatem sine † administratione. vt sunt Comites, & Marchiones, Duces, & Reges: quia isti proculdubio possunt conueniri, vt in l. 2. C. vbi senato. vel clari. secundum Bartol. in d. l. nec magistratibus. ff. de iniuri. & doctor. in d. ca. legebatur, sed tu dic, quòd melior ratio est, quia habent officium perpetuum. secūdum Ias. in d. l. 2. ff. de in ius vocan. nu. 3. ¶Octauò fal

11 lit † in aliena patria, quia ibi bene potest conueniri. secus est in loco sui magistratus. glos. in l. si præsens. C. de episc. audien. secundum Iaso. vbi suprà. Quod intellige, quòd potest conueniri in aliena patria de delicto, vel contractu, dummodo sit talis causa, quæ possit agitari per procuratorem secundū Alber. in l. senatus. ff. de offic. præsi. prout declarat dictus Anto. Fran. in additio. ad Abba. vbi suprà: quia in ciuilibus potest pro debitis alibi contractis temporalis & perpetuus officialis officio durante conueniri. tenet Angel. in l. 2. C. de administra. tutor. & Zachar. in additio. ad eundem Abbat. in d. c. legebatur. *Et vi. Boerium. decisione. 11. nu. 2. vbi idem tenet asserentem, quòd licet maior magistratus non possit conueniri in ciuitate in qua est magistratus, vt in dic. l. 2. ff. de in ius vocan. tamen in alio loco domicilij sui in quo non gerit magistratū bene potest conueniri per. d. gl. in. d. l. præsens. C. de episco. audiē. quam sequuntur doct. ibi re-

12 lati.* ¶Nono fallit in officiali perpetuo †, quia tunc ne delicta remaneant impunita, pendente officio, poterit conueniri. tenet Bald. per illum text. in l. si finita. ff. de tutelis. & rationi. distra. Bart. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. colū. 2. ff. de noui oper. nuntiatio. & Specula. in titul. de actore. §. 1. versicul. illustris. & in titul. de reo. versic. Item consul. & Bal. in d. l. pars literarum. & Anto. de Butri. in c. cæterùm. de iura. calum. ad fin. ¶Quod extēditur non solùm quando est perpetuum, verum etiam, si officiū sit ad beneplacitum principis, qui tunc quoq; durāte officio potest conueniri. Ita eleganter determinat Barto. in d. l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. 2. colum. per tex. in l. iurisperitos. ff. de excusa. tuto. & determinat Barto. in l. quanuis. circa principium. ff. si cert. peta. & facit glo. in Clemen. & si principalis. de rescrip. & gl. in c. fi. de rescript. in 6. in verbo, pepetuus. & ibi Domin. & tenet Anto. Franciscus, in additione ad Abba. in d. c. legebatur. & Ias. in d. l. 2. nu. 3. ¶Decimò limita,

13 nisi à iure imponatur † pœna remotiōis ab officio, quia tunc poterit etiam durante officio cōueniri: quia si spectaremus finem officij, frustra fieret talis amotio, secundum Bald. in titulo. de pace constant. versi. credentia. ad finem. in vsib. feud. per. d. l. iubemus. C. ad. l. Iuliā repet. ¶Vn-

14 decimò, limita, nisi actio † esset tempore peritura, quia saltem vsq; ad litem contestatam potest magistratus conueniri. l. senatus. cum ibi glo. ff. de offi. præsi. Canonistæ in d. capi. legebatur. & tunc compellitur cautionem præstare de prosequenda lite finito officio. text. est in l. si adulterium. §. fi. ff. de adulte. & est glos. in d. c. prohibetur. versic. propter magistratum. in fine. 2. q. 1.

15 ¶Duodecimò fallit †, quando faciunt contra iurisdictionem superioris, tunc enim etiam si sint maximi magistratus, possunt conueniri diminuto officio. text. est in l. si appellationē. & ibi Bald. notat. C. de appella. & sequitur Iaso. in d. l. 2. vbi ponit quasi omnes dictas limitationes. & Anto. Franciscus in additio. ad Abb. in d. c. aduersus. & Felin. in d. ca. legebatur. & per Pari. de Put. in tracta. syndica. in parte, durante officio. fol. 106. & in parte, officialis durante officio. eo. fol. Decimotertiò nouiter limitatur, & fallit, nisi

16 si conueniatur † ex contractu venditionis per eum celebrato, tunc enim talis exceptio, cū sit declinatoria, per eum venditorem apponi non potest. ita tenet Franciscus de Aretio consil. 30. in. 2. colū. prout refert, & sequitur additio Alex.

17 in. d. l. 2. in. 1. additiōe. ¶Decimo quarto † fallit, nisi pro debitis ante officium contractis, quia tunc durante officio potest conueniri. vt tenet Ange. in l. 2. C. de admin. tut. contrarium in hoc tenet Ioan. de Plat. in l. nec ipsi. C. de incolis. & vbi quis

vbi quis domicilia videtur.lib.10.numer.12.vbi tenet, quod officialis, & stipendiarius pro contractibus, & delictis antea factis conueniri nõ potest durante officio, vel stipendio sed pro cõtractibus, & delictis ibi cõmissis, allegando Bar.in tracta.repræsali.& est in.6.q. principali. & hoc credo &, dictum Angel.intelligatur de debitis factis in prouincia, quam regit ante officiũ receptũ, quod potest cõueniri, secus de his, quæ fecit ex
18 tra prouinciam.¶Decimoquintò fallit† quando principi placuerit, quia tũc poterũt eius officiales conueniri durãte officio. vt tenet Bald. in.l.obseruare.§.proficisci.ff.de officio procon su.& lega.in fine.& Paris de Pute.in tracta.syndica.in dict.versic.officialis durante.¶Decimo
19 sexto fallit inter non subditos, †quia dicta regula, quod officialis non possit cõueniri, habet locũ inter officialẽ, & subditos: tamẽ ille, qui nõ est subditus, põt officialẽ officio durante cõuenire, secũ. Azo in summa de in ius vocan.& melius in titul.vt oẽs causæ tã ciuil.quã cri.& est gl. in.l.si præsens.C.de episcopali audi.Specula.in tit.de supplicatio.§.sequitur.versi. Itẽ durante officio possunt subditi supplicare principi.vt
20 Paris de Put.vbi suprà.¶Decimoseptimo† fallit quãdo talis officialis agit durãte suo officio cõtra aliũ, quia tunc potest ipse cõueniri. vt in l.2.§.sed si agant.ff.de iudicijs.quod est verũ, nisi ageret cõtra debitorẽ fugientẽ, vel ex causa dãni infecti.notat Angel.& Bald.in.l.si.§.dãda de iure deliber. & tenet Paris de Put.vbi suprà.
21 nu.10.¶Decimooctauò fallit, † nisi iudicium esset modico tẽpore duraturũ.vt in.l.momẽtanee.C.qui legi.perso.& Paris de Put.vbi suprà. nu.13.¶Decimonono fallit in omni casu quã-
22 do est de volũtate† ipsius iudicis, & ipse iudex vult cõueniri durãte officio, quia tũc bene põt cõueniri.ita tenet Catal.in tracta.syndi.q.5.licet ego nõ inuenio, tamẽ allegat eũ Bertachi.de Firmi.in suo aureo reperto. in parte officialis cõuenitur. ver.9.& licet Firmi.nõ dicat, ego allego Amode.Iusti.in tracta.syndi.in parte olim potestatẽ dictæ ciuitatis.ver.Itẽ poterit. vbi in expresso tenet, quod de volũtate iudicis cõueniri potest cõueniri, quia cũ sit inductũ in fauorẽ iudicis quod finito officio cõueniatur.vt in.d.l.nec magistratibus.ff.de iniuri.& in.d.l.2.ff.in ius vocã. põt tali fauore pro se introducto renũtiare. arg. in.l.si quis cõscribẽdo.C.de pactis.quod dicit dictus Amode.Iusti.quod hodie nõ procederet, quia cõmuniter in electionib9, vel prouisiõibus apponitur capitulũ, quod de omissis, & commissis teneatur stare ad syndicatũ finito officio, prout in prouisionibus correctorum patet, in quantũ dicunt, *y recibadas del fianças llanas, y abonadas, que hara la residencia que la ley de nuestros Reynos manda.* Vnde secundum Amode.Iust.nõ est obligatus anteaquam transiuerit in contractum.l. Cęsar. ff.de publica.& in.l.donationes.C.de donatio. inter vir.& vxo.& sic agẽs durante officio ageret ante diem, quod fieri non potest. l.nisi finita.de tutel.& ratio.distrahen. Quod dicit verũ dictus Amode.nisi de voluntate officialis, & cõmunitatis, vel regis; qui ipsum elegit, vel posuit in officio, quia potest rex, vel communitas remittere syndicatum, sicut tutori remittitur redditio rationis.l.quidã decedẽs. ff.de administra.tuto.¶Ita sicut iudex non põt cõueniri of
23 ficio durãte, ita† officio pendente non potest alium conuenire.text.in.d.l.pars literarum. ff. de iudic.& tex.in.l.2.tit.20.libr.4.for.ll.& ibi Montal.¶Hac de causa dicit Ange.in.d.l.pars literarum.quòd potestas, seu iudex durante of
24 ficio, non potest petere † exequi instrumentum, quod habet cõtra subditum, sed remediũ est, quòd alteri cedat sua iura, cum pacto, quod non teneatur de euictione.per.l.sed si restituatur.ff.de iudi.quod sequitur dictus Paris de Puteo.in.d.versi.officialis durante. nu.10.de quo vide, quæ dixi suprà in.c.2.in glos. *de mercaderias.* in fine.¶Ex quo dicto Angel.infertur, quod of
25 ficialis durante† officio potest cedere iura sua alteri, qui agit non obstante exceptio. quæ obstaret cedenti.secundum Firmian. in suo reperto.vbi suprà.versi.quarto.¶Supradicta habent locum in officiali temporali, non in perpetuo
26 quia perpetuus† potest conueniri durante officio.vt.l.de pupillo. §.si quis ipsi prætori. & ibi Barto.ff.de noui ope.nuntia. ¶Et quoq; nõ ha
27 bet locum in officiali ad beneplacitum, † quia dicitur perpetuus, & iste potest conueniri officio durante.per.l.sufficit. ff.de condi. indebiti. & per.l.iuris peritos.ff.de excusa.tuto.vt tenet Paris de Pute.vbi suprà.in.d.versi.officialis.nume.1.¶Sed qui dicantur maiores vel minores
28 † magistratus.Ioã.de Plat. in.l.nemo carcerẽ. C.de exacto.tribu.lib. 10.nu.12.allegando gl. in.l.nec magistratus.ff.de iudicijs.dicit, quod maiores dicũtur, qui habent merũ, & mistum imperium, minores autem, qui habent simplicem iurisdictionem.Sed dicit, quod Innocen. in ca. sedes.de rescrip.tenet, quod hoc relinquitur arbitrio iudicantis.¶Ego tamen teneo, quod in
29 omnibus† casibus supradictis, in quibus iudex durante officio potest conueniri, in eisdem potest agere, & conuenire, quia est eadem ratio, illico debet esse idem ius, & dispositio.c.translato.de constitu.& c.si quis.prima quæstio.3.&

 in cap.

in.c.quo iure.8.distinctio.l.si quis contra. ff.de appella.l.2.C. de fideicommissi.& in.c.de illis. de sponsa.& in.c.propositum.de eo, qui duxit in matri.quam pol.per adulteri.

SVMMARIVM.

1 *Assessorias iudex ordinarius qui procedit vt delegatus, habere non potest.*

2 *Quando causa, vel vniuersitas causarum committitur ordinario iurisdictionem habenti, intelligitur ordinariũ eum facere, & non delegatum, nisi esset commissio cum clausula summariè, vel sit eppellatione remota commissa.*

3 *Si appellatur a sententia episcopi, quando est ordinarius, ad Metropolitanum appellatur, sed si est delegatus, appellatur ad Papam.*

4 *Salaria an dentur ordinarijs, & delegatis.*

5 *Ordinarius procedens vt delegatus, non tenetur in modo procedendi statuta loci seruare.*

6 *Ordinarius dicitur delegatus, si in commissione est dictum, vel diminutum iurisdictioni ordinariæ. Vel si in commissione est dictum, authoritate nostra cognoscas, vel verba similia seu superior vtitur verbo præceptiuo.*

7 *Quando cõmissio fit sub nomine dignitatis, tunc censetur ordinarius, non delegatus.*

8 *Iurisdictio ordinaria quando alteratur in procedendo, delegata censetur.*

9 *Vt iudex delegatus procedens quis in causa cum non sit, si in illa habet ordinariam, valent acta.*

10 *Iurisdictionem ordinariam, & delegatam habens, an potest procedere ex delegata, omissa ordinaria.*

c Commission. c Idẽ tenet Ioã. de Nauazin. in sua Sylua nuptiali. libro.5.folio.229. columna 4. versicul.amplia tertio. vbi ait, quòd etiam si ordinarius iudicaret in causa sibi à principe de-
1 legata, in qua tamen sine delegatione † omnino habuisset iudicare, tales assessorias, vel sportulas capere non potest. & tenet in expresso Felin.in capitul.de hoc.de simo.column.2.versic.Item facit notabile allegando Ancharra. in consil.197.incipiente, Præmittẽdum q de iure. ¶Et ratio istius tex.põt esse: quia qñ vnã cau-
2 sam, † vel vniuersitatẽ causarũ certarũ per legẽ Rex, vel Imperator cõmisit præsidi aliter habẽti iurisdictionẽ intelligitur eũ facere ordinariũ, nõ autẽ delegatum. tenet Ang.per glo. ibi.in.l. diuinæ. C. ne liceat potẽti. & Ang.de Aretio. in.l.dato iudice. ff. Si quis & à quo appellã.sit. de quo per Abbat. in ca.licet.de officio ordina. quia tunc videtur exercitare eius iurisdictionẽ ordinariã, si illud qđ mãdat, pertinebat ad eius iurisdictionẽ, non autẽ videtur eũ facere delegatũ, nisi mãdaret illud fieri cũ clausula, appellatione remota: quia tũc videtur alterare iurisdictionẽ ordinariã, & tũc cẽsetur delegatus, & nõ ordinarius, ꝑut tenet Vitalinus in tracta.clausularũ in parte, clausula, appellatione remota.colũ.2. ¶Et Paul. de Cast.in.l.& si prætor.ff.de offic.eius cui mã.est iuris.vbi dicit, q si Rex nõ mutat modũ procedendi, cẽsetur eius iurisdictio ordinaria exercitasse: secus si alterauit, puta si dicat, q procedat summariè. & idem tenet Paul.de Cast. in.l.1.§. opus nouũ.ff.de no.ope. nũtia.& ibi Alexã. & Lanfran.de Oria in repet. c. quoniã contra. de proba.in princ.nu.26.vbi ait, q quãdo clausula summariè apponitur in literis, & scribitur iudici ordinario, qui alias fuit iudex cõpetens in dicta causa, virtute talis clausulæ dicitur esse delegatus, quia alteratus est processus. secus est si princeps scriberet iudici ordinario, q cognoscat de aliqua causa, in qua erat competens sine clausula dicta, tũc nõ efficitur delegatus. & allegat Lanfr.Inno.in.d.c.licet in corrigẽdis. de offic.ordi.& docto.in.l.& quia. ff.de iurisd.omn. iudi.& idem tenet Ias.in.l.1.§.& post operis.ff. de no.ope.nuntia.num.2.& ibi Alex.per text. in.c.licet vndiq;.de offi.dele.&.c.cũ aliquibus. de rescrip.in.6.quam decisionem dicit ibi Iaso. esse multũ vtilẽ in practica.& dicit, quòd tenet Bal.in additio.ad Spec.in tit.de legat.vlti.colũ. & Alex.in.l.more.ff.de iuris.om.iu.5.colũ. vbi reputat quotidianũ, & sic, q ista decisio est indifferẽter approbata secundũ Ias. vbi suprà; & ea multũ in practica obseruatur. secundum eũ. ¶Et ex ea inferũtur magni effect⁹: quia si à sen-
3 tẽtia † epi, qñ est ordinarius, appellatur ad Metropolitanũ, sed si esset delegatus Papæ, appellatur ad Papã.l.1.§.1.ff.qs & à quo appel. ¶Itẽ
4 salaria nõ dãtur ordinarijs, † sed bñ delegatis.c. ab omni.de vit.& honest.cleri.& ibi doct. ¶Itẽ
5 qñ ordinarius ꝓcedit vt delegatus, † nõ tenetur in modo

officiales conozcan por comission ˤ nra,

in modo procedēdi seruare statuta illius loci, secundùm Ang.in.l.ius autē ciuile.ff.de iusti.& iure.& Bal.in.d.ca.licet.in corrigendis. Et idē tenet Ias.vbi suprà.& in.l.1.§.si quis simpliciter ff.de verbo.obligat.n.5.vbi dicit, ꝙ supradicta est cōmunis opinio, quòd salaria ordinarijs nō debeātur, licet Aretinus cōtra istā cōmunē doctrinam retorquet.text.in.d.c. cum aliquibus. sed nil facit secundùm eundem Ias. quia ibi potestas ordinaria illius, ad quē scribit Papa, non alterat illam iurisdictionē ordinariam in aliqua forma, sed eam prorogat ad personam inhabilē quā aliàs nō posset ordinarius instituere. De quo per Feli.in.cap.cùm ex officij. de præscriptio.col.10.versicu.nihilominus.vbi dicit quoque, quòd ista est communis opinio.& idem tenet Iaso.dicēdo eam esse communem in.d.l.1.§.& post operis.ff.de noui operis nuntia. licet dicat, quòd putat eam non esse veram, per rationes, & iura.vt ibi per eum. Attamen in fine illius quæstionis cogitādum relinquit, quia nō reperit aliquem contradicentem, & dicta decisio est approbata per omnes secundùm eundē ibi. ¶Quam amplia, ꝙ nō solùm ordinarius dicitur delegatus, si in commissione est dictū, ꝙ
6 procedat summariè, † veruūetiam si aliquid est additum, vel diminutum iurisdictioni ordinariæ.vt tenet Alex.in.d.l.1.§.si quis simpliciter. ff.de verbo.oblig.nu.11.vbi quoq; dicit ꝙ idē est si in cōmissione sit dictum authoritate nostra cognoscas, vel similia verba.per text.in.d.c.cū aliquibus. ¶Et idem dicit, quòd est vbicunque superior in commissione vtitur verbo præceptiuo.vt glo.ibi in.d.c.cū aliquibus. in verb. concedimus facultatem. ¶Tamē supradicta li-
7 mitātur notabiliter, nisi fiat † delegatio sub nomine dignitatis, quia tunc censetur ordinarius & non delegatus.vt tenet Ias.in.d.l.Ius autem ciuile.ff.de insti.& iure.num.4. allegando Bal. in.c.is quibus.de offic.ordi.& in.l.præcipimus. C.de appella.in princip.vbi Bal.dicit, ꝙ si commissio fiat sedi, & nō personis, dicuntur ordinarij. quod est notādū secūdùm Ias.vbi suprà, vbi quoq; in n.7.&.8.limitat alijs modis, putà quādo talia verba ponūtur in principali dispositione rescripti. vt quia dicitur authoritate nostra cognoscas, de causa quæ vertitur inter tales, secus si apponatur in confirmatione, seu in executione dispositionis, putà si committeretur iurisdictio ordinaria in certo loco, & postea in fine rescripti diceretur, quòd quicquid eius authoritate fecerit princeps, habebit ratū: quia regula est, ꝙ clausula apposita in executiuis non immutat naturam principalis actus. tex.est notabil.in Cle.1.de præben.quam Abb. ibi exclamat.& dicit se nec scire alibi.& ita limitat Cardin.& Imol.in.c.quoniam.Abb.de offi. deleg. vlti.colū.quod sequitur & cōmend.Alex.in.d.l.more.5.colū.& vid. Abb.in.c.cùm in nostris. de cōcess.præben.vlti.colū. ¶Quoq; limitatur,
8 quādo solùm alteratur † iurisdictio ordinaria in procedendo, quòd erit delegatus quātū ad procedendum, sed ordinarius in sententiando. tenet Ioan.Butri.in.l.qui procuratorem dat.ff.de procurato.in princ.& ideo si datur liberum arbitrium potestati in inquirendo, & cognoscendo, non intelligitur dari in decidendo. & istam opinio.tenet Ias.in.d.l.ius autem ciuile.num.8. licet aliqua adducat in contrarium, cum qua dicit, quòd tenet Bal.in.d.l.qui procuratorē dat. vlti.colum.in prin Et not. supradicta, quia quotidie eueniunt in practica, & alias limitationes ponit Ias.in.d.l.ius autem ciuile: quas per tē vide. ¶Vnum tamen nota in materia dicta, quod
9 si aliquis processit in † causa tanquam iudex delegatus, cùm non sit, si tamē habebat in illa causa iurisdictionem ordinariam, valent acta licet in illa processerit vt delegatus, tenet Paulus de Castro in.l.habebat.in fine.ff.de instituto. ¶Et idem tenet Angel.in.l.2.§.conuenire. ff.de iudic.vbi dicit, quod putans se habere iurisdictionem ex vno capite.& eam nō habet, sed habet ex alio, si procedit ex capite incompetenti, nō vitiatur processus.quod dicit esse verum, quando litigantes procedunt ex capite competēti. Secus si procederent ex capite incompetenti, ita, quòd errarēt simul litigantes, & iudex. tex. in.l.sed si in seruum.§.si quis iudex. ff. de arbitris. * Vide Bal.in.l.eum qui. ff.de iur.om.iudi. in fine.vbi indistinctè tenet, ꝙ si delegatio est nulla, sed si delegatus aliàs habet iurisdictiōem istius causæ tenet processus per glo.quam dicit non esse alibi in.l.vnica.C.qui pro sua iurisdi.* ¶Adde quoque, quod si aliquis habet ordina-
10 riam, & delegatam † iurisdictionem, quòd si ordinarius vult, potest procedere ex delegata, omissa ordinaria.vt per Innocentiū & omnes alios in dicto capitul.cùm ex officij. subdentes, quòd potest procedere ex vtraq;.quod est bene notandum secundùm Imolam in capitu. nisi essent.de præbend. prima colum. & Filinus in dicto capitulo. ex officij colum. vndecima. versic.secunda conclusio. sed si simpliciter procedat, videtur procedere principaliter ex delegata.secundum Abbatem, ibi.post Butri. per l.tertiam.ff.de mili.testamen.vbi miles testando videtur in dubio elegisse viam efficaciorem. & procedit hoc in dubio secundum Felinum. ibi co-

ibi colum. 15. versic. sexta conclusio, quādo in sentētia est clausula omni meliori modo, quòd possum. & sequitur Io. Andr. & Domin. in cap. si postquam. de electio. in sexto. in secūda col. ¶ Quod amplia secundùm Felinum, vbi suprà, colum. 16. etiam si iudex expresit ordinariam potestatem. & Abbas ibi. quia sępe exprimitur causa demōstrandi personam. vt per ipsum. ¶ Amplia, & secundò secundùm eundem nedū si habet delegatam & ordinariam, sed etiam si habet solam delegatam alterantem, seu reuocātem ordinariam. vt ibi per Abbatem & latissimè per Felinum: quem vide.

SVMMARIVM.

1 *Iudices salariati de publico, vel literati nil debēt recipere prouidendo processum, aliàs puniuntur, quia priuantur officio, & cum quadruplo restituant recepta.*

2 *Priuationis pœna non debet poni, nisi in casibus à iure expressis.*

3 *Casus, in quibus quis priuatur officio.*

d Ley. d Quæ est lex. 16. ti. 15. lib. 2. in ord. Regali. Similis in l. 13. tit. 16. eo. lib. in dictis ordinatio. vbi iudices† prouidēdo pro
1 cessu nil debent recipere, si sunt literati, vel salariati de publico, aliàs puniūtur in amissione officij, & illud quod receperunt per se, vel per interpositam personam restituant cum quadruplo. ¶ Et hic est casus, in quo quis probatur officio. ¶ Et iudex syndicatus, vel alius iudex nō de
2 bet quē priuare† officio, nisi in casibus expressis à iure: quia regulariter non potest poni pœna priuationis à iudice, nisi exprese reperiatur imposita à iure. ista est glo. singula. in c. fi. de iure patrona. quam ibi Abb. dicit esse singula. & tenet Andr. Siculus Barb. in ca. 1. de offi. deleg. 16. col. vbi allegat aliā similem in. c. cum vos. de offi. ordin. & tex. in authen. de non eligendo. secundo nuben. §. cū igitur. versi. nec est lex. colla. 1. quem tex. magnificauit Bald. in authē. ex testamento. C. de secūdis nupt. col. fi. nu. 5. ver. modo iuxta prædicta. & tenet singulariter Alexā. in l. etiā. §. licet in dotalibus. ff. solut. matrimo. col. 2. nu. 7. & dicit, ꝙ est similis glo. in summa. 5. q. 8. & tenet hoc Alex. ibi. sequēdo Ino. contra Bal. ibi, qui tenuit contrarium, nō faciēdo mentionem de tex. in d. §. cùm igitur. dicendo, ꝙ inductio Bal. est multum a remotis, vt posui in c. 1. supra eodem in glo. *vsen bien del.* versi. sed potest remoueri. & istammet opinionem, ꝙ pœna priuationis non imponatur nisi inueniatur expressa in iure. tenet Io. de Ana. in cap. 1. de maledi. 1. col. Et Ias. in l. illam. C. de colla. col. 3. nu. 12. & idē tenet Iaso. in l. 1. nu. 12. & in l. si quis maior. nu. 8. C. de trāsact. & glos. in c. cùm nos. de offi. ordin. & Andre. Siculus. consi. 51. in primo vol. consi. col. 23. & est tex. in l. at si quis. §. diuus. ff. de religio. & sumpt. fune. in verbo, pœnam autem institutā. ¶ Alij quinq; casus,

so la pena de la ley[d] Ni reciba el ni sus officiales cōpromis

3 † in quibus quis potest remoueri, & priuari ab officio ponūtur. ab Amode. Iusti. in dict. tract. syndica. in parte, olim potestatem dictæ ciuitatis. ¶ Et primus est, si commisit furtum, vel barateriā. vt in l. iubemus. C. ad. l. Iulia. repet. ibi. administrāte eo. & notatur in l. 2. in prin. ff. de in ius vocan. & in l. fina. ff. ad l. Iuli. repet. & ita dicit fuisse obseruatum de facto in ciuitate Castelli in collaterali Ioan. de Firmio tūc potestatis qui per pecuniam, & barateriā, promiserat absoluere dominum Franciscū de Cannalibus, & etiam Florentiæ dicit Amod. Iusti. ꝙ fuit obseruatum contra dominum Franciscum de Taliazo tunc capitaneū pro barateria facta cū Hebræis, qui durāte officio fuerunt capti, torsi, & in carceribus mancipati, & puniti. Et tenet Ioa. de Plat. in l. iudices. C. de dignita. lib. 12. dicēdo, ꝙ officiales in officio cōmittentes furta, & baraterias, possunt officio & dignitate priuari, & degradari, & quoq; priuātur salario. per Bart. in l. 2. ff. de infami. & in tex. in l. iudices. C. de anno. & tribu. lib. 10. ¶ Secūdus casus est, propter aduersam, & longā corporis infirmitatē. ¶ Tertius casus, propter nimiam negligētiam. l. si quos iudices. C. de offi. præfecti orien. circa quod vide quæ posui in dict. cap. 1. in glo. *vsen bien del.* versi. sed potest remoueri. vide Pla. in l. quicunque. C. de diuersis officijs apparit. lib. 12. vbi idem tenet, ꝙ etiam propter culpam, & negligentiam ita potest condemnari officialis, & ab officio remoueri, sicut propter fraudem, & dolum, & priuatur salario. ¶ Quartus, si videat aliquos rixantes, & se non interposuit, quia debet ab officio remoueri. tenet Cyn. in l. si seruus. C. de noxalibus. * Et Bal. in l. 1. §. quies. in fin. ff. de offi. præfect. vrb. & in l. nullus. C. de summa. & fide. * ¶ Quintus, propter nimiā sæuitiā. l. 2. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. & vi. Bar. & notat Ange. in addi-

inadditio.quas fecit in tracta.Bal.in.l.obserua-re.§.proficisci.quæst.44.ff. de offic.procon.& lega.Et vide tex.in.l.vniuersi.C.vbi cauſ. fiscal. vel diui.vbi tenet quòd si præses in officijs vel in dignitatibus subditos vexat iniurijs, vel con tumelijs quæ affuit, quod est mortis pœna plectendus.quē commen.Montal.in.l.1.titu.4.libro.1.fori.in gloss.magna. num.4. colum. sed tu vid.Parid. de Puteo.in tracta. synd. in parte syndicanter officiales qui violentas. folio, 35. num.2.vbi dicit, quod imò talis iudex debet remoueri ab officio, & tenetur actione iniuriarū. & additio.Bart.in.l.diem functo.ff.de offi.asses so.in nume.4.& facit.l.partit.titul. 4.parti. 3.l. 3. ibi, *que sean de buena palabra.* & est lex.de iure regni Neapolita.libr.3.titulo.41.l.1.§. quod si aliter ipsos affixerint.*Et text.in.l.16.titu. 9. part.7.& Ideo si iudex infrà tempus appellandi, vel post appellationem mittit executioni sententiam in reum debet priuari officio: quia est seuerus vltra pœnam pecuniariam quam debet imponi.*¶ Sextus est, si non tenet integram familiam pro qua recepit stipendium. l. 1.&.3.in.5.colū. & in. l. in nomine Dñi. C. de officio præfe.præto. Afri. ¶Alium casum vide infrà in capitulo.43. qui est, quando iudex non punit concubinas clericorum in marca argentea, & in exilium anni. ¶Alium in iudice salariato.qui percipit assessorias.vt in.l.15.titulo.15.lib.2.ordinamen.regali. & in.l.13. titu. 16. eodem libro. ¶Alium vide in iudice, qui perciperet expensas, seu iura si ex diuisionibus bonorum, vt in pragmaticis *del aranzel.* * Sed ibi non dicit ꝙ priuetur officio sed illud quod percipit vltra sibi debitum soluat cū septenis: alius est quando iudex sine præcepto regis cō cedit hospitia, vt dixi suprà in. capitulo. 8.in. gloss.dineros.num.5.& an tabellio priuetur officio propter adulterium, vel homicidium : vi. Bald.in.l.quod ait prætor.§.miles.ff.de his qui notant.infami.*

S V M M A R I V M.

1 *Arbiter, vel arbitrator, non potest esse iudex. Vide hic late.*

2 *Per conuentionem possunt partes se obligare ad standum sententiæ iudicis.*

3 *Compromissum in iudice valet, quando iudex est incompetens.*

4 *Iudex iudicando vt arbiter, facit litem suam.*

c Compromissos. c Similis text. in. l. Sed & si seruum.§.Si quis iudex. ff. de arbitris.
1 vbi in iudicē † ordinariū illius loci nō potest cō promitti, etiā eo iubente. ¶Et ratio potest esse

sos c d̄ nīgunos pleytos q̄ ante ellos estuuierē pēdientes, ni del que pudiere cō-

propter dignitatem, quæ debet augeri, vtilitas, & honor vt in. l. Si longius. §. fi. ff. de iudi. Sed si iudex ordinari⁹, quæ est magna dignitas, cognosceret vt arbiter, esset descēdere, & nō ascēdere, & deduceret in vilipēdium dignitatem suā. ¶ Et quia iudex debet iudicare secūdū iura iusta, & si assumeretur in arbitrū, ab eius sentētia nō posset appellari qa eius sentētiæ est stādū, siue æquę, siue inique, & quia quotiēs adest remediū ordinarium non est recurrēdū ad extraordinariū. ¶Et quia arbiter, q recepit cō ꝓmissum in se, debet cogi pronūtiare per iudicē.vt in.l.3.§.Tametsi.ff.de arbitris.vnde si ipse iudex ordinarius efficeretur arbiter, quis posset ipsum cōpellere. ¶Et qa cū iudex efficitur arbiter, cognoscit de iure. & seruat solēnitates iuris, sicut si ꝓcederet tanquā iudex: vnde si omissa via iudicis procederet tāquā arbiter, videretur cōtemnere iurisdictionē suā. Has rationes ponit Lanfran.de Oria. in tracta.de arbitris.in parte hacten⁹. col.4.versic.3. quæro vtrū iudex ordinarius. ¶Glo.tamē in.c. cū tēpore.de arbitris tenet cōtrariū.& Abb.ibi nu.5.tenet cōcludēdo ꝙ tā de iure Canonico, quā de ciuili pōt in ordinariū cōpromitti, tamē ordinarius non pōt iubere, vt in se cōpromittatur.& in hoc casu intelligit. d. l. Sed & si seruū. §.Si quis iudex qui cōtrariū tenet. & idē tenet glos.in.c.infames.3.q.7.in verbo iudex. vbi est tex.similis.d.§.Si quis iudex, vbi quoq; glo.dicit ꝙ credit, ꝙ ordinarius possit esse arbiter. vt in.c.à iudicibus.2.q.6. quia nūquam precisè inuenitur, ꝙ ordinarius nō posset esse arbiter, sed vbiq; dicitur, ꝙ nō potest cogere partes, vt in se compromittant: vnde secundū.d.gl. licitè compromittitur in eū, volentibus patribus.vt in.l. 4.ff.de tuto.& cura.& illa gl.est plenior, ponēs rationē quare ordinarius prohibetur esse arbiter. ¶Sed secundum Abb.in.d.c.cū tēpore cōcludendo opiniones legistarum, & canonistarū sunt tres opiniones in hoc. ¶ Prima, vt non sit differentia inter ius ciuile, & canonicum: sed vtroq; iure potest ordinarius in se recipere compromissum, dūmodo in eū partes sponte cōpromittant.

12 net, quòd si cõitas †, habet loca pasturæ, & ecclesia mittat animalia ad ibi pascendum, ita tenetur soluere, sicut mere laici ita dicit, ꝙ tenet Abb.in consi.66.& vide Luca de Penna in.l.iubemus.C. de naui.nõ excusan.lib.11.colu.1.versi.hæc faciũt: vbi altercãdo pro vtraq; parte tenet, quòd princeps secularis põt statuere, quòd animalia clericorũ & ecclesiarũ à suis pascuis arceãtur vel etiã à pascuis priuatorũ, nec sumãt illa dominis inuitis, & quòd si inueniãtur in illis pascua sumẽtia soluant pœnã aliàs impunè possent offendi: vt ibi per eũ, & facit quòd tenet Bal.in.l.cõtra iuris.§.si filius.in fine.ff.de pactis.& ibi Ias.nu.11. quòd clericus qui vtitur statuto laicorũ nõ põt eo vti nisi, cũ oneribus prouenietibus ex eodem statuto, licet aliàs clericus nõ sit statuto laicorũ astrictus.*Et an statuta laicorũ clericos ligẽt, & eorũ cõsuetudines, vi.singulariter Henricũ in capi.quę in ecclesiarũ.de constitu.vbi tenet, quòd statutũ seu consuetudo laicorum onerosa & pręiudicialis ecclesiæ & clericis non ligat eos, secus si fauet eis, tamen si consuetudo laicorum seruatur generaliter inter clericos & laicos, bene ligat, licèt sit onerosa, & sic intelligit Henric. Innocen.in.c.cum dilectus.eo.tit.& est ratio, quia talis consuetudo per communem cõsensum tacitum omnium tam clericorum quàm laicorum est inducta: tamen incolæ, qui munera non subeunt tanquam aduenæ non includuntur in beneficijs quæ conceduntur ciuibus, quia nõ sunt pars illius corporis: tenet Bal.in auth. sed omnino.C.ne vxor.pro marit.nume.6.& Alexan.in additio.ad Bar.in.l.municipẽ.ff.ad municipal.* ¶Sed quid si per statutum prohibentur subditi
13 acquirere, an † comprehendantur acquirere volẽtes, ab ecclesia. Alex.in.d.§.diui.n. 13. tenet ꝙ sic allegãdo Federi.cõsi.35.incipiẽte, statuta.& Moder.in.d.c.fi.de imitatio.eccles.in.6. ¶Et in tantum statutum contra clericum seu contra li-
14 bertatem ecclesiasticam non valet, ꝙ etiam †, si sit statutum, ꝙ clerici teneantur ad aliquid faciẽdum, putà ad soluendas collectas, & si non fecerint teneantur eorum cõsanguinei ad aliquã pœnã. tale statutũ non valet quia dicitur esse cõtra libertatem ecclesiasticam, vt tenet Bald.in lectura antiqua.in.l.1.ff.de in ius vocã.vt eant aut satisdent, & ibi Ang. quos sequitur ibi Alex.nu.5. quia verisimile est, ꝙ clerici nollent suos consanguineos laqueari pœnis statutorum. per tex. in c.sciant cuncti. de cle.in.6.& idem tenet Bartol. in.l.1.ad fi.ff.de his qui pœnæ nomi. & in.l. hic pœnę.C.de agri.& censi.libr.10.& per Bald. in l.1.ad finem.C.de indicta vidu.tolle.& per eũdẽ in.l.1.C. de episcopis & cleric.in princip. & per alia iura vt ibi per eum, & idem tenet Paulus de Castro in.l.1.ff.de his qui pœnæ.nomi.caus.relinqui.numer.2.& in.l.hæres meus.§. quòd in fraudem.ff.de conditio.& demonstratio. & ibi Baldus. ¶Sed statutum factum in fauorem clerico-

rum

1 5rum vel ecclesiarum an potest reuocari † per statuentes Paulus de Castro in.l. si quis curialis. C. de episcopis, & clericis. numero quinto, tenet, quòd sic, dum non auferant clericis ius commune, quòd ab ipsis statuentibus non habent; sed Bartol. tenet contrarium, secundum eum. in l. priuilegia. C. de sacrosanctis ecclesijs. & pro eo dicit Paul. quòd facit, quòd notat Innocent. in capitulo. nouit. de iudic. super verbo, Theodosius, sed Cynus ibi in dicta. l. priuilegia. tenet cōtra Bartolum, & quæ opinio. Cyn. est tenenda. vt tenet Alexand. in. l. non amplius. ff. de legatis primo. numero quinto. vbi ponit alios Doctores eam tenentes, & sic tenet quòd potest reuocari licet Antonius Franciscus in additione. ad Alexandrum, tenet opinio. Bartol. in dicta. l. non amplius.

S V M M A R I V M.

1 *Quis potest statuta vetera emendare, reformare, & declarare per potestatem sibi concessam faciendi statuta.*

2 *Statutum emendatum non dicitur, nouum statutum sed vetus.*

3 *Declaratio trahitur retro ad tempus dispositionis factæ.*

4 *Lex noua declaratoria veteris, trahitur ad præterita negotia.*

5 *Qui declarat nil noui facit.*

6 *Ex scriptura declarata agitur, non ex declarante.*

7 *Declaratio plus se habet quam constitutio quia declaratio respicit præterita: constitutio, futura, & quando lex procedit interpretando porrigitur ad præterita.*

8 *Testis potest declarare dictum suum.*

9 *Declaratio appellationis interlocutoriæ sententiæ potest fieri sine scriptura.*

10 *Declarari potest libellus, etiam post litem contestatam.*

11 *Declarare potest iudex ex interuallo sententiam suam.* 1

12 *Declarare quis dicitur etiam si quis corrigat errorem suum.*

13 *Declaratio facta per Papam circa gratias factas per eum, an præiudicet alijs quibus erat ius quæsitum.*

b **Emendar.**

emendar b, y hazer de nueuo, las

b Nota tex. qui dat correctoribus facultatē tollendi statuta si non sunt bona nec rationabilia, & sic est correctori data potestas per istum tex. talia statuta reformandi, quia quando alicui est
1 concessum †, facere statuta poterit veterem emēdare, reformare, & declarare tenet Ang. in. l. iurisgētiū. §. adeò. authē. de pactis, versi. sequitur in text. & Alex. ibi, nu. 4. & 5. per tex. in. l. videamus. §. penul. ff. de in litem iura. & Pau. de Castr. C. de nouo. C. compo. num. 10. & Guiller. de Suza. in. l. prima. C. de emenda. C. insti. & Gandi. in tracta. malefi. in parte, de obserua. statu. in principio. ¶ Et tales electi ad emendanda statuta possunt addere, & detrahere siue demere, vt in dict. l. de nouo. C. cōpo. §. quibus. versi. adijcientes, & de nouo. C. cōfirman. §. sed si quando. * Sed pretores non sint faciles ad statuta vetera tollenda, & noua facienda: quia nouitates sine causa inducendæ non sunt, nisi euidens vtilitas appareat, vt in. l. in rebus. ff. de constitu. princi. quia reprehenduntur qui nouitates inducunt vt cap. quis nesciat, 11. distin. gloss. in capitul. cum consuetudinis. de consuetu. & tales mutationes periculosæ sicut docet Amphorismus secundū Ioan. Andr. ibi & facit. l. 37. titulo 34. part. 7. & est. l. fin. & vi. tex. & ibi Grego. Lopez in. l. 11. tit. 1. part. 1. vbi nō debet legislator facilis esse in mutando leges, imo debet potius pati aliquod inconueniens, & tolerare, dummodo nō sit magnum, quam leges mutare: quia ex hoc assuescunt homines: & circa hoc vi. tex. sin gu. in. l. 18. tit. 1. part. 1. quē nota ī materia ista. * ¶ Tale autem statutum emendatum nō dicitur
2 † nouum statutum sed vetus vt est cōmunis cōclusio Alberici. de Rosa. in prima parte statu. quæstione. 22. per textum in. l. hæredes palàm. §. sed si nota. ff. de testamen. quia emendans nō facit nouam speciem sed veterē excutit. l. adeò. cum quis. ff. de acquiren. rerum domi. ¶ Facit quòd tenet Paul. de Castr. in dicta. l. hæredes palàm. §. si quid. numero. 3. versi. Item nota, vbi ait, quòd declaratio † trahitur retro ad tē- 3
pus dispositionis factæ, allegando Ioann. Andre. in addition. ad Speculat. in titulo. de teste. §. nunc videndum. quòd adeo adhæret dispositioni, quod vnà cum ea videtur manasse.
¶ Et ex hoc multa sequuntur, scilicet, quod no-
4 ua † lex declaratiua veteris trahitur ad præterita negotia vt notant doctor. in. l. omnes populi. ff. de iustitia & iure.

¶ Et

¶Et quod declaratio trahatur retro, tenet Bald.
in l. cum testamento. C. de testamen. manumis.
in fine. & Abb. vbi latè per additio. in capitu. ex
parte de consuetudi. nu. 4. & Ias. in l. quod iussit.
5 ff. de re iudi. num. 3. & quia qui declarat † nil no-
ui facit, vt tenet Philippus Decius consilio. 423.
in fine. & facit, quod tenet Barto. & doctor. in l.
asse. ff. de hæredi. institu. vbi dicit, quòd agatur
6 † ex scriptura declarata non ex declarante. ¶Fa
cit quoq;, quod tenet Bald. in l. non dubium. C.
de legi. prima column. nume. 2. versic. tertiò no-
ta. allegando Ioan. Andre. in capitul. vlti. de ver
7 borum significatione. in. 6. nouella, ꝙ plus † se
habet declaratio, quàm constitutio: quia decla-
ratio respicit præterita, sed constitutio respicit
futura, & sic quòd quādo lex procedit interpre
tando seu declarando, porrigitur non solum ad
futura sed etiam ad præterita, secundùm eundē,
Baldum. ¶Item facit quòd testis potest declara
8 re † dictum suum, vt notat Bald. in l. in bonæ fi-
dei. C. de rebus credi. & in capitu. 1. §. si enim do
mino. colum. 3. quid sit inuestitura. in vsib. feu-
do. & Alexander in additio. ad Barto. in authen
ti. qui semel. cap. cum, & quando. & Abb. in ca.
ex tenore. de testi. & est glo. in ca. cum Ioannes.
de fide instru. in parte, postquam. & facit tex. in
l. 30. titul. 16. parti. 3. vbi per Montal. de intelle-
ctu. idem tenet Petrus de Ferra. in forma libelli
opposi. contra testes post publica. §. sunt publi-
catis. numer. 20. vbi ait, quòd quando testis ob-
scurè locutus est vel si non expressit causam sui
testimonij poterit iudex in eadem instantia, ite-
rum repeti ex iudicis officio ad sui informatio-
nem, sed non ad instantiam partis, & talis decla
ratio potest fieri absque nouo iuramento, & ab
sque noua citatione partis: quia iuramentum, &
citatio prius facta trahitur ad declarationē, quia
potest addere seu ponere, id quod omisit, quòd
etiam pertinet ad declarationē, quòd hodie de-
claratur tanquam tunc fuisset dictum prout te-
net Pau. de Cast. in d. l. hęredes palam. §. si quid.
nu. 4. & idem tenet Bald. in authen. hodie circa
principium. C. de iuram. calum. & tenet Hippo.
de Marsil. in repeti. l. de vno quoque. ff. de re iu-
dica. nume. 76. ¶Quòd est idem in appellatio-
ne ab interlocutoria, quia licet talis appellatio,
9 † non possit fieri nisi in scriptis vt in capit. 1. de
appellat. in. 6. poterit ex post facto aliquid de-
clarari circa ipsam sine scriptura, solo verbo, se-
cundum Paul. de Castr. vbi suprà. ¶Item potest
10 libellus declarari † post litem contestatam licet
non mutari. vt tenet Bal. in d. l. hæredes palam.
§. sed & si notant per glo. in. l. idem Pomponius
§. frumentum. §. fina. ff. de rei vendit. ¶Et idem
11 dicit, quòd iudex ex interuallo †, potest declara
re suam sententiam, quòd dicit esse verum quā-
do declaratur id, quod est aliquid saltem quoad
certitudinem legis, licet homini non sit certum,
secus si ad quod declaratur erat per se nullum,
ita quòd deficiebat ius, & probatio: quia ista de-
claratio non habet robur ab actu, ideò oportet,
quòd per se ipsum sit actus solennis. arg. in l. ac-
cusetur. ff. de adulte. vide quæ dixi in proœmio
in gl. *de ordenanças*. nu. 19. ¶ In tantum dicit Bal.
12 vbi suprà, quòd dicitur quis declarare †, etiam si
quis corrigat errorem suum, & non dicitur de
nouo facere, quòd dicit esse notandum. ¶Idem
13 dic in declarationibus, factis per papam †, quia
multotiens papa facit aliquas declarationes cir
ca gratias factas per eum, vtrum præiudicent a-
lijs, quibus erat ius quæsitum. & Paul. de Castro
in. d. l. hæredes palam. §. sed nunquid. nu. 4. dicit,
ꝙ arg. est, ꝙ sic quasi hoc declaratur à principio
fuisse dictum, quo casu non fuisset alteri ius quę
situm, quod dicit intelligendum de propria de-
claratione, quæ consistit circa aliquod verbum
dubium, sed interdum declaratio, consistit circa
id quod non erat dubium de iure, & tunc decla
ratio habet vim nouę dispositionis, & ideo non
valet quæsitum secundùm Paul. de Castr. ibi.

S V M M A R I V M.

1 *Permittitur hodie statuta facere nu. 8.*
2 *Anteaquam statuta fiant debet in concilio aren gari, & deliberari.*
3 *In statutis fiendis debet prætor esse præsens.*
4 *In statutis à populo fiendis eadem solennitas requiritur quæ in alijs eorum gestis, scilicet, quòd more solito conuocetur, & quòd simul coadunentur, & minus adsint duæ partes.*
5 *Decuriones, id est, rectores possunt hodie statuta facere.*
6 *Statuta facta per decuriones, an debeant publicari per præconem.*
7 *Statuta, à quo tempore ligent.*
9 *An solus potestas, potest statuta facere.*
10 *Iudex potest statuere salarium, pro aliquo malefactore capiendo vtilitate publica imminente.*
11 *Magistri grammaticæ, an possunt facere statuta, inter suos scholares.*
12 *Statuta facta per istos correctores sine concilio ciuitatis, an durent perpetuò.*

Populus

13 *Populus vel concilium ciuitatis, an poteſt ſtatuere ſine correctore, ſeu prætore, vel aliquid agere.*

14 *Excommunicati banniti, vel interdicti non poſſunt ſtatuta facere.*

15 *Statuta an debeant fieri, ſuper eo, quòd nullo iure diſpoſitum eſt.*

16 *Statuta contra ea quæ ſunt reſeruata principi non valent.*

17 *Statuta facta per ciuitatem, quòd à ſententijs ſuorum officialium non poſſit appellari, an valeant.*

18 *Caſus, qui non reperitur deciſus per noua ſtatuta, ſed per vetera, an debeat decidi ſecundum vetera vel per ius commune.*

19 *An per pœnam ſtatuti ſit ſublata pœna legis antiquæ.*

20 *Si ſtatuti via eligitur, quo pœna minor imponitur, an poſſit agi via communi, quæ imponit maiorem vel è contra.*

21 *An qui fecerunt ſtatuta conceſſione principis, poſſunt poſtea ea reuocare.*

22 *An pœnæ quæ imponuntur pecoribus, & alijs damnificantibus ſaltus & prædia aliena poſſint creſcere & augeri.*

c Las hara c, con acuerdo del regimiento mirando mucho en las que tocaren a la election de los officios, para que ſe

1 c Nota text. ꝙ hodie permittitur † facere ſtatuta qa ſecus erat de iure antiquo: quia talia ſtatuta non poterant fieri ſine ſcientia principis, vt tenet Bald. in titul. de pace conteſtati. colum. quarta. numero. 14. * Quia cum hodie ſingulæ ciuitates habeant ſua regimina, vt notatur in. l. fin. C. de longi tempo. præſcript. & Bald. in. l. illicitas. §. qui vniuerſas. ff. de offic. præſid. æquum eſt vt dicta ſtatuta poſsint cōdere. * ¶ Et anteaquam,
2 fiant corrector † in tali concilio, ſeu regimiento, debet proponere, quid placeat de ſtatutis fiē dis, & ſuper hoc arengetur, deliberetur, & reformetur, vt legitur quando leges fieri debent, vt in. l. humanum. C. de legib. & Inſtitu. de iniur. §. illud. & Inſtitu. de iure natura. gent. §. lex. & in §. Senatus. & ibi Angel. in fine. & in §. plebiſcitum. & in. §. conſtat autem. & ibi Angel. numero primo. ¶ Tamen ſi reperitur aliquod ſtatutum, & non apparet, quòd fuerit facta propoſitio in concilio vel populo, vel quis fuerit ille, qui propoſuit, valet ſtatutum, vt Bartol. in. l. vniuerſis. in fine. C. de preci. imperat. offeren. & in l. ſecunda. C. de decurionib. libro decimo. & tenet Angelus, & dicit eſſe notandum in dicto. §. conſtat. numero ſecundo. & tenet Paul. de Caſtro in. l. prima. ff. de conſtitutio. princip. ¶ Et in
3 iſtis ſtatutis fiēdis debet eſſe corrector †, vel poteſtas præſens, vt in iſto tex. aliter tale ſtatutum non valeret, vt in. l. prima. C. de ſeruis reipub. & tenet Gandi. in tract. maleſi. in parte de obſeruan. ſtatu. numer. 3. & infrà dicam. ¶ Et in iſtis ſtatutis à populo facien
4 dis eadem † ſolennitas requiritur, ſicut in alijs eorum geſtis, videlicet, quod more ſolito totus populus, vel concilium conuocetur. vt notat gloſſa in. l. ſecunda. C. de decurionib. libro decimo. & quòd ſimul coadunentur, nec ſufficit cōſenſus ſeparatus, vt in. l. maiorem. C. de pactis. & in capitulo. in Geneſi. de electioni. & quod ſint duæ partes ad minus, & quòd facta propoſita in dicto concilio, id quod à maiore parte duarum partium fuerit obtenta, ſiue vrbis, vel per tacitum conſenſum nutu, vel fabis: vt arguitur in. l. ſeruo inuicto. §. ſi pupillo. ff. ad Trebellianum. illud valet, & tenet, vt in. l. multi. cum glo. ff. quod cuiuſque vniuerſo nomi. ¶ Dummodo illa pars conſiliariorum, quæ non fuit præſens, non ſit expulſa de ciuitate per inuidiam: quia tunc licet ſtatuta facta à præſentibus ſeruarētur, inter eos, non tamen in præiudicium expulſorum, nec præſentes glorientur de ſua malignitate, vt in. l. itaque fullo. ff. de furtis, prout tenet dictus Angel. in dicto. §. ius ciuile. Inſtit. de iure natu. numero. 16. & in. §. Senatus. num. tertio. in fine. ¶ Sed hodie non totus populus, ſed
5 ſolum † decuriones, id eſt, Regidores, qui publicè ſono campanæ, vel voce præconia, vel die ſolita, loco, & more ſolito cōgregati ſunt, poſſunt facere iſta ſtatuta, vt in. l. ſi pupillus. §. decuriones. ff. de verborum ſignificatione. & probat dictus Gandi. in dicto titul. de obſeruan. ſtatu. in principio. ¶ Et talia ſtatuta facta per eos, debēt
6 † publicari per præconem, quòd eſt verum in ſtatutis vniuerſalibus, ſecus in ſtatuto particulari, in fauorem alicuius facto, vt tenent Bald. & Cyn. & Paul. de Caſtr. in. l. leges. C. de legi. nu. 2. & Ange. in dicto. §. ius ciuile. Inſtitu. de iure na-
7 tu. numer. 12. ¶ A quo autem tempore ligent † iſta ſtatuta, dic quod habentes notitiam ſtatuti, ſtatim,

ſtatim ligatur.vt in.l.fi.ff.de decurio.ab ordi.fa-
ci.ſi vero loquimur in ignorantibus,tunc ſi ſunt
ſtatuta præiudicium aſſerentia,ligant infra tem
pus,arbitrio iudicis diſcernendum,vt poſsit cō-
prehendi vtrum fuerit ille in ſuprema ignoran-
tia,vel non,ſi vero afferant vtilitatem ſtatim o-
perantur effectum vt tenet Ange.in.d.§.ius ciui
le.nume.11.vbi dicit.quòd Barto.in.l.prima.in
fine.C.de caducis tollen.dicit, quòd ſufficit pro
bare per teſtes,quod ſtatutum fuit publicatum.
argu.l.ea quidem.C.de accuſa. ¶Contra iſtum
8 text.videtur eſſe †: quia prætores ſiue præſides
prouinciarum,& poteſtates,& alij officiales ter
rarum nō poſſunt facere leges,quia poſt trāſla-
tionem imperij in principem non poſſunt præ
tores,etiam populi Romani legem vniuerſalem
facere,quia non poteſt populus Romanus,vt te
net Angel.de Areti.in.§.prætorum.Inſtitu.de
iure natura.gen.numero.3.& in.§.quod princi-
pi.nu.5.¶Sed hoc non eſt contra noſtrū text.
quia hic non datur facultas ciuitatibus, & villis
faciendi leges generales,ſed ſolùm ſtatuta parti
cularia,quo ad ipſam ciuitatem,& quoad cōmo
rantibus in ipſa,& in ſuo diſtrictu, & iuriſdictio
ne, quia tunc bene poſſunt iſta facere,vt in iſto
text.regio.& Bartol.in dict.l.omnes populi.ff.
de iuſti.& iur.gloſſ.& doct.in.l.prima.C.de po-
ſtuland.Barto.in.l.final.ff.de pœnis.& per Bal.
in dict.l.omnes.numero.2.vbi ait, quòd populi
poſſunt ſibi facere ſtatuta.l.Antiochenſium.ff.
de priuileg.credi.&.ff.de decret.ab ordi.faci.l.
fina.&.l.prohibere.§.planè.ff.de quo vi aut clā.
l.ſerui noſtri.C.de noxali.cap.1.de conſti.in.6.
¶Nam ſicut populus poteſt habere propriā cō
ſuetudinem.vt in.l.an in totum.ff.de ædifi.pri-
ua.&.l.de quibus.ff.de legibus.&.l.venditor.§.
conſtat.ff.communia prædio.à qua non eſt re-
cedendū:quia habet vim naturę vt in.l.1.§.deni
que.ff.de aqua pluui.arcen.ita poteſt facere ſta-
tutum & tenor, & ordo cōſuetudinis,& ſtatuti
non debet prætermitti.vt in.d.§.conſtat.& in.l.
certa forma.C.de iure fiſci.libr.10.& in.l.conſti
tutionibus.ff.ad municipal.quia ordo rei dici-
tur forma rei quæ non debet præuaricari.etiam
in actu fauorabili.vt in.l.qui Romæ.§.Fabius
Hermes.ff.de verb.obli.ſecundum Bald.vbi ſu
prà.& Anto.& Abb.in.c.quòd clericis.de foro
competen.¶Dummodo non ſtatuant in præiu
ditium culminis imperialis.vt tenet gloſ.in.l.9.
titul.5.lib.3.for.ll.in gloſſ.*por ſu*.in fin.¶Sed an
9 ſolus poteſtas,& ſic † correctior pōt facere ſtatu
ta.iſte tex.videtur dicere,ꝙ nō ſed debet ea face
re cum cōcilio ciuitatis,ibi,*las hara con acuerdo del
regimiento*.idem tenet Ang.in.d.§.ius ciuile.col.
2.numero.5.verſicul.aut iudices,vbi aſt,quòd ſi
iudices habent temporalem iuriſdictionem, vt
rectores terrarum, conuocato concilio ciuitatis
ſtatuta poſſunt facere.vt in dict.l.prima.ff.cuiuſ
que vniuer.nomi.ipſi vero ſoli nō poſſunt face-
re.vt in.l.pro grammatic.C.cōminatio vel epi-
ſtol.¶Sed hoc intellige de ſtatutis perpetuis,
ſed ſtatutis temporalibus,ideſt,quod durent to
to tempore ſuo ſpectantia ad exigentiam facto
rū, vt quod nullus portet arma, & ſimilia bene
poteſt ſolus ſine cōcilio ciuitatis facere, vt tenet
dictus Angel.vbi ſuprà per text.in.l.fina.C.de
officio præfe.vig.& Angel.magis latè in.l.1.ff.
quod quiſq; iuris. ¶Ad quod facit quod tenet
idem Angel.in.l.cum nauariorum.C.de nauicu
10 ola.libr.11.de iudice ſtatuente † imminēte publi-
ca vtilitate ſalarium pro aliquo malefactore ca-
piendo,de quo per Bartol.in.l.1.ff.de iuſtitia &
iur.numer.3.& ibi per Iaſ.numer.11.vbi ponit
plures limitationes.de quo vi.Bartol.in dicta.l.
nauariorum.& Ioan.de Pla.in.l.vnica.C.de præ
ben.ſala.lib.10.*Et vi.Iaſ.in.l.1.§.ſi tibi iudiciū.
numero.2.ff.de cōdi.ob turp.cauſam,vbi tenet,
quòd quis poteſt licitè mercedem accipere pro
indicando malefactorem,ſecus inquit, ſi quis in
uenerit rem alterius:nam non poteſt licitè pete
re quod ſibi aliquid detur pro inuentione: per
text.in.l.falſus.§.qui alienum.verſi.quid ergo ſi
pretium.ff.de furt.& ibi Bartol.quod dicit men
ti tenendum,quia ſæpè occurrit,pro labore: ta-
men inueniendi licitum eſt recipere præmium
arg.l.nobis honeſtè.§.ſed ſi nauis.ff.ad.l.Rodiā.
de iact.ſecundum.Iaſ.vbi ſuprà.& ibi Alber.ta-
men pro inuentione ſerui benè accipitur mer-
ces,vt in.l.7.titul.15.libr.4.fori.ll.& Peregrin.in
par.furtum.quæſtio.6.in gloſſ.duplicatum.vi.l.
13.tit.1.lib.9.fori iuzgui.vi.l.ſolet.ff.de præſcri.
verbis.* ¶Tamen ſi ſunt iudices de maioribus
magiſtratibus,vt de ſenatoribꝰ præfectis præto
rio,vel legatis apoſtolicæ ſedis, poſſunt ſtatuta
condere,vt in.l.non ambigitur.ff.de legibus,&
etiam ſi habent dignitatem perpetuam, vt om-
nes marquiōes,epiſcopi,& ſimiles perſonæ, poſ
ſunt facere dicta ſtatuta vt in capitulo.2.de ma-
io.& obedi.Angel.in.l.vectigalia.C.noua vecti
ga.impo.non poſſ.in.6.columna.in.3.quæſtio.
verſicul.Item dico de legatis.ſed in hoc vide di-
ſtinctionem Bald.relatam per Angelum vbi ſu
11 prà.¶Et adde,quòd magiſtri † grammaticæ in-
ter ſuos ſcholares poſſunt facere ſtatuta pœna-
lia, & correctoria, malorum.argumentum gloſ.
in.l.liberto.ff.de obſequijs liber.non autem poſ
ſunt imponere pecuniariam, cum ob mores nō
debeant fieri receptione pecuniæ.argumēt.in.l.
prima.

prima.§.taceat.C.de rei vxo.actione. secundùm Angel.in dict.§.ius ciuile, quòd facit cõtra istos lectores grammaticæ, quia qualibet hebdomada locãt regulam.¶Sed an ista statuta facta per
12 istos† correctores, sine concilio ciuitatis durent perpetuo, vide Gandi.in dict.tract.malefi.in dicta parte obseruan.statu.in principio, vbi videtur tenere, quòd si sunt facta communicato concilio sunt perpetua.per.l.si prætor. ff.de iudicijs. & per alia iura vt ibi per eum Bald. tamen in.d. l.omnes populi.3.colum.nume.7.versicu. edita vero, videtur sentire, quòd nõ sint perpetua, sed solùm durent quousq; durat suum officiũ: quia propriè non dicuntur statuta municipalia: quia non sunt proposita perpetuę iurisdictionis causa, sed prout res incidit vt in.l. si quis id quod. ff. de iurisdi.om.iudi. &.l.fin.ff.de pœnis. & ex his non oritur actio in factum, tanquam ex edicto prætoris, sed orit actio ex illo edicto si quis ius dicenti non obtempera. & ista dicunt bãna potius quàm statuta, quia habent vim sententię interlocutoriæ, & non vim legis, nec sententiæ diffinitiuæ. vt in dict.l.pro grãmatic.¶Et successor qui iurat seruare statuta, nõ videtur iurare seruare illa quæ finita sunt, & non sunt redigenda in libro statutorum, & quia si imponitur pœna venienti contra statuta loci, ista pœna nõ habet locum, quia non potest dici statutum, nisi ex commissione populi magistratus fecerit. vt in.l. prima.ff.quòd quisq; iur. ¶Et Bartol.in.l.imperator.ff.de pœnis, quæ est lex finalis, dicit, q̃ statuta sunt perpetua, sed Bartol. ibi loquitur quãdo statutum est factum à populo: quia tunc est ius ciuile, vel si est factum ab aliquo habente potestatem, vt ab episcopo vel legato, duce, marquione, non de statutis factis per potestatẽ vel correctorem sine concilio. vt Bart.in.d.l.omnes populi.nume.8.¶Sed actio descendens ex statuto an sit perpetua, dicit, quòd quando est factum à populo erit perpetua, sed si statutum sit ab aliquo præside (vt quotidie fieri videmus) tunc actio descendẽs ex eo si est pœnalis durat anno, videtur enim ius prætorium, quòd est factum à magistratibus, & sic Barto.cum Bal.concordat, & idem tenet ibi Alexander in additiõe. ad Bartol.de quo vide Bald.in.l.prima. C.de hæredita. Institu.& Angelum in dicto.§.ius ciuile. numero.decimotertio. ¶Vtrum populus vel conci-
13 lium ciuitatis † potest statuere sine prætore vel correctore, dic quod non, vt in principio istius glossæ dixi allegando Gandi. & in adiutorium eius facit, quòd populus non potest vnum minimum actum iurisdictionis exercere nisi interueniat magistratus, vnde nõ potest apud populũ aliquis emãcipari. vt. ff.de seruis reipub. ma.l.1. sed statuta cõdere est iurisdictionis: quia qui statuit ius dicit, imo facit, quòd plus est quam dicere ius vel reddere, vt in.l.1.ff. quod quisque iur. ¶Et quia est forma legis, quòd magistratus faciat propositam interrogationem, in cõcilio, vel parlamento populi, vt dictum est, & in.l.1.ff.de legi.in gloss. ¶Et quia præses ciuitatis debet ibi esse tanquam caput, & congregatio, & cõgregati sunt tanquam membra, vt Bal.in.l.actor à tutore. ff.rem ratam habe. & ideo secundùm eum ibi, in syndico, vel actore constituto ab vniuersitate requiritur decretũ potestatis seu præsidis: & idem tenet Barto.in.l.nulli.ff.quòd cuius vniuersi.nomi.numer.7.& melius Paul. numero.6. & Abb.in capitul.primo.de syndica. & Bald.ibi in rubrica.numero.3.& Specula.in titul.de actore ab vniuersita.in princip.vbi tenet quòd contra actorem vniuersitatis excipitur quòd est sine decreto iudicis constitutus, & per eũdem in titul.de syndico.numer.17.& Bald. singulariter in.l.filiusfamilias,§.veterani. ff. de procura. nume.3. & est communis opinio. vt additio. Abb. in dict.capitul.de syndica.num. 5.& vi.glo. in.l. 3.titul.10.libr.1.for.ll.in gloss.fin.in fine. aliàs si cõstituitur procurator, sine authoritate iudicis, vel forma non seruata, est nulla constitu. tenet Bart.& Plat.in.l.actuarios. C.de nu. actuarijs li. 12.licet contrarium teneat Bald.in ca.doceri.de rescriptis.nu.5.& in.c.significauit. de appellati. numero. 5. tamen si deficit potestas, bene potest creari talis procurator à decurionibus.tenet Bald.in.l.vbi absint.ff.de tutori.& curat.datis ab his.in fine. ¶Præterea omne quòd est necessarium ad ordinem rei, est necessarium ad esse rei, sed populus non debet vocari nisi per magistratum. vt in.l.obseruare.C.de decuri.lib.10. ¶Ad idem facit quia populus nõ potest disponere super magistratu, nisi confirmetur, à superiore vt in authen.defenso.ciui.§.in crimine.coll.3.ergo nõ põt disponere super iure redẽdo à magistratu quia cum magistratus sit superior populo rõne confirmationis superioris, ergo populus nõ potest imponere legem magistratui, quia inferior nõ potest imponere legem superiori. vt in l.prima.ff.de constitutio.princip. ¶Et quia clericus sine Episcopo non potest facere statuta, quia essent membra capite mutilato, ergo idem in populo. Populus enim debet subesse, non præesse cum magistratus sit eius princeps.l. spadonẽ.§.si ciuitatis.ff.de excusatio.tuto. ¶Quoque facit. Nullus populus videtur sani capitis: quia quantò maior numerus, tanto minor intellectus. vt in.l. si constat. de appella. &.ff.qui. & à qui.l.

à qui.l.si priuatorum.& in.l.totiens.ff.de pollicita. ¶Præterea populus Romanus, in quo erat omniũ populorũ vis, ac potestas, abdicauit à se imperium, ergo non remansit in membris, quia cum capite fortunas suas transtulit.l.fin.C.de legi.& in.l.qui ex liberis.§.1.ff.bonorum posse.secundùm tabul. ¶Pręterea. A quo remouetur genus, amouetur, & quælibet eius species.C.de trãsactio.l.si causa cognita. Sed à populo remouetur omnis iurisdictio statuẽdi.vnde dicit Innoc. in.c.cum accesissent.de cõstitu. quòd penes populũ iurisdictio nulla residet hodie. & ibi Compostella.tenet, quòd nulla vniuersitas põt facere cõstitutionem absq; magistratu. quæ opinio secundùm Bal.in.d.l.omnes populi.col.2.nu.3.seuerè & tenaciter seruãt in terris ecclesiæ, & ideo si tota prouincia faceret statutũ, non admitteretur, nisi esset approbatum. Sicut si castrum faceret statutum, non admitteretur nisi per communem ciuitatis approbaretur. ¶Sed Bal.vbi suprà videtur tenere, quòd non habeat locũ in ciuitatibus, quæ iura superioris habẽt: vnde ciuitates habentes fiscũ, possunt facere pœnalia statuta, qa de iure suo licitum est eis statuere, sed nõ in alienum saltem mittere.l.si constiterit.C.fin. regundo.cum similib. ¶Ideo Bal.dicit de iure cõi esse distinguendum, vt ibi per eum in, d.l.oẽs.col.2. versi.& ideò. ¶Sed quicquid dicat Bal.& distinguat, tu tene istum text, & sic, quòd populus solus sine potestate, seu correctore non potest statuere, nec talia statuta facere. ¶Vide tu Ang.in d.l.omnes populi.in fine.vbi in hoc casu vult dicere, quòd aut loquimur in populo, qui regitur per magistratus suos, & à se creatos, & tunc potest facere statuta sine authoritate illorum magistratuum, & ita dicit, quòd potest intelligi.d.l. Antiochensium.ff. de priuileg.credi. & idem tenet Paul.de Castro.ibi.num.6.quem vide. Aut loquimur de magistratibus creatis à principe, vel ab alio superiore, vt rege, & tunc si populus vult facere statuta circa id, quod tangit ius fiscale, putà circa maleficia puniend a, & non potest sine authoritate superioris. Aut volunt statuere de eo, quòd tangit ipsos, & possunt. Quæ distinctio Angel.certè mihi videtur. ¶Aduerte tamẽ, quòd isti qui possunt facere statuta, debẽt ea fa-
14 cere, nisi sunt † excõmunicati, vel interdicti, vel banniti.vt in capit.aduersus.de immunit. ecclesia.§.quia verò.quod dicit Ange.in dict.§.ius ciuile.nu. 5.esse notandum quia non possunt facere.& si scienter faciunt causa occupandi iurisdictionem, incidunt in pœnam.l. Iuliæ maiesta. vt in.l.3.in fin.ff.ad legem Iul.maiesta.quod no-
15 ta. ¶Et talia statuta debent fieri † super eo, quod nullo iure dispositum est.vt in.l.de quibus.ff.de legib.aliàs si statutum fit super eo, quod est dispositum à iure, non valet, maximè si ius ciuile habet clausulam derogatoriam, quia in contrarium non potest statui. vt in authenti. nauigia. C.de furtis.& in authentic.omnes peregrini. C. communia.de success. vid. tu Paul.de Castro in d.l.omnes populi.nu.4. vbi tenet, quòd populus habet facultatem condendi statuta, & talia statuta valent, etiam si sint cõtraria iuri scripto: non propter potestatem condentium, sed propter licentiam datam ab ipso iure scripto. quod dictum Paul. mihi est notandum. & sua opinio comprobatur per istum tex. ibi, *y las hara*. & sic datur potestas à iure scripto, dum tamen nõ tendant in superioris præiudicium, secundùm Paulum vbi suprà. ¶Item si statuant contra ea quæ
16 sunt principi reseruata †, non valet statutum. vt super tributis, & muneribus pertinentibus ad fiscum, vt Angel.in dict.l.omnes populi.versicul. quintò oppono.vel super legitimatione spuriorum, & super venia ætatis à erogatione, & similibus: vt notatur in capit.2.de maiori.& obediẽ. Aliàs valent statuta, dummodo non sint contra bonos mores: vt in rubric. C. de decretis decuri. libr. 10.quia lex debet esse sancta.l.3.ff. de legi. quia sic potest fieri per pactum.vt Bar. in dict.l. omnes populi.& in.l.non impossibile. ff.de pactis.gloss.& Bar.in.l.nec ex prætorio. ff. de reg. iuris. ¶Ex quo infertur, q̃ si ciuitas recognoscit
17 † superiorem, non potest statuere, quòd à sentẽtijs suorum officialium nõ possit appellari, quia tolleret ius superioris, aliàs posset illud statuere. vt in.l.secunda.§.exactis.ff.de origi.iuris. iuncta l.prima.§.1.ff.quis, & à quo appella.fit.vt notat Barto.in dict.l. omnes populi. & in.l.final.ff.de aqua pluui.arcen.in principio. & Bald.in.l.fi.§.final.ff.de tempori.appella. Ange.in.l. prima.§. si quis in appellatione.ff.de appella.& Ange.in dicto.§.ius ciuile.numer.7.& idem tenet Angel. in.d.l.omnes populi.vers.quintò oppono. Sed ibi dicit quòd si popul⁹ vult q̃ causa appellationis nõ deuoluatur ad principem, citet gradatim tot iudices, quot numerus iudicum includat talem numerum appellationum, quòd non liceat vltra appellare vt. C.vt non liceat tertio prouoca.l.prima.& dicit, quòd ista cautela est notabilis de iure ciuili, sed de iure canonico est magis dubia. Attamen distinguendũ dicit. Aut est tale ius, quòd potest derogari per pactum, & possit derogari per statutum. Aut non potest per pactum, tunc nec per statutum.vt in rubrica.de decurioni.C.lib.10.Sed dicit, quòd ista regula negatiuè non est vera, & sic quòd non possunt statuere

tuere, quòd appellatio nō interponatur, sed affirmatiuè sic, & sic quod posit statuere, quòd possint appellari. vt ibi per Angel. ¶ Sed quid si per istos rectores sunt facta noua statuta & redacta in nouo volumine, nec ibi continebatur, quòd vetera essent abolita: accidit quod vnus
18 casus,† qui nō reperiebatur decisus per noua statuta, sed per vetera sic, & aliter quā dispone ret ius commune, dubitatur, an debeat decidise cundum vetera statuta, an secundùm ius commune? Dic quòd debet decidi secūdum vetera statuta, quia nō fuerunt expresse sublata. ita tenet Paul. de Castro in.l.1.C. de iusti. C. confirmant. numero.4. Et hanc decisionem Paul. dicit notabil. Alexan. in additio. ad Bart. in.l. final. ff. de fals. ¶ An per pœnā statuti facti per
19 villam, seu ciuitatem, sit sublata pœna† legis antiquæ? Videtur quòd non: cùm in electione iudicis sit imponere pœnam iuris communis, aut statuti: quoniam per legem nouam statutariā non intelligitur sublata pœna.l. antiquæ, imo vtraq; pœna durat. vt est casus in.l. in eum. ff. de furtis. & in.l. quotiens. ff. de actio. & obliga. & notat Bart. in.l. senatus in principio. ff. de accusa. & tenet Ang. de Aret. in tracta malefi. in parte, & ibi caput à spatul. versicu. quid autem. numer.3. & ibi Augustinus. in additione, num.9. vbi tenet quod ita communiter doctores tenēt per.l. qui sepulchra. C. de sepul. viol. & ibi Cy. quoq; tenet, quod ista sit communis opinio. & istammet opinionem tenet Oldraldus in consilio.94. colum.4. & Bald. in consilio.220. in.3. volumine incipiente, in causa domini Miliani. 6. colum versi. quidam. vbi relata opinione sua subdito, quòd alij dicunt, quod vni legi per aliā non videtur derogari, cum correctio sit euitanda. vt in.d.l. quotiens. de actio. & obliga. & Bar. in.l. prima. ff. vi bonorum rapto. Tamen si fieret executio vnius pœnæ, cessaret alia, nisi esset inuenta ad supplemētum primæ: quia delictum, quod nō est plene purgatum, debet purgari. vt in capit. at si clerici. de iudicijs. &.l.2.C. de sport. vt tenet Bernardi. de Landria. in additio. ad Angel. in tracta. maleficiorum. vbi suprà ¶ Quod Angel. intelligit verum; vbi suprà, nisi ex aliquibus coniecturis appareat, quòd per impositionem nouæ pœnæ per statutū, vel reformationem sit recessum à pœna antiqua. Idē tenet Abb. in.c. de causis. de offi. delega. & ibi mo der. & Bart. in.d.l.1. ff vi bono. rapto. ¶ Sed contra Bar. & Cyn. tenet Ioann. Andre. & Bal. in.l. data opera. C. qui accusa. non pos. & Petrus de Anchar. in capi. maiores. de Baptis. Imò quòd per pœnā statutariam videtur recessum à pœna iuris communis, & factus est iudex, qui pœnam iuris communis imponeret, quia potestas iurauit seruare statuta. Et hac opinionē dicit Augusti. de Arimi. in addi. ad. d. Ang. in tract. malefi. vbi suprà, ꝙ sibi magis placet maximè per dictū Bal. in.l.2.C. de rebus credi. in fin. vbi per tex. in.l. qui cum vos. §. qui post. ff. de re milita. dixit, quòd vbi per statutum minuitur pœna, videtur recessum ab alia pœna capitali, hoc est maiori. quinimo hoc voluit Bald. in.l. final. C. de ædificijs priua. vbi tenet quòd vbi per.l. antiquam imponitur pœna grauis, & per.l. nouam imponitur pœna minor, per istam minorem intelligitur derogatum, & recessum à maiori. ¶ Alberi. de Rosa. istam.q. examinat, in prima parte statu. quest.8. vbi latè allegat omnia quæ possunt allegari pro vtraq; parte, & concludit, quòd totus mundus obseruat, quòd per pœnā statuti sit derogatū pœnę iuris cōmunis vt ibi in fine tenet. & Hippolytus de Marsi. in sua practi. crimi. §. quęritur. in principio. vsq; in fine per decem colum. hāc examinat quæstionem, & ibi in nume.5. &.6. tenet, quòd opinio Alberici vbi suprà, est communis, & est tenēda tanquam æqua, & sic, quòd per pœnā statuti derogatur pœna iuris communis, quicquid dixerit Bartol. in.d.l. prima. ff. vi bonorum rapto. Et hanc opi. Alberic. tenet Salyc. in.d.l. qui sepulchra. colum.2. versi. quæro tunc secundò. vsq; in fine. vbi eam tenet per quinq; fundamenta satis singularia, & dicit, quod opi Bar. in.d.l. prima, & sequacium, videtur sibi periculosa pro assessoribus, & præsidibus, & cum hac videtur. ibi tenere Cy. versi. secundò allegatur. in additione. in quantum dicit, & ita tenent nostri doctores, & videtur expressum in.l. qui cum vno. §. qui post, versicu. nam exequi. ff. de re milita. & istam opi. tenet Alex. in additio. ad Barto in d.l.1. ff. vi bono. rapto. in addi.2. Et retēta ista opinione pro comuni, vt dictum est. ¶ Dic eā limitari nisi ipsa lex esset iustior, & æquior statuto, quoniam isto casu, non est credēdum, nec tenendum, ꝙ talis lex sit sublata per dictum statutum. vt tenet dictus Hippolyl. de Marsi. in.d. practi. crimi. §. quæritur. nume.7. quod dicit esse nouum, & notādum, ad quod dicit videndū Ias. in.l. Gallus. §. quidam rectè. vlti. column. in fine. ff. de liberis, & posthum. ¶ Quoq; dictus Hippo. vbi suprà. num.9. intelligit dictam communem opin. quando statutū posterius tollēs primum, faciat specialem mētionem primi statuti, cum clausula derogatoria dicti primi statuti, alias pœna iuris communis nō esset sublata, nec primum statutū per posterius, sine tali clausula,

sula,ad quod allegat ipse plura iura, quæ per te vide,tamen ipse in numero.16.tenet,quòd sufficit generalis derogatio absq; eo,ꝙ ad speciem deueniatur,per iura.vt ibi per eum. & vi.Bald. in.l.si quis ab alio.ff.de calumnia,vbi ait ꝙ licet lex noua nouam imponat pœnā,nisi sit clausula derogatoria aliarum legum,non intelligitur sublatus alius modus agēdi.Quod dicit esse notandum pro statutis imponētibus diuersas pœnas à iure communi.vt dicit notare Cyn.in.d.l. qui sepulchra.Sed tu tene supradictā opi.commune.

20 ¶Sed nūquid si eligitur via† statuti,quo pœna minor imponitur,possit agi via communi,quæ imponit maiorem,vel econtra si maior esset pœna statuti,quod videtur.vt.in.l.2.ff.vi bono.rapto.& in.d.l.cùm ex vno.Sed cōtrariū videtur.vt in.l.senatus.ff.de accusationibus, & in.l.1.quod senatus.ff.de iniurijs.¶Sed dictę leges secundùm Cynn.in.d.l.qui sepulchra. non obstant quia verum est,quotiēs sunt plures vię agendi,quod vna peracta,agitur alia in quantū plus est quando vtraq; competit ad interesse, sed si vtraq; ad vindictam, tunc secus.vt notatur in.d.l.quod senatus. & dicit Cyn.quod ista opinio tenet Ioann.de Rauē. vbicunq; crimen punitur diuersis legibus sub eadem cōsideratione.de quo ibi per Salyce.qui tenet cū dño.Cy.

¶An isti,qui dicta statuta fecerūt concessione principis,per istum tex.an postquam fecerūt,
21 possunt postea† ea reuocare? Videtur quod nō,quia intelligeretur de primo actu,vt in.l.bones.§.hoc sermone.ff.de verbo. significatio.

¶Cōtrariū est verū secundùm Bal. in tit.de pace cōtestan.in vsi.feudo.in.6.column.num.21. per tex.in argumen.in.l.omnium.C.de testa.& quod notatur in capi.non potest.de pręben. in 6.in nouella.Et ex his apparet secundùm Bal. vbi suprà.quòd statuta potius accedunt vltimę voluntati,quàm contractui. vt notatur in cap. cunctis.de cōcessi.præben.in.6.& per Cyn. in l.fi.§.1.C.communia.de leg.&idem,quod possunt reuocare tenet Bar.in.l.omnium. C.de testamen.Et istud tene,licet Bal.ibi teneat cōtrarium,dicendo,quòd eadem solenuitas requiritur in destruendo,quæ in constituendo.arg.in l.si vt proponis.C.de nuptijs.quia cum opinione Bartol.transit Fulg.Salyc.&Paul.de Castro ibi.Et pro hoc allegat Paul. dictum Ioan.And. in nouella.in capit.1.de his quæ fiunt à maior. part.capitul.vbi ait,quòd si canonici iurant seruare statuta,intelligitur quousq; durabunt, & possunt statuta reuocare,nec sunt periuri. cùm de natura ipsorum sit,quòd reuocari possunt sicut testamentum.*Et ibi Abb.nu.7. vbi possunt contrauenire collegialiter tollendo dicta statuta.*de quo per Bar.in.d.l.omnes populi. de iusti.& iur.12.colum.nu.33.& est tex.in.c. cùm accessissent.de constitutio. & pro opinione Barto.& sequacium est tex.in.l.44.de Toro.& tenet Ang.singulariter.in.l.Paulus.la primera,ff.de re iudi.in fine.vbi ait, quòd ab statuto populi confirmato per principem recedi potest per ipsos statuentes. quod dicit esse menti tenendum.¶Abba.tamen in dicto capit. cùm accessisset.nume.2.dicit, quòd solent Bartol. & Bal.concordare,vt opi.Bart.procedat, quando statutū concernit principale fauorē statuētium, quia tunc confirmatio habet vim cuiusdam priuilegij cui possunt statuētes vt priuilegio renuntiare.vt in capitulo. cùm illorum. de præben.Et dictum Bald. procedat, quando statutum concernit fauorem aliorum,vel bonum publicum,ita quòd non merè ipsos statuentes: quia ex quo superior cōfirmat, videtur dispositionem suam facere:quia omnia nostra facimus quibus authoritatem impartimur. vt in capit. apostolicæ. de præbē.in.6.l.prima. circa medium.C.de veter. iu. enuclean. & inferior non potest legem superioris tollere. vt in Clementina Romani.de electio.Andre.Sicul.Barb.in.d. capitu.cum venissent colum.10.per.6.colum. istam quæstio.examinat, & dicit,ꝙ Iesus Christus reuelet nobis veritatem huius hęsitationis: & ponit quam plurimas opiniones doctorum: & intellectus.Attamen in.12.columna.ver. & in quātum vult tenere cum distinctione Abb. supra relata,sed dicit,quòd debet restringi,& limitari veram.si per illam reuocationem reducantse ad terminos iuris communis.vt probat. d.tex.in.d.capitul.cùm accessissent. & hoc voluit.Bar.vbi supra.& facit ad hoc. c.pro illorū de præben.& capitulo.dilecto. eodem titulo. vbi vi.Abb.numer.17. &.19.& est ponderāda dict.l.omnium,quæ loquitur secundùm Barb. vbi suprà.eo.casu. quòd quis poterat testari sine principe,& etiā respicit cōmodum ipsius testantis,& dicitur,ꝙ sine principe pōt reuocare Et sic est ibi casus formalis secundùm Barb.vbi suprà pro dicto Abb.quòd vbicunq; statutum, & confirmatio eius tendunt ad vtilitatem statuentium, possunt statuentes reuocare. Et per consequens cum reuerentia Bar.nō bene loquitur,inquantum assumit doctrinam ita largā ex isto text.dicendo,quòd statuentes passim possunt reuocare statuta confirmata à superiore, Quia ille text.loquitur,quādo actus, & eius cōfirmatio cōcernebat vtilitatem ipsius disponētis,nec de hoc doctores animaduerterūt. Et ita dicit

dicit Barbat. vidisse doctores Perusinos. in. d. l. omnium. ponderantes illum tex. contra Bart. & dicit, quòd ista cōcordia Abba. quam dictus Abb. sibi attribuit. fuit Ang. in dict. l, omnium de quo per dictum Andre. Sicul. Barba. vbi suprà. ¶Et licet sit verum, quòd statuentes possunt reuocare, vt dictum est, fallit, si in cōfirmatione princeps opponat clausulam decreti decernentis irritum, quia tunc non est licitum inferiori contrauenire. glossa. est. & ibi Abba. numer. 14. in. cap. dilecto. de præbē. ¶Sed quid si omnes de concilio iurauerunt seruare statuta, an possunt pro bono publico reuocare sine metu periurij? Dic quòd sic: quia iuramentum intelligitur, dum statuta fuerint statuta. Si tamen iurassent non reuocare, tunc bene essent periuri nisi habita esset consyderatio statuti tā quam à causa finali, quia tunc defectus causæ finalis excusat à periurio. tenet Montal. in. l. prima titul. 7. libro. 1. for. ll. in gloss. iuren. Et de ista materia vide Alberi. in. 1. part. statu. quæst. 16. ✳ Et adde quod pœnæ quæ imponuntur pecoribus, & alijs damnificantibus saltus & prędia aliena, possunt cresci & augeri si pœnæ non sunt sufficientes, seu si qualitas temporis exigit. text. est, & ibi Grego. Lopez. in. l. 3. in fin. titul. 26. partit. 2. & singulariter Petrus Antiboli. in tracta. de muneribus. in. 3. parte. §. 4. nume. 197. & 199. cum seq. tomo. 6. tracta. fol. 48. & vi. Bal. in. l. & si seuerior. C. de his qui notantur infami. ✳

SVMMARIVM.

1 *Electio officialium ad concilium ciuitatis spectat.*

2 *Electio debet fieri de magis idoneo.*

3 *Electio debet statim notificari electo.*

4 *Appellari potest à nominatione.*

5 *Si appellationis causa est pronuntiatum, quòd quis acceptet officium, eo nolente aceptare, debet alius loco eius subrogari, & illi subrogato dare bona renuentis possidenda, & vsufructuāda. Et quoque potest poni in carceribus & in bāno, & indici multa.*

6 *Si pro contumace iusso gerere magistratum compareat alius, & vult onus officij subire pro ipso, non est admittendus.*

7 *Appellatione durante à nominatione si est collega in officio, an ipse in solidum officium exercet.*

8 *Quid in pluribus executoribus, & fidei commissarijs, an si vnus se excuset, alter totum officium adimpleat.*

9 *A tutela, & cura non debet quis appellare, sed se excusare.*

Excusationi isti debet dari curator liti, aliàs sententia excusationis est nulla.

10 *Nominans indebite aliquem, sciens eum habere excusationem, tenetur ei ad omnes sumptus litis.*

11 *Eligere an potest officiales solus magistratus, & quid si est electus, & non acceptat officium, an iterato ciuitas potest eligere, & quid si electores non se concordant.*

12 *Confirmatio officialium debet fieri per principem.*

d 1 Elijan. d Idem est de iure cōmuni, qā ad concilium ciuitatis † spectat facere electionem officialium, & syndicorum. vt tenet Bart. in. l. 2. C. de decurio. libro. 10. in fine. & text. in. l. Itē eorum. §. si decuriones. ff. quod cuius vniuersi. nomi. & . l. sed si ex dolo. §. 1. ff. de dolo. & ibi glossa. Platea. in rubrica. de decurio. & in. l. 2. eiusd. vt numero. 3. & Lucas de Penn. in princip. vbi ait, quod is ergò, qui præest ciuitati facere, seu curare debet vt cum imminet officialium electio, aut aliqua munera, ipsi decuriones solenniter ad curiam euocentur, & electio per eos, vel nominatio fiat. Idem tenet Petrus Antiboli. in tracta. de muneri. in. 3. parte, §. 4. numer. 206. quem vide tomo. 6. tracta. folio. 48. ✳. Et facit. l. 8. titul. 1. libro. 7. ordi. & intellige si talia officia iurisdictionem non habent: quia de lege partitarum electio seu prouisio iudicum ordinariorum ciuitatum & villarum regni solum ad principem spectat & non ad vniuersitates, nec ad concilia ciuitatum: tenet Grego. Lopez. in. l. 7. tit. 18 part. 3. & hoc nisi habeant ex priuilegio, vel cō suetudine, vt dixi suprà. in. c. 1. in. gl. 1. ✳ ¶Talis
2 enī electio debet † fieri de magis idoneo vt Inno. in. c. cū olim. de testibus. nu. 2. tamē si fiat de digno, nō vitiatur, licet potuerit fieri de digniori. gl. & Bar. in. l. cum quidam. ff. de lega. 2. Et vi. Plat. in. l. 1. C. de agricolis, & mancipijs domini, & fiscali. li. 11. vbi ait, quòd electio ad honores & munera ciuitatis debet fieri de ordinibus decurionum, & de alijs florentibus viris ciuitatis: nec est descendendum ad infimos, nisi in subsidium, quo casu etiam minus idonei eliguntur.

vt ibi per eum. Et sic debet intelligi quod dicit Plat.in.l.per Illiricum.C.de cohartali.libro.12. vbi ait, quòd sectantes immania, & illicita lucra non sunt ad officia eligendi, & idem tenet ipse Plat.in.l.si cohartalis.eiusdem titul.dicendo, q artifices, & negotiatores, & a liæ viles perso- clijan justamēte dy næ nō possunt assumere officia prouinciæ, nec alias dignitates*. Et facit quod tenet Ludo.Roma.in repe.l.si vero. §. de viro. ff. soluto matri. colum.pe.vbi affirmat, quòd iura facientia aliqua personarum genera non idonea ad officia, vel dignitates, vel concedētia alicui genera personarum, immunitatem à prædictis non extendi ad casum quo inest necessitas, vt quia alij idonei reperiri non possunt, tunc enim ad eos recursus haberi potest. vid.l.ex generaliter. §. spurios.ff.de decurio. & vi.l.spurij. & ibi.gl.1.ff.eo. & in.l.non tātum. & idem dic de œconomo ecclesiæ quia debet esse clericus, sed si non reperitur idoneus, potest esse laicus. tenet Abb. & docto.in.c.2.de iudi. Grego. Lopez in.l.61.titu.5. part.1.in gl.legos.in fin. & facit.l.3.tit.12.part. 1. & facit.l.3.tit.13.part.2. & .l.13.tit.15.par.1. & vi.Greg.Lopez in.l.25.titu.7.par.1. & Bart. singulariter in.l.1.ff.d̄ excusa.tuto.num.2. vbi dicit quòd ꝑpter penuriam personarum nobilis interdum ad ignobilium obsequia coarctantur, & sic è cōtra ignobiles & infames ad dignitatum obsequia propter penuriam personarū admittūtur: quod nota.* ¶Talis electio debet

3 statim † notificari electo, & si est absens, per publicum nuntium. vt Bartol. & Plat.in.d.l.2.nu. 4. quia anteaquam sibi notificetur, non currit tempus appellandi à tali nominatione. vt tenet Bald. & Angel.in.l.1.C.de tempori. appellat. & talis denuntiatio debet ei fieri personaliter vel ad domū. vt in.l.scire oportet. §. oportet. el primero.ff.de excusa.tuto. Quia citatio, & notificatio solenniter facta ad domum alicuius, præsumitur ad eius notitiā deuenire. vt in.l. vt perfectius.in verb.domicilium.C.d̄ annali. excep. & in.l.1.§.1.vbi est bonus tex.d̄ hoc. & ibi Bar. ff.de liber.agendis, & agnoscen. ¶Et ab ista no-

4 minatione † de aliquo ad munus publicum authoritate, & vtilitate pōt appellari. vt in.d.l.2. C.de decur. & in.l.si.ad scribarū. & in.l. hic qui. C.de appel. & est text.similis in.l.8.titu.23.partita.3. Et hec appellatio ad nominatione, debet terminari, infrà duos menses. vt in.l.1.C.de tempori.appell. & Pla.in.d.l.2. & ibi glossa. & idem tenet Ioann.de Plat.in.l.generali. C. de decuri. lib.10.in fine. ¶Et si appellatione ista pendēte aliquod damnum vniuersitati eueniret, ex eo quòd non acceptauit officium, per appellantē debet resarciri, si iudex appellationis pronuntiat male appellatum à tali nominatione. Sed si pronuntiat bene appellatum, electores debent de suo reipublicæ resarcire. vt tenet.d.l.parti. & Ang.in.l.si imperatores. §. si magistratus.ff.de appel.vbi est simil.tex. ¶Sed postquam in causa appellationis est pronuntiatum quòd accep-

5 tet officium, † eo nolente acceptare, debet alius loco eius subrogari, & illi subrogato dari bona recusantis possidenda, & vsufructuanda, donec durat. Et iste contumax quandocunq; fuerit repertus, cogitur iteratò ipsum gerere magistratū duplicato tempore, quo prius erat ipse gestur⁹. vt est text. & ibi Bartol. Plat. & Lucas de Penn. in.l.si ad magistrū.C.de decur.libr.10. & tenet Ludouicus Roma.in singula.185. ¶Et quoque dicit Bald. in.l. præsens. C. de suspecti. tuto. q illi qui nolūt acceptare officia communia, quæ sunt onerosa possunt poni in carceribus, & in bāno. Et Ang.de Aretio.in.l.prima.§. si quis tutor.ff.quādo appel.fit.col.1. & Bal.in.l.3.C. de excusa.tuto. & ibi gl. & in.l.imperatores.§.1.ff. de appel. & .d.Petr. Antiboli in.d.tract.de muneribus.in.3.parte.§.4.nu. 81.tomo. 6.tractat. fol.42. ¶Sed an in casu huius legis poterit huic electo indici multa, vt propterea magistratum gerere compellatur. Quod non videtur, cū contenti esse debeamus pœnis legalibus cōprehensis.l.si compulsus.§.si diuortio.ff.de verb. obliga. ¶Sed contrarium est secundū Lucā de Pen. in dict.l.si magistratum, prima colū. vt latè ibi per eum. ¶Et in tantum, quòd si pro tali con-

6 tumace iusso gerere magistratum compareat † alius, & vult hoc onus officij subire pro ipso, q non est admittendus. vt.l. Sthicum Titio.§. vlti.ff.de statu liber.cum concordantis.per.d.Lucam de Pen.in.d.l.si ad magistratum.3.colum. versicul. Item pone. vbi hoc singulariter appro-

7 bat. ¶Sed si est collega in officio, durante † appellatione ab ista nominatione, ipse collega in solidum officiū exercere debet: & si ambo nolunt acceptare, in locum amborum appellātiū aliquis debet subrogari, donec causa appellationis terminetur, secundùm Angel.in.d.l.si imperatores.§.si magistratus.ff.de appella. ¶Quod ibi dicit idem dicendum est in pluribus fideicō-

8 missarijs, & † executoribus testamēti, vt si vnus se excusat, alter totum officium debet complere: & si omnes se excusant, & periculum sit in mora, diœcesanus eorū loco executioni tradere poterit omnia in testamento relicta, quod idem tenet Alexand. in additio. ad Bartol. in l.pri-

l.prima.§.si plures.ff.de exercito.actione.in additione,quæ incipit,distingue.& est tex. in capitul.2.§.fanè.de testamen.in.6.¶Sed suprà dictu

9 an habeant locum,quando quis appellat † à tutela,vel cura? Dic quòd non:quia in istis non debet appellari,sed debet quis se excusare infrà quinquaginta dies:& si eius excusatio reijcitur tũc à tali sententia reiectionis excusationis poterit appellari.vt in. §.qui autem.Institu.de excusa.tuto.& est tex.in dict.l.8.titul.23.&.l.fi. titul.10.part.6.Et ratio istius potest esse secũdũ Ioannem de Plat.in.d.l.2.C.de decurio. l.10. quia nominatio non fit cum deliberatione cõsilij, sicut illa,quæ fit à concilio ciuitatis, secundum Cy. in.d.l.hic qui.C.de appellatio.¶Nota tamen vnum circa excusationem tutelæ in practica,quam pauci sciunt: quia intra obseruationem temporum,de quibus.n. l.scire oportet.ff. de excusa.tutor.& §.qui autem.Institu.eodem. volens se excusare,faciat dare à iudice curatorẽ hunc liti pupilli,vel adulti,& cum illo curatore litiget, ita quòd illo curatore defendente causam pupilli,vel adulti,feratur sententia excusationis:aliàs si contra fieret sententia excusationis esset nulla ipso iure,tanquàm lata cõtra pupillum,vel adultum indefensum. ita tenet Matesila singul.136.& vide Ang. in dict.§.qui autẽ.nu.2.& glo.in.l.1.c.si tutor,vel cura.fals.allegan.excusa.in glos.2.¶In proposito adde vnũ

10 notandum,quod ille qui indebite † aliquẽ nominauit,sciẽs eum habere excusationem, si causa eum vexãdi,vel ex odio nominat, tenetur ei ad omnes sumptus litis,quos ille nominatus faciet in causa appellationis se excusando,eius iuramento,& iudicis taxatione declarandos, ne eius temeritas,& calũnia transeat impunita. vt tenet Ioan.de Plat.in dict.l.secunda.C.de decurio.in fine.per iura. vt ibi per eum. ¶In tantum isti officiales debent eligi per concilium ciuita-

11 tis,quòd,si solus magistratus,† & sic corrector vel prætor vellet eos eligere solus, sua electio non valet.vt in.l.nominationes.C. de appella. nisi decuriones hoc ei commiserint. vt tenet Lucas de Penna.in dict.l.secũda de decurio. in fine.per text.in.l.Item eorum.§. si decuriones. ff.quod cuius.vniuersita.nomi. Vnde secũdum eum primi reges Romanorum,videlicet Romulus,& Numma Pompilius binos quæstores habuerunt,consensu,& electione populi,non eorum voce creatos.vt in.l.prima.in principio.ff. de officio quæsto. * Tamen si electores nõ concordant in electione venit ad iudicem, vel prætorem:tenet Alberi. de Rosa.in.l.in venditione.§.si quis fructus. ff. de bonis autho. iudi. possi.nume.3.per.l.vltim.C.de iudi.&.l.1.§.notandum.ff.de ventre inspicien.facit tex. in.ca. nec pro defectu de electio.& vi Bar.in.d.l.in vẽditionem.§.si vnus.*¶Sed quid si ciuitas eligat potestatem ciuitatis,seu alium officialem,& ille electus non consentit,an ciuitas potest iteratò eligere? Dic quòd sic: quia iste text. videtur cogitare de effectu.& tenet Bald.in capitu.causamq; de electione.numer.11.per.l.hæc cõditio.in principio.ff.de cõdi.& demonstra.& per.l.qui per salutem. ff.de

12 iure iuran.¶Et licet † electio spectet ad decuriones,tamen confirmatio officialium debet fieri per literam approbatoriam principis. tenet Platea.in.nullus.C.de cohartali. principibus. libro.12.

sin parcialidad [e], y ansi mismo a las q̃ conciernen al bien comun [f]: ansi que

SVMMARIVM.

1 *Eligendus non est quis ad clamorem populi.*

e **Sin parcialidad.** e In tãtum, q̃ si talis electio fiat cum illa partialitate,vel rumore populi,nõ valet.vt Baldus. in lege omnẽ. C.ad Tertul.in fine.& glo.in cap. secundo.de electione.

1 in prima glossa.vbi ad clamorem † populi nullus est eligẽdus:quia sæpe,aut gratia hoc faciũt, aut pretium inde recipiunt.ca.si ergo.8.quæst. prima,quia populus sequendus nõ est, sed docendus.62.distinctio.capit.docendus.& ca. miramur.61.distinctio.& vanæ voces populi nõ sunt audiendæ.vt in lege decurionum filij.C. de pœnis.& arg.in lege.si constat.ff.de appellatio.& vide quæ dixi supra in capit. quarto in gl. pro ruego.in fine.

f **Bien comun.** f In hoc statuẽtes debent attẽdere:quia vt inquit Baldus in tractat.statutorũ. in parte,authoritas.versiculo secũdo. referẽdo Cynn.magistratibus videtur concessa authoritas statuendi,si ad bonum publicum, & publicam quietem statuant, vt quia statuunt, quòd quilibet vadat in exercitium, vel quòd nullus vadat de nocte sub certa pœna,& valet tale statutum.vt in lege pro gramma.C.commina.vel. epistolæ.

epistolæ. Sed ad singulorum vtilitatem nõ pos sunt statuere. vt Baldus in lege prima. ff. de officio eius, cui mandata est iuris. prout tenet Baldus vbi suprà.

S V M M A R I V M.

1 *Labor non debet esse vacuus à mercede, & non debet defraudari: quia labor corporis, est maior quolibet pretio.*

2 *Populus potest statuere circa pretium laboris, attenta ratione victualium.*

3 *Laboratoribus debet solui pretium sui laboris in ipsa nocte, quando veniunt ex labore, nisi sint pauperes, quia tunc debent aliquid ex principio habere, vt poßint laborare.*

4 *Conducens operas alicuius, vtrum intelligatur sumptu locantis, aut sumptu conductoris iudex agricolas vagos debet mittere ad agrorum culturam.*

5 *An conducens operarium, teneatur ad instrumenta ad operandum.*

6 *Scriptor, qui promisit scribere librum, tenetur scribere de suo atramento.*

7 *Operarius in opere rumpens aliquod instrumentum ferreum conducentis, non tenetur.*

8 *Quid si frangit rem, in qua operatur.*

9 *Conducens laboratorem ad laborandum, an potest alij delegare.*

10 *Operarius an potest seruire & operare per substitutum.*

11 *Opus debet fieri de die & non de nocte.*

12 *Operarios plures mittens in vineam suam, & postea mittens vnum, cui promisit sibi dare quãtum vnus de alijs habet, an debeat dare quãtum ille qui minus habet.*

13 *Laborator conductus pro mercede quam alij conducti sunt, debet habere minorem, non maiorem.*

14 *Laboratores conducti ad laborandum in aliena possessione, an puniantur, vide hic fallentias.*

15 *Laboratores conducti ad laborandum, si condemnantur, an possunt agere contra conducentes.*

16 *Locans operas suas duobus quis erit potior.*

g1 Menestrales. en los menestrales g, y otros officiales vsen de sus officios bien y fielmente, y sin fraude alguno, como en que la tierra sea bien bastecida de carne, y pescados y otros mantenimientos a razona-

g Quia labor † nõ debet esse vacuus mercede. vt Specul. in procemi. sui operis. versi. hoc ergo, & non debet fraudari. vt in. l. pe. §. illo C. de necessarijs seruis. Bal. in. l. præcipimus. C. de impube. & ali. substi. col. 4. quia labor corporis etiã minimus, est maior quolibet pretio. vt in. l. seruorũ. ff. de pœnis. & Bart. in. l. 1. C. de senten. quæ pro eo interest.* Et hoc verbum menestrales ponit. in. l. 5. titu. 20. part. 2.* ¶ Et ideo cõdita est lex. 2. ti. 5. lib.
2 7. in ord. reg. vbi habet q populus † faciat circa istos operarios statuta circa sui laboris pretiũ, attẽta ratione pretij victualium. Et est text. singu.
3 & quoque dicit. d. l. 1. q isti laboratores in † ipsa nocte, quando veniunt ex labore debet sibi solui pretium sui laboris, nisi alia die sequ. voluerit quoq; cum conductore laborare, quia in isto die debet solui. ¶ Tamen si sunt pauperes laboratores, qui alimenta ex diurno labore percipiunt, debent aliquid habere in principio, vt posint laborare: quia verba debent intelligi secundum qualitatem personarum. ita tenet Mõtal. in. l. 3. tit. 20. *de las deudas.* for. ll. libr. 3. in gloss. *a plazo.* Quod est notandum ad intellectum. d. l. 2. ordinamenti. & idem dicit Bald. in. l. 2. C. locati. vbi tenet, q laboratores de mane, debent aliquid habere, vt posint laborare, quinimo contrahere potest cum istis soldaderis, & stipendiarijs, putà pecuniam eis mutuando ante tempus solutionis stipendij, vt tenet Plat. in. l. iubemus per hanc. C. de erogati. milita. lib. 12. nu. 2. ¶ Sed
4 quid si aliquis conduxit operas † alicuius, vtrũ intelligatur sumptu locantis, aut sumptu conductoris. tex. in. l. 1. in. d. tit. 5. lib. 7. in ordi. regali. dicit, q sumptu locantis, in quantum dicit, *con todas sus herramientas y con su mantenimiento salgan a la plaça los que se ouieren de alquilar.* Sed quicquid dicat ista lex, tenerem in hoc, quod tenet Bart. in. l. si non sortem. §. libertus. ff. de condi. indebiti. num. 32. vbi dicit, q in hoc inspiciẽda est consuetudo

tudo regionum, quæ cõsueuit esse in coductio ne talium, & illa est seruanda, quia sic actum videtur. vt in. l. excepto. & ibi notata. C. loca. & in l. domini prædiorum. C. de agri. & censi. lib. 10. & in. l. quid si nollet. §. qui asidua. ff. de ædilitio edicto. & in. l. si prius. §. 1. ff. de aqua pluui. arcend. & tenet Bal. in. l. liberti. C. de operis liberto. co. 3. num. 11. ¶ Sed ista cõsuetudine cessante, tunc ille alimentabitur de pecunia sibi debita pro mercede cum in dubio intelligatur facere suo victu. secundum Bar. vbi suprà. Ad quod dicit, ꝙ facit, quod notatur in. l. 2. C. locati. & in l. si verò non remunerãdi. §. quinto. ff. mandati & in. l. suo victu. ff. de operis libert. vbi melius probatur, quia sicut ibi facit propter remunerationem, ita hic propter mercedem. Et ita credo esse intelligendum. d. l. 1. ordinamẽ. s. ꝙ de suo teneatur facere victũ, & afferre ferramenta, quãdo consuetudo non est in contrarium, quia tũc dispositio illius. l. est seruanda, licet gl. in. l. quoniã liberi. C. de testi. in. gl. fi. teneat contrarium dicendo, ꝙ laboratores debent ali: quod est verum, quando cõsuetudo ita se habet, vel ita fuit cõuentum inter partes: vel gratis laborãt, quia tunc debentur eis alimenta. vt Bar. Bal. Ang. & Sali. in. d. l. quoniam liberi. ¶ Sed quid in dubio quando non fuit inter partes conuentum? Dic ꝙ in dubio semper intelligitur contractus initus secundum cõsuetudinem loci. gl. in. l. quinta. §. in commissoria. ff. de lege cõmisso. & Bar. in. l. magistratus. ff. ad municipal. vt tenet Ias. in d. l. si non fortem. §. libertus. nu. 28. ¶ Sed quid si aliquis promitteret operas suas remunerationis seruitij ante habiti? Bar. in. d. §. libertus. dicit ꝙ est adhibẽda distinctio. Aut promittens erat inops, vt dixit in liberto, de quo ibi per eum. Si vero promissio operarum fieret ex mera liberalitate. non causa mercedis; nec causa remunerationis: tunc intelligerentur promitti sumptu eius, cui debetur. vt in. l. rebus. §. possunt. ff. commodati. secundùm Bar. vbi suprà. *Et tene, ꝙ iudex ex officio suo debet agricolas vagos mittere ad agrorum culturam: vt in. l. 2. titu. 14. lib. 8 ord. & Greg. Lopez. in. l. 4. tit. 20. par. 2. *¶ Sed
5 quid si conduxi operarium certa † mercede ad operandum, an ego cõducens tenear ad instrumenta? Dic ꝙ non, sed operarij debent portare omnia instrumẽta: & si non habent, debent cogi ad emendum. prout tenet Imol. in. l. stipulationes commodissimę. ff. de verb. obliga. & tex. in. d. l. 1. ord. regali. & tenet Bal. in. l. 1. C. de ver. signifi. nu. 2. gl. & Bal. ibi in fine in. d. l. quoniã liberi. & glo. in. l. 2. §. fi. ff. ad. l. Rhodi. de iactu. vbi est. tex. & tenet Ias. in. d. §. libertus. nu. 31. & 32. & idem tenet Ang. in. d. l. stipulationes commodissimæ, vbi ait, omnes operarios teneri portare omnia instrumẽta ad operandum necessa
6 ria. Et idem dicit de scriptore, † qui promisit scribere librum, tenetur scribere de atramento suo, & cum calamo suo, & tenetur etiam scribere de die, & nõ de nocte. ¶ Sed hoc quoq; intelligo, nisi aliud sit actum inter partes. vel consuetudo sit in contrarium per supradicta. ¶ Sed qd
7 si operarius in opere rumpit † aliquod instrumẽtum ferreum, an conducẽs teneatur? Dic ꝙ nõ, vt est tex. in. l. 2. §. si conseruatis. ff. ad. l. Rhodi de iactu. & gl. in. d. l. quoniam liberi. & ibi Bal. & est gl. fi. & tenet Ias. in. d. §. libertus. nu. 30. & 31. & Bal. in. d. l. 1. nu. 2. C. de verbo. signi. ¶ Sed
8 quid autem si frangatur † res, in qua operatur? Vide text. in. l. cum quæritur. §. si gẽma. ff. locati. ¶ An qui conduxit laboratorem ad laborandum, potest alij delegare. Ias. in. d. §. libertus. nu 16. per tex. ibi tenet ꝙ non: quia operæ officiales non possunt alij delegari. per tex. in. l. 4. ff. de nouatio. Et ratio est secundum eum, quia cohęrent personæ, vt in. l. operæ in rerum. ff. de operi. liberto. ergo delegati non possunt: vt in. l. vnica. §. nec autem. C. de caducis tollẽ. Hinc est secundum eum, ꝙ si conduxisti seruum, vt tibi seruiat per annum in domum, nõ potest alij delegari. & si talis delegatio fiat, liberatur delegãs ope exceptionis, vt Bar. in. l. 4. ff. de nouatio. secundùm Ias. vbi supra tamẽ operæ fabriles possunt alteri delegari, quia tales operæ personæ cohęrẽt. secũdùm Iaso. vbi suprà. nume. 18. *vide de hoc per Pereg. in parte locatio. q. 6. in. gl. secundum laboris colum. 2. ver. conduxisti: & ibi etiam, an ille qui debet præstare operas vno tempore si vult præstare in alio, an possit vi. gl. in. l. cum quidam. ff. locati, & ibi. Bar. * ¶ Sed an
10 operarius põt operare, † & seruire per substitutum? dic ꝙ nõ vt tenet Ang. in. d. l. stipulationes commodissimæ. vbi ait, ꝙ scriptor non potest mandare discipulo suo, ꝙ scribat. Quod dicit esse idẽ in omnibus alijs operarijs. quod nota. vi. latè per Ioann. de Pla. in. l. nullus qui. C.
11 de decurio. li. 10. nu. 3. Et tale opus † debet fieri de die, cum melius fiat quàm de nocte: & melius per magistrum, quam per discipulum, secũdùm eundem Angel. ¶ In proposito nota vnũ quod tenet Paul. de Cast. in. l. si ita relictum. ff.
12 de legatis. 2. ꝙ si aliquis misit † in vineam suã plures operarios, & postea misit vnum & promisit sibi dare quantum vnus de alijs habet, ꝙ debet habere quantum ille, qui minus habet. Sed hoc non habet locum in contractu, in quo verba non debẽt intelligi secundũ mẽtem pro

ferentis tantū.l.in veteribus.ff.de pactis.& in.l. in vēditione.in fine.ff.coia prædiorum.Ideò dicit Paul.vbi suprà,ꝙ remittitur arbitrio boni viri secundū merita personę,vt habeat tantū,quātum alius,qui tantundem fecit,vel non plus,& quia labor est remunerādus pro rata. vt Speculator in tit.de deposit.§.7.versic.Sed pene pro
13 curator.¶Laborator verò † cōductus pro mercede,quaalij conducti sunt,debet habere minorem,non maiorem,si vnus maiorem,alter minorem habeat,secundùm Dy.singula. in.l.qui cōcubinam.§.primo.ff.de lega. tertio. ¶Adde in
14 ista materia,ꝙ si laboratores † cōducti ad laborādum laborant in aliena possessione,excusantur.vt tenet Bar.in.l.in rem.§.tignum. ff. de rei vendica.vbi est glo.¶Et facit,quia in talib⁹ cōsueuerunt operari,& locare operas suas.vt.in.l. item apud labeonem.§.si quis astrologus.ff.de iniurijs,& habito respectu ad artem suam,dederunt operam rei licitæ.¶Conductor tamen nō excusatur,quia debuit scire fines, & terminos rei suæ, nec debet errare in facto suo. vt in.l.si constituerit.C.finium regundo.&.l.fina.ff.pro suo.& tenet Bal.in consi.129. libro tertio. vbi quoque dicit,maximè quando isti laboratores operarū manualium sunt rustici, quia rusticitati parcitur,præterquam in iure naturali.vt in.l. venia.C.de in ius vocā.& credere autem bono viro eos conducenti,cum quilibet presumatur bonus,est contra ius naturale. vt notatur in.l. Titio.ff.de cōdi.& demōstratio. & facit quod notatur in.l.quicunq;.§.penul.C.de seruis fugitiuis,vbi contractus licitus excusat errātem & quia lex dicit:scientia, nō ignorantia volumus obligari.vt.C.de tabularijs.l.generali.& quoq; tenet Gandi.in tracta.malefi.in parte,de pœnis reorum.num.3.& idem Bal.in consilio.264. in dicto libro.3.¶Quod intellige, quando istis laboratoribus nulla fuerit facta inhibitio,seu protestatio,aliàs tenebuntur domino ad interesse. per id quod notat Bar.in.l.de pupillo.§. nuntiatio.ff.de noui ope.nuntia.& ita limitat Imola. ibi in dicta.l.de pupillo.§.si quis fortè. & Iason. ibi in.§.nuntiationem.nu.7.& fuit limitatio Saly.in lege non ideo minus.C.de accusa.& Bart. in authen. qua in prouincia. C. vbi de cri.agi. opor.& in lege non solum.§.si mādato.ff.de iniurijs.in secunda colu.& Baldus.in dicta.l.non ideò minus,prima col.Saly.ibi in prima quæstione.¶Sed hāc limitationem dicit falsam Augusti.de Ari.in additione.ad Angel.in tractatu malefi.in parte,& Sempronium Rodolphi.nu.14.vbi plura in contrarium ponit,& in fine approbat opinionem Specula.in tit.de emptione & venditione.§.nūc dicendum.versi.fi.s. quòd si aliqua adminicula cōcurrebant cum denuntiatione protestantis,erat ei credendum, & cui fit protestatio, constituitur in mala fide.vt ibi per eum.Et vide tu Alex.in dicta lege de pupillo.§.nuntiationem.nume. 12. vbi hoc altercat, & dicit,quòd quando denūtiatio fit reintegra.i.antea quam isti operarij locēt operas suas,sed si est facta postquam locauerūt operas suas,talis denuntiatio non prodest,nec isti operarij cōstituuntur in mala fide vt puniātur.¶Quoque intellige,quando laboratores non sunt consanguinei,nec vicini:quia si sunt vicini,vel consanguinei non excusantur si accusantur, tanquā scientes facta vicini,&laborauerunt in fundum qui non erat suus.vt in lege si ita.ff.de fundo instru.& in lege prima.§.primo.ff.de fulmi. & nota in lege secunda.C.quando fiscus vel priuatio vt tenet Baldus.in dicto consi. 129. in secunda columna.& tenet additio Barto.in lege prima. ff.si cert.peta.in additione, quæ est in tertia columna in num decimoquinto, in parte, vicin⁹. ¶Item excusantur si isti laboratores,seu magistri erant bonę fidei, quia nō puniuntur.vt tenet Paulus de Castro in lege refectionis.ff.communia prædio.in fine. ¶Sed si isti laboratores veniunt ad laborandum cum armis,non excusantur,vt Baldus in.§.si quis in suo solo.Instituta de rerū diuisione,prout tenet dictus Augustinus de Arimino ad Angelum de Maleficijs. vbi suprà,quem vide.¶Et idem est,si isti operarij excesserunt fines mandati immittendo falcem in messem alienā, dominus non tenetur, qui non mandauit,nec ratum habuit. vt in.capitul.cum ad sedem.de resti.spolia.prout tenet ad literam Bal.in.d.consi.129.in lib.3.¶Adde quoq; quòd si isti laboratores condemnantur,
15 † poterunt agere actione iniuriarum contra cōducentem,& ad damnum. vt est glo. & ibi Bal. in.l.qui sepulchra.in principio.C.de sepul.viola.sed hoc intelligo quando isti laboratores cōducebantur ad faciendum opus illicitum, quo casu meritò puniuntur, & si essent ignorantes, quia tunc haberent regressum contra dominū, qui eos conduxit.vt tenet Ias.in.d.l.de pupillo. §.nuntiationem.nume.7.respondendo ad tex. qui multum stringit in.l.2.§.fi.in verbo,& ministerio functi sunt.ff.de termino amot.Et istum tex.ponderauit cōtra dictam glo.in.d.§. tignū. Albericus de Rosa.in.l.si quis id quod.ff.de iuri.om.iudi.Et idem tenet Alex.in.d.§. enuntiationem.num.13.vbi tenet,quòd isti tales cōducentes laboratores ad faciendum opus illicitū ipsis operarijs hoc ignorantibus possunt conueniri

niri ab operarijs actione iniuriarũ, per quã consequi poterunt damnum suum, si quod patiantur per dictum Bal. in d. l. qui sepulchra. vbi ad hoc subtiliter ponderat illum tex. in vers. viuos
16 polunt. ¶ Adde, quod si vnus † locauit operas suas duobus, vel promisit duobus laborare agrum, vel scribere librum, licet obligatio sit sine hypotheca, tamen qui prior est tempore, potior est in iure, & ad id potest cogi per capturam personæ, vt notatur de scriptore. ff. de noui ope. nuntia. l. stipulatio. §. fine: prout tenet Bald. in capitul. quemadmodum de iureiuran. numer. 7. * ¶ Tene quòd si ciuitas indiget artificibus potest compellere aliquos vt discant illud artificium & exerceant pro vtilitate publica: tenet Grego. Lopez. in d. l. 5. titulo. 20. part. 2. in glo. menestrales. *

SVMMARIVM.

1 *Victualia vt iusto pretio vendantur, spectat ad præfectum vrbis. nu. 4.*
2 *Sicut pater tenetur alere filium, ita potestas tenetur procurare alimenta ciuitati.*
3 *Statutum quod victualia non vendantur iusto pretio, non valet.*
5 *Pretium vestimentorum per iudicem potest taxari mercatoribus.*
6 *Hospitia possunt per iudicem taxari.*
7 *Quis cogitur vendere res competentes ad victum.*
8 *Hospitator, qui incipit esse, cogitur recipere hospites, & officium adimplere.*
9 *Tempore famis, vel carestiæ, licet quis non exposuerit res ad vendendum, cogitur vendere iusto pretio, ne pauperes pereant soluendo eis statim pretium. Et si pauperes non habent vnde soluãt, de publico pretium solui debet.*
10 *Vendere quis cogitur tempore necessitatis, quando quis habet vltra suam indigentiam, & vltra quam sibi sint necessaria.*
11 *Quæ non sunt ad victualia, non cogitur quis vẽdere.*
12 *An cogatur quis vendere victualia tempore carestiæ viliori pretio.*
13 *Tempore carestiæ non habens panem, potest auferre ab habenti impunè.*
14 *Tempore necessitatis omnia sunt communia.*
15 *Furans panem tempore necessitatis, non punitur.*
16 *Ad vendendum victualia omnes debent compelli tempore carestiæ, & vnus solus compelli nõ debet.*
17 *Quis potest compelli ad vendendum victualia iusto pretio, si non est carestia.*
18 *Venduntur victualia tempore carestiæ viliori pretio pauperibus, sed diuitibus iusto pretio.*
19 *Pauper potest agere contra diuitem, vt ei subueniat tempore carestiæ.*
20 *Ad vendendum possunt compelli venire rustici ad ciuitatem victualia. Et obligati ad macellandum certam quantitatem carnium, superueniente publica necessitate in populo, cogi possunt, vt maiorem quantitatem macellent, & ita de similibus.*
21 *Notarius publicus potest compelli ad acceptandum rogationes.*
22 *Pretium iustum, quando dicatur.*
23 *Iudex, vel habens curam fori, potest statuere, quod nullus emat in foro vltra duo sextaria grani, vt commodius omnes habere poßint, & sic quod vltra indigentiam quis non emat.*
24 *Ne carius vendantur res transeuntibus, quam in mercato venduntur, nec militibus: & officialibus plus quam venduntur priuatis, iudex prouidere debet. Et quoque debet prouidere vt rustici, qui compelluntur venire ad vendendum, non vendant minutim, sed progresso, vel per substitutum, vt subito reuertantur.*
25 *Efferens in foro pro frumento plus debito, vt alius carius emat, vel vendat, vel promittit plus debito punitur.*
26 *Quod non emant reuenditores victualia vsque ad certam horam, potest iudex iubere.*
27 *Iudex debet esse diligens, maximè contra vendentes carnes morbosas, & contra ementes, & vendentes cum ponderibus, aut mensuris falsis, seu non iustis.*
28 *Si de pretio ponendo frumento esset ratiocinatum in concilio ciuitatis: quia nimis carè ven-*

re vendebatur, & vnus ex consiliarijs anteaquam hoc fieret, totum suum frumentum vendidit caro pretio, postea ordinatione facta emptor potest agere contra venditorem, & venditionem rescindere tanquam factam in fraudem legis futuræ. Quod habet locum non solum in consiliario, verumetiam in magno mercatore, sciente hoc esse ordinatum in concilio ciuitatis.

29 *Alienando rem, super qua dubitat sibi moueri quæstionem, præsumitur dolus ex parte vendentis.*

30 *Victualia potest iudex statuere, & iubere quod non vendantur.*

31 *Granum seu triticum habens, respublica potest cogere ciues ad emendum, & ab ista emptione nemo excusatur.*

32 *Ad emendum granum eminente necessitate quilibet compellitur ire, etiam ad partes remotas, nec aliquis prætextu priuilegij excusatur. Et ad hoc possunt accipi animalia singulorum, pretio soluto.*

33 *Ad emendum granum, & alias res tempore necessitatis, pecunia inducitur singulis pro modo facultatum pro vniuerso populo sustentando, & ecclesia quoque ad hoc tenetur.*

34 *Frumentum habentes, possunt cogi mittere illud ad vendendum in foro publico, tempore necessitatis, & ab hoc nemo excusatur, etiam si sit ecclesia.*

35 *Subditi possunt vrgeri ad deputandum eorum nemora, aut molendina, seu alia vsui publico, ob necessitatem recepta competenti mercede.*

36 *Frumentum quod non possit vendi forensibus sub certa pœna, an ciuitas possit statuere.*

37 *Emptor an perdat pretium rei emptæ vel perdat triticum emptum, quando emit contra deuentum.*

38 *Ciuitas, quæ vendit frumentum contra statutum, an incidat in pœnam.*

39 *Minui non potest quantitas deputata ad emptionem frumenti, nec in alios vsus conuerti.*

h A razonables precios h, y que las calles y carreras, y carnicerias

h Similis tex.in.l.1.§.cura carnis.ff.de officio præfe.vrb.vbi dicit, vt victualia † iusto pretio vendantur, spectat ad præfectum vrbis, & sic q pretium in victualibus debet taxari, secũdum Bald.ibi & per Cyn.in.l.1.C.de episc. audi. & Bald.in.l.imperatores.ff.ad.l.Iuli.de anno.& Bar.ibi, & tex.in c.28.infra eo. ¶Et alibi quam in stalis publicis carnifices carnes vendere nõ debẽt, & sic in locis determinatis à consuetudine.tex.& ibi Bal. & Abb.in.c.significante.de appell.n.1.& sequitur Fran.Luc. in tract. de fisco. 4.par.nu.23.tomo.6.tract.fol.16. Et hoc ius, q nõ potest alibi vẽdi potest præscribi.vt Bal.ibi.& latissimè per Lucã de Pẽ.in.l.1.C.ne rustica ad vll.obseq.lib.11.col.1.&.2.¶Et Pla.in.l.1.C.đ frumẽ.vrb.cõstãt.lib.11.& ibi Bar.dicũt per tex.ibi q ex mala administratione frumẽti crescit carestia in republica. Et ex eis habet, q priores, q habẽt arbitriũ superabũdãtia, possint hui⁹ noĩe disponere qualiter, & quãtũ, & quo ordine possit vẽdi frumẽtũ in foro qualibet die, vel quolibet mẽse. p d.§.cura carnis.& p alia iura.¶Et ratio quare ad officiũ iudicis ptinet vt ciuitas abũdet alimẽtis, credo esse: qa sicut pater † tenẽt alere filiũ.vt.ff. de alẽ.libe.&.c.cũ haberet.đ eo q duxit in matri.quã pollu.p adul.& in.l.cũ nõ solũ.§.ipsum. C.đ bon.quę libe.Ita potestas, & decurio tenẽt pcurare alimẽta ciuitati, qa pater ciuitatis quilibet corũ dicit, sc̃dm Pla.in l.qui cõductioni.C. đ his q spõte munera suscep.lib.10.¶In tãtũ, q
3 statutũ † artificũ in cõtrariũ nõ valet. vt in.l.1. C.đ monopo.Sed hoc intelligo verũ sc̃dm Bal.
4 in.d.l.1.C.de epis.audi.in rebus necessarijs † ad quotidianũ vsum, quia tũc põt pretiũ taxari, vt in frumẽto.vt Bar.in.d.l.1.C.đ frum.vrb.li.11. & Par.đ Put.in tract.syn.in parte, iudicis suprema potestas.n.18.fo.154.Sec⁹ in alijs rebus, & mercibus nõ necessarijs ad quotidianũ victũ qa in talib⁹ nõ põt taxari pretiũ. quia vnusquisq; in re sua est moderator, & arbiter.l.in re mãdata.ff.mãd.& sic dicit Bal.q intelligat text.in.d. l.imperatores.ff.de anno. Et vid.Abb.in.c.de emp.& vẽd.n.6.& Guid.Pap.sing.406.§.1.vbi tenẽt, q iudex ex officio suo potest imponere pretium in bladijs vẽdẽdis in foro publico per text.in.§.similes, alias.§.post natalem.in titulo. de pace tenen. & eius viola. & idem Guido sin-

do singu.304.& idem tenet Iaſ.in.l.ſi ciuitas.ff. ſi cert.peta.columna.4.numero.10.allegando Barto.in.l.nemo exterius.C.de Iudæis.& idem Iaſo.in.l.lex eſt.ff.de legi.n.6.& Luca. de Pen. in.l.nominationum.C.de decurio.lib.decimo. ſi.col.& idem Gandi.in tracta.maleſi.in titulo de obſeruantia ſtatutorum.nu.10.*Et vi. Peregrin.in part.venditio.q.2.in gl.venditio.*¶Et etiam iudex eccleſiaſticus poteſt hoc facere.vt Abb.in.d.c.1.de empti.& vendi.¶Vnde infert Bal.in.d.l.1.C. de epiſ.audi. ꝙ cũ appellatione victus contineantur veſtimẽta, quòd poteſt ta
5 xari † pretium iſtis mercatoribus, qui vendunt pannos,& tenet Pari.de Put.vbi ſuprà numer. 19.¶Item cum verbo victus contineãtur nõ ſolùm cibaria,ſed habitatio.vt.ff.de verb.ſignifi.
6 l.verbo victus.ꝙ hoſpitia † poſſunt taxari,vt nõ percipiatur de penſione,niſi vſq; ad quantitatẽ taxatam per bonos viros.& idem tenet Pau.de Caſt.& Cy.in.d.l.1.& eſt gloſſ.in.c.epiſcopus. 10.q.2.& Pari.de Put.vbi ſuprà & ſic poteſt ꝓuidere,ne mercatores nimis care vendant merces ſuas,quia ex hoc lędũtur omnes, maximè pauperes,qui pertinent ad curam & prouidentiam eorum.ſecũdùm Bal.vbi ſuprà. & eſt tex. in.c.6.ſuprà eodem.& Abb.vbi ſuprà. ¶In tan
7 tum, ꝙ quis poteſt cogi † vendere res competẽtes ad victum.vt in.d.§.cura carnis.& glo.in.d. c.epiſcopus.ſed hoc intelligit Cy.in.d.l.1.quãdo habet rem venalẽ ad victum, cogitur vẽdere,ſi pertineat ad victum.vt dicit probari ſecundum quoſdam in.l.1.§.fina.ff.furt.aduerſ.naut. caup.vbi dicitur,ꝙ non poteſt caupo itinerantes expellere,ex quo tabernam tenet,& res habet ibi venales. ¶Et quia quãdo quis cepit eſſe
8 hoſpitator † publicus,cogitur recipere & officium implere.& Plat.in.l.curſum ambularẽ.C. de curſ.publi.lib.12.nu.2.dicendo,ꝙ quis cogitur hoſpites recipere trãſeuntes,& notarius rogationes,ex quo cõſueuerunt tales artes facere vt ꝑ Bart.in.d.l.in eos.§.ſerui.ff.de furti.aduerſ. nant.vbi dicit,ꝙ hoc verum, poſtquàm poſuit ſignum ideſt tabulam,tunc hoſpites cogitur recipere,niſi ex cauſa recuſet.vt ibi per eum.& in l.1.§.maxima.ff.naut.caup.ſtabu.& Mon.in.l. 7.tit.4.parti.7.Philip.Decius in.l.inuitus.ff.de reg.iur.vbi quoq; ponit perſonas,quæ poſſunt compelli ad aliquid faciendum.*Et tenet Peregrin.in parte hoſpes.in principio: & vi. Alberi. in.l.moris.ff.de pœnis,num.2.vbi inquit,quòd iudex poteſt præcipere bacarijs & forniarijs, ꝙ ſuum officium exerceant ſub certa pœna & ita dicit ſe vidiſſe de facto: nam alij bacarij carnes vendere & formarij panem facere nolebãt, quòd poteſtas præcipit,& cogit facere ſub pœna & quòd tale pręceptũ ex iuſta cauſa fieri poteſt,& valet quando conſueuerint illam artem exercere:aliàs ſecus ſi non, vel neſcirent ipſam artem exercere:quia non debet iubere alicui facere quod facere neſcit, vel nõ poteſt ſecundũ eum ibi.* ¶Quoq; cogitur quis locare equum ſuum,ex quo conſueuit locare, & pro illo pretio tenebitur,& ſi conſtat, ꝙ locat diuerſis pretijs,tunc ſtatuitur pretium arbitrio iudicis. tenet Plat.in.d.l.curſum ambularem.¶Tamẽ videtur dicendum, ꝙ licet habeat venalem,ſi pœniteat,non poteſt compelli vendere.vt in.l.nec emere.C.de iure delibe.& in.d.l.in rem meam. quod Saly.ibi in.d.l.1.nõ ſit indiſtinctè, credit ꝙ poteſt pœnitere,niſi ſit pœnitentia cum iuſta cauſa:quia quæ ab initio ſunt voluntatis,ex poſt facto efficiuntur neceſsitatis.l.ſicut.C.de actio.& obliga. ¶Sed ego teneo, quòd licet nõ expoſuerit ad vendendum,ſi eſt tempus famis, vel careſtiæ, poſſunt compelli ad vendendum victualia,iuſto pretio taxando.ne pauperes pereant.vt Mont.in.l.4.tit.10.for.ll.lib 3.in verbo,*que no quiere vender.* poſt medium vbi latè de hoc.¶Vbi inter alia dicit,quòd tempore famis ſi indigentes habeant pretium vnde ſoluãt,tũc omnia liberè ſunt communicanda,& ſi non habent vnde ſoluãt,tunc de publico pretium ſolui debet,ſi poteſt,quod eſt notandum.Et facit quod tenet Lucas de Penn.in.l.ſi minori.C.de iure fiſci.lib.10.vbi ait, quòd qui fraudat panẽ eſurientium,vt vir ſanguinis eſt.vt in ca.immolãs.14.q.5.¶Nota vnum, ꝙ licet quis cogat vẽdere triticum tempore careſtiæ, & neceſsitatis, vt dictum eſt,& hic tractatur, non cogitur vendere habita fide de pretio,ſed ei debet ſtatim ſolui pretium.glo.in.l.1.C.de commun.ſeruo manu.in verbo, neceſsitatem.& commendant eã ibi Bal.& additiona.Ioann.de Ana.in ca.præſenti.de Iudæis.*Et Grego.Lopez.in.l.46.tit. 28.part.3.in gl.fi.in fine.*Quod facit ad pragma.factam anno.1549.Valliſol.*que dize que ſe pueda tomar la mitad del pan a los arrendadores.*quia debet eis illicò ſolui pretium. ¶Intellige hoc, quòd quis cogitur vendere victualia, ſci
10 licet,quando habet extra † ſuam indigẽtiam. vt tenet Paulu.de Caſtro in dicta.l.prima.C. de epiſ.audi. & Bertachi.de Firmio.in ſuo reperto.in parte, victualia.vbi ait, quòd victualia quis non cogitur vendere etiam iuſto pretio, ſi non habet vltra quàm ſibi ſint neceſſaria. ¶Et licet quis cogatur vendere, non tamen compellitur alium emere, nec econtra: quia vnum ſtatutum nõ includit aliud.vt Bal. in.l.

in.l.1.C.de commu.seruo.manu. & Ioann. de Plat.in.l.1.C.de supres.lib.11.¶Quinimo tempore famis, seu carestiæ potestas non tenetur habere tot tabernarios,& residētes, quot habere cōsueuit tempore vbertatis.vt tenet Bal.in.c. ex parte.de constitutio.n.11.¶Et ꝙ quis teneatur victualia vēdere iusto pretio vt dictum est,
11 secus † de non victualibus, quia tunc non compellitur iusto pretio vendere: quia quilibet est moderator ipsius.vt in.d.l.in rem.nisi in casib' notatis per glo.in.l.in vtrum comparare. C. de contrahen.empti.¶Bar.tamen in.l.§.cura car-
12 nis.tenet,ꝙ tempore necessitatis, † & carestiæ coguntur vēdere victualia minus iusto pretio. vt in.l.3.§.quæsitum.ff.ad.l. Rhodi.de iactu.& ibi notatur.& idem tenet Ang.in.l.si laborāte. §.cùm in eadem.ff. eod.tit.vbi ad literam dicit, ꝙ quis potest cogi tempore necessitatis ad vendendum frumentum,etiam viliori pretio & idē tenet Ioan.de Ana.in.c.si quis. de furt. si. colū. & Lucas de Penn. in.l.1.C.quibus mune.libr. 10.¶Sed ibi.in.d.§.cura carnis,tenet contrariū, dicendo ꝙ debent vendi iusto pretio. ¶Pro cōcordia dicerē illud,quod tenet Stephanus Aufrer.in decisione capell. Tolosa.decis.446. vbi ait,ꝙ si verò quis non exposuit victualia ad vēdendum,& est carestia in ciuitate,potest habēs frumentum,& alia huiusmodi compelli ad vendendum etiam viliori pretio.allegat ad hoc.l.si pendentes.§.si quid.ff.de vsufru.Et ibi Bald. ad literam tenet, ꝙ habens bladum tempore carestiæ,potest cogi vt vendat communi pretio viliori ad hoc,vt populus fame non tabescat. Et isti qui habent,possunt cogi etiam ad faciendū panem pro exercitu.& idem tenet Bar.in.l. anno.ff.de extraordi.cri.& Flori.in.d.§. cura carnis.& Iaso.in.l.nec emere.C. de iure delibe.vbi dicit, quòd procedit etiam si sit nobilis & compellitur.Secus si est decurio.vt in.l.decuriones. ff.de administr.rerum ad ciui.pertine.& Host. & docto.in dicto.c.1.de empti.& vendi.& Roma.in.l.1.ff.solu.matri.& idem Bar. in.l.1.C.vt nemi.liceat empti.speci.excus.lib. 10. ¶Et vide Ripam.in tracta.de peste.in.4.part.nu.171. cum sequentibus.vbi concordat tex.in dicta.l. fi.§.itē rescripserunt.ff.ad.l. Iuli. de anno.& dicta.l.1.§. cura carnis. vbi idē tenet transeundo cum Bar.in dict.§.cura carnis.quia si subest necessitas,quia est tempus carestiæ & tūc taxare potest pretiū frumenti, etiam minus quam valeat arbitrio suo,& ita procedit.d.§.cura carnis. & tunc diuites possunt cogi vendere minus iusto pretio,& etiam possunt compelli officio iudicis facere eleemosynā.vt in.c.sicut.47.distin. & Abb.Panormi.in cap.primo.de cleri.ęgro.* Et vi.Io.de Neuizanis consi.74.nu.9.vbi tenet ꝙ præses potest prohibere ne quis faciat caueā seu horreū annonæ,vt carius vendat,& potest mittere ad horrea diuitum,& eos cogere frumētum vendere viliori pretio. Ang.in.l.annonam. ff.de extraordi. cri. Iaso. in.l. nec emere.C.de iur. delib.col.1.& per alia iura vt ibi per eum.* ¶Aut non subest carestia, & nō possunt taxari minus iusto pretio, nec cōpellere ad vēdēdum sed possunt iubere,ne carius vēdātur. ¶Et hæc taxatio pretij victualium à prefectis faciēda est post festum natiuitatis sanctę Mariæ. vt in.d.§. post natalē.de pace.tene.in vsi.feud. Qui autē plus vendiderit,quam taxatum fuerit, si pœna per statutum limitata nō fuerit,pœna viginti librarū puniendus est.per.d.§.post natalē.vel extraordinaria arbitrio iudicis,secundū Ripā,vbi suprà.¶Et idem dicit ibi nu.175.ꝙ puniuntur, licet nō plus vendiderit,sed si emētes in mensura fraudauerint,quia eadem pœna, vel falsi cōprimēdi sunt.vt in.d.l.annonā.§.onerant. ¶In tantum,ꝙ tēpore famis, & carestiæ non habēs
13 † panē,potest auferri habēti impunè.Bar.in.d. l.1.ff.ad.l.Rhodi.de iact.& facit tex.& ibi Abb. & Ancharr.in.c.3.đ furti.& in.c.licet.de ferijs. ¶Et Bar.in.d.l.1.§.cùm in eadē.ad.l. Rhodi.dicit,ꝙ si vnus ex existētibus in naui habet cibaria,& alij nō habent quòd debēt illa in cōmuni conferri.& glo.ibi dicit, ꝙ fortè ex consuetudi
14 ne illius.l.potest cōpelli ad hoc: quia † tēpore necessitatis oīa sunt cōmunia. Quod ibi Ange. intelligit in comestibilibus, quia talia comestibilia sunt cōmunia.¶Ideo si tēpore carestie fu
15 retur † panem familiaris,vel mendicus,nō punitur:quia diues ex debito tenetur mēdicis subuenire.gloss.in.c. discipulos de cōsecra.disti.5. in verbo,fame vbi singulariter. Et propter hoc videtur productum officium iudicis, licet modicum sit in vsu,secundùm Ioan. de Ana. in.d. c.si quis. de furtis.3. columna. vbi dicit, quòd etiam ex hoc infert Bart.& alij vbi suprà, quòd possunt saluari stipendiarij,qui propter necessitatem depredantur necessaria pro victu,quòd est verum,si dabant operam rei licitæ, putà pro defensione patriæ,& isto casu loquitur ille tex. secus si dabant operam rei illicitæ, nam tunc non subuenitur ei, qui posuit se in necessitate. vt in.l.si fideiussor.§.si necessaria.ff. qui satisdacogan.¶Sed iudex debet hoc facere generali-
16 ter, † idest, quòd generaliter contra omnes exuberantes fiat, & compellat eos ad vendendum, & vnum solum non compellat, quia statutum super hoc generale fieri debet,secundùm

dùm Bart. in l. nemo. C. vnde vi. ¶ Attamen, si
17 non est carestia, † licet possunt compelli per ciuitatem, aut per superiorem huiusmodi victualia vendere, debent vendere iusto pretio côtento in statuto generali, secundùm Bartol. in dicto. §. cura carnis. & Barb. in dicto. ca. primo de emptione & vêditione. & sequitur decisi. Tholo. iam allega. & Montal. in. l. 3. titul. 5. parti. 5. vbi quoq; singulariter de ista materia. & Io. de Plate. in dict. l. vnica. C. vt nemi. lice. in compa. speci. libr. decimo. ¶ Ego quoque concordiam
18 afferam inter eos † .s. ꝙ quando est carestia, vêdâtur victualia viliori pretio. s. pauperibus, sed diuitibus iusto pretio, per ea, quæ doctores tradunt in dictis locis. Ad cuius corroborationem
19 facit, ꝙ pauper † potest agere tempore necessitatis & carestiæ contra diuitem, vt sibi subueniat. vt dictum est. & glos. in. c. si hic. 47. distinctio. dicit, quòd nô iure actionis sed poterit implorare officium iudicis, prout tenet. d. Ioan. de Ana. in. d. c. si quis. de furt. in fin. & probat iste tex. in quantû dicit, *a razonables precios*. ¶ Quini-
20 mo rustici, & agricultores, & similes † possunt compelli venire ad ciuitatem ad vendendum. Iste est casus singu. in. l. 2. ff. de nundi. vbi ponitur authoritas Platonis, de quo loquitur imperator in lege fina. in principio. C. de iure delibe râ. ¶ Facit tex. in l. pro locis. C. đ annonis & tribu. lib. 10. vbi non solùm ciues, sed etiam comitatenses ad deferendam annonam & victualia in ciuitatem arctari possunt, sicut compellûtur portare commeatum ad exercitum * vt Ioa. de Plat. in. l. 1. C. de fundis. limito. lib. 11. & vi. Grego. Lopez. in. l. 22. titul. 23. par. 2. * prout tenet Ripa in. d. tracta. de peste. in. 4. parte. num. 166. Tamen, prout ibi tenet, nu. 167. minus grauandi sunt remotiores propter expensas, quę maiores fiunt ratione longioris itineris. vt in dicta. l. pro locis & ibi notat Bart. & si pro quinq; passibus viginti milibus possunt sufficienter prouidere de annona necessaria, nô sunt remotiores vllo pacto vexandi. vt in. l. 2. C. de eroga mil. anno. lib. 12. & ibi Bar. ¶ In tantum, ꝙ si comitatêses non possunt supplere necessitatibus, tûc vicini etiâ alterius ciuitatis & prouinciæ possunt à superiore suo compelli portare annonâ ad ciuitatem egentem. vt tenet Angelus in dicta lege pro locis. & isto casu relaxâdus est deuetus, vt omnes vendât sine collecta, seu gabella, prout tenet Ripa. vbi suprà. ¶ Ad quod facit, quòd statuta, & côuentiones macellatorum vt teneâtur dietim macellare solummodo tantam quâtitatem carnium possunt violari, nec sunt seruâda superueniête publica necessitate in populo & indigentia minoris quantitatis, ad quam tûc agi potest. vt tenet Bar. & Plat. in. l. quo ad præsens. C. đ muri leg. lib. 11. Ex quo infert Bar. ibi ꝙ licet tenens lacum Perusinû teneatur ex forma statuti, vel pacti mittere omni die in platea certam quâtitatem piscium: tamê si superuenit magna quantitas gentium, cui dicti pisces non sufficiant, possunt cogi ad portâdum maiorem quâtitatem piscium pro reparatione corporis humani, quia cessant omnes exceptiones, & priuilegia in publicis subuentionibus. vt in. l. vnica. C. ne liceat in emp. speci. se excusa. lib. 10. & Ang. in dicta. l. quo ad præsens. & vi. Bal. in. l. iubemus nullam. C. de sacrosanct. eccle. vbi tenet ꝙ priuilegium general. indultum, non includit casum publicæ vtilitati contrarium. * Et facit. l. 11. tit. 22. par. 1. * ¶ Et idê dic de notario publi-
21 co, † quia potest compelli ad acceptandû rogationes. vt Barb. in dicto. c. 1. de empti. & vendi. & in dicta decisi. Tolos. Et idem dic de aduocato. vt in. l. 14. tit. 19. libr. 2. in ordina. rega. ¶ Sed
22 quando intelligatur, & dicatur iustum † pretium, vt pro eo quis compellatur vendere rem ad victum, & quia in alijs rebus tex. est in. l. pretia rerum. ff. ad. l. falci. dic secundùm Salic. in dicta. l. 1. C. de epis. audi. in fin. quòd in ciuitatibꝰ aliquibus fiunt taxationes carnium quatuor vicibus in anno, & illa sunt pretia iusta, seu vbi nô fiunt, credit ad curâ eius spectare, qui pręest, qui secundum diuersitatem temporum, & sterilitatem rerû, variabit pretia ipsarum, & hoc dicit, quòd probat text. in dicta. l. fi. ff. de anno. & in. l. nô debere. ff. ad municipa. ¶ Et vide quoq;
23 Saly. in dict. l. 1. vbi ait, ꝙ habês curam † fori, licitè potest statuere, ꝙ nullus emat in foro vltra duo sextaria grani, vt sic commodius omnes habere possint, quod dicit esse notâdum. & idem tenet Ang. de Aretio. in. §. fi. Instit. de donatio. quasi in fine. & Hip. de Marsil. in singul. 441. & sic, ꝙ ex causa potest prohibere, ne vltra indigêtiam quis emat, nec alijs res cariores reddat. ¶ Et quoque debet iudex prouidere, ne carius
24 vendant † transeuntibus, quàm in mercato vêduntur. vt tex. & ibi Abb. & Barba. in dict. c. 1. de empti. & vendi. & Ripa. in dicto tract. de peste. 4. parte. nu. 176. cum sequentibus alleg. Plate. in. l. animalia. C. de cursu publi. libr. 12. & vi. ibi per Ripâ. & nu. 177. vbi de intellectu. Et facit quod tenet tex. & ibi Pla. in. l. septem diebꝰ. C. de eroga. milit. anno. lib. 12. vbi tenet ꝙ pręrogatiua in pretio rerum venaliû, non est faciêda militibus, & officialibus, plus quam vendantur priuatis personis. in foro publico: & si per minas, vel alio calore officialis hoc faciat, incidit in

dit in crimen concussionis. vt in. l. 1. ff. de concussio. ¶Tamen quando rustici per magistratum coguntur ad vendendum, & portare frumentum ad vendendum, pullos, oua, pisces, & cętera victualia, nõ debet permittere iudex eos diu morari ad vendendum minutim, sed vẽdere debent in grosso, vel per substitutum, & subito reuerti. ita tenet Plat. in. l. colonos. C. de agricoli. & censi. lib. 11. ꝙ non habet locum, quãdo rustici veniunt voluntariè ad vrbẽ, quia præsumũtur venire eo tempore, quo vacant ab opere nec habet locum in mulieribus. vt tenet Rip. in dicto tracta. de peste. in dicta. 4. part. nu. 197. cũ sequentibus. ¶In tantum prędicta sunt vera, ꝙ potest iudex compellere ad victualia vendẽda & pretia eorum taxare, ꝙ si aliquis vadit ad fo-
25 rum, † & offert pro frumẽto plus debito, vt alij carius emant, vel vendant, vel promittit plus debito, tenetur crimine stellionatus. vt est tex. & ibi Bar. in. l. 2. §. Item si quis. ff. de crimi. stellio. quod sequitur Ang. de Aretio. in. §. de annona. Instit. de publicis iudi. Quod dicit ibi idem esse, si aliquis in damnum alterius offert plus ꝓ vno fundo, quã valeat, & sic punitur extra ordinem: & idem tenet Ang. in. d. §. fi. de donat. Institu. vbi dicit, ꝙ hoc facit contra istos, qui vulgariter dicũtur encherisare (hoc est encarescer) frumentum, vel mercantias, quod dictũ Ange. comme. Hippolyt. de Marsil. singul. 441. quod est notãdum perpetuò sc̃dm eos. & sequitur additio Abb. in. d. c. 1. de emp. & vẽdi. in addi. quę est in nu. 4. vers. & adde. vide quæ supra dixi in nu. 12. ¶Et facit quod tenet Frã. Luca. in tracta. de fisco in. 2. parte. nu. 41. tomo. 6. tracta. fo. 10. dicẽdo, ꝙ cõmittẽtes in. l. Iuliã. de anno. puniantur in. 20. aureis. l. 2. ff. ad. l. Iuli. de anno. quę poena dicit, ꝙ cõmittitur per emẽtes bladũ causa reuẽdẽdi, & faciendi carestiã, & etiam per faciẽtes societatẽ, vt cõmuniter bladũ ematur. Itẽ secundũ eũ tenetur quis dicta pœna, quãdo scit naues venire cũ blado, & facit differre euentũ suũ, vel capere nauẽ, vel nautã, vt possit vẽdere blada sua cariora, quod dicit ꝙ viget multi plurimũ & cõmunis oĩum morbus, & vitiũ. ¶Quoq; adde, ꝙ nõ solũ potest iudex taxare pretiũ.
26 vt dictũ est, verũ etiã potest iubere, † & statuere, ꝙ reuẽditores nõ emant talia victualia vsq; ad certã horã, prout tenet Amanellus de claris aquis in singula. 8. per glos. in. l. 2. ff. de mundi. ¶Cõtrariũ videtur tenere Ioã. de Pla. in. l. septẽ diebus. C. de eroga. milit. anno. lib. 12. vbi dicit, ꝙ ex illa litera videtur posse inferri, ꝙ cõtra ius esset cõsuetudo, vel statutũ, quo cauetur, ꝙ per septẽ dies fori nullus audeat emere prius, quam essent emptæ species, vel annona pro curialibꝰ, quia per hoc venduntur viliori pretio, cessantibus emptoribus. & ibi dicit quòd fuit de mente And. de Barulo. Sed ego teneo opinionem Amanelli in dict. singul. quia est æqua. Et sic in pluribus ciuitatibus huius regni sunt talia statuta, quòd tales reuenditores (qui vocantur recatones) non emant victualia, verumetiam quòd ea in pretio non ponant (*ni la apalabren*) vsque ad talem horam, & sunt iusta, sancta, & honesta, & vtilia ciuitati. & facit tex. in. l. 9. & in. l. 11. titul. 7. libro. 5. in ordi. regal. ¶Et dictum Io. de Plat. non obstat, quia ibi loquitur in alijs emptoribus, & nõ in reuenditoribus, qa aliquãdo tales mercatores sunt similes prędonibus. vt tenet Luc. de Pen. in. d. l. septẽ diebus. quia si tale statutum esset cõtra alios qui non sunt reuẽditores, esset nullum. ¶Quinimo dicit Faber in §. sunt præterea. Institu. de publi. iudi. nu. 3. ꝙ lex non cogit locupletes vẽdere, nec eos punit vt notat in. d. l. anno. ff. de extraor. crimi. in glo. vt plus. Sed eos, qui emerunt, vt carius vendãt, quia hoc prohibet, & punit contra facientes, vt ibi: quia qui emerunt, vt carius vẽdãt, tales peccant etiam in foro conscientiæ: non sic, si prouisionem faciant pro sua necessitate, vel etiã pro reuendendo tempore carestiæ propter bonum commune, non intentione cupiditatis lucri. vt notant doctores in. c. primo. ne cleri. vel monachi. ¶Et ꝙ dicitur de annona, intellige de alijs frugibus. vt in. l. frugem. ff. de verbo. signi. quia in omnibus illis locupletes coguntur vẽdere, si necessitas, vel fames immineat iusto pretio, & puniuntur ementes vt carius vendant. ¶Facit quod tenet Ripa. in dicto tracta. de peste in. 3. parte. numer. 178. vbi singulariter tenet, quòd ementes annonam vt carius vendãt, possunt dici Dardanarij, à Dardano authore, qui puniuntur varijs modis: quia aliquando relegãtur, vel in opus publicum damnantur, quandoque negotiatione priuantur, vel pœna viginti aureorum, & quoque puniuntur pœna stellionatus, vt ibi per eum. ¶Et facit pragmati. facta per nostrum Carolum, *contra los compradores del pan para reuender, y contra aquellos que venden pan delos arrendamientos que tienen.* vbi per te vide. Sed Nicasius de Voerda in dicto. §. sunt præterea. Institu. de publi. iudi. n. 6. intelligit, ꝙ puniũtur qui emũt blada, & victualia vt carius vẽdãt viginti aureis. s. quãdo vẽdunt in eodẽ loco, vel voluit vẽdere. Secus si vendant extra, & sic in alia ciuitate, seu prouincia. ¶Quod nõ habet locũ, quãdo emptores tritici vendũt, seu reuẽdũt in alio loco, seu ciuitate, quia incidunt in pœnã pragmaticæ:

maticæ: quia lex est generalis in toto regno, &
supradicta Nicasij de Voerda habet locum in
particularibus statutis. ¶ Adde etiam, & nota,
quòd iudex debet esse diligens in inquirendo
de omnibus crimininibus, & delictis extraordina
rijs de quibus venit imponenda pœna arbitrio
27 potestatis, & maximè contra vendentes † car-
nes morbosas. vt in. l. prima. §. primo. ff. de ædi-
litio edict. Item contra ementes, & vendentes
cum ponderibus falsis, seu non iustis. vt in. l. pri
ma. §. final. ff. de extraordina. crimi. & in. l. arbi-
tro. §. de eo. ff. de dolo. & l. penult. in fine. ff. de
crimi. stellio. vt tenet Amodeus Iusti. in tracta.
syndica. in parte, item in eo, quod dictus nota-
rius extraordinariorum fuit negligens. ¶ Sed
circa supradicta tene vnum dictum, quod tenet
Paulus de Castro in. l. contra legem. ff. de. legi.
28 num. 3. vbi ait, quòd si in cõcilio † ciuitatis esset
ratiocinatum de imponendo certum pretium
frumento, quia nimis carè vendebatur, & v-
nus ex cõsiliarijs anteaquam hoc fieret totum
suum frumentum vendidit caro pretio, & po-
stea fuit ordinatio facta, certè emptor potest
agere contra venditorẽ, & rescindere venditio-
nem tanquam factam in fraudem legis futuræ,
& in fraudem eius. & idem tenet Paulus de Ca
stro in. l. prima. §. final. ff. de actio. emp. & vend.
& idem tenet Montaluus in. l. quarta. tit. 10. li-
bro tertio. foro legum. in glossa finali. quasi in
medio. Quod extendit, quod non solum ha-
beat locum in tali consiliario, qui sciebat secre
ta cõcilij, verum etiã in magno mercatore, qui
scit, ꝙ in cõcilio tale ordinatum erat. ꝙ emẽtes
cõtra eum possunt agere ad interesse. quem vi-
de. & idem videtur tenere Barto. in. dict. l. con-
tra legem. & idem tenet Hippolyt. de Marsi. in
l. statu liber. ff. de quæstioni. num. 17. allegãdo
plures doctores hoc tenentes. & idem tenet Lu
doui. Roma. in singula. 282. ¶ Et dicit dict. Hip
pol. ꝙ in simili adduci potest illud. quod tenet
Baldus. in. l. quotiens. C. de rei vend. allegãdo
Odofre. ꝙ si dubito mihi moueri quæstionem
29 † super domo, & eam alieno, deinde statim mi
hi mouetur quæstio super ipsa domo, ꝙ ex tali
breuitate temporis præsumitur dolus ex parte
mei vendentis, adeò, ꝙ talis vẽditio reuocatur.
per titulum de alien. iudi. mut. caus. facta. quod
est etiam de mente Barto. in. l. quę petitorio. ff.
de rei vendi. & per alia iura. vt per Hippoly. vbi
suprà. nu. 18. ¶ Vnum non omitto, ꝙ sicut ciui
tas, vel iudex potest statuere pretium victuali-
bus, & iubere, & compellere ad vẽdendum, ita
30 potest statuere, † vel iubere, ꝙ non vendantur,
si expedit, ita probat Barto. in. l. si in emptione.
§. omnium. ff. de contrahẽ. empt. & melius hoc
tenet Alex. ibi. in additio. ad eun. Bart. ¶ Item
31 nota, ꝙ si respublica habet granũ, † & triticum
vel aliud ad vendẽdum, potest cogere ciues ad
emendum, & nemo excusatur. licet ei necessa-
rium non sit, ꝙ idem est in sale vrbis secundum
Barto. in. l. prima. C. vt nemi. lice. ab empti. spe-
cie se excus. lib. 10. & Paris de Put. in tracta. syn
di. in dicto versi. iudicis, folio. 184. num. 8. & te-
net Stephanus Aufrer. in dicta decis. 446. Tho
los. in fine. & tenet Fran. Luca. in tract. de fisco.
nume. 17. tomo. 6. tracta. fol. 7. & Anto. Cursc.
in notabilibus suis. in parte, fiscus, loquendo in
fisco: dicens, ꝙ si fiscus habet multum frumen-
tum. quod conseruare nõ potest, imponere po
test subditis necessitatem emendi, & istud est
onus patrimoniale, vt ille qui habet plus cogã-
tur emere plus & minus iuxta quantitatẽ, & va
lorẽ sui patrimonij. Quod dicit Bar. practicasse
& consuluisse Perusij, videlicet, ꝙ commune di
stribuat sal, vel granũ, vt quilibet cogatur eme-
re plus & minꝰ iuxta valorẽ patrimonij, & per
hunc modum pecunia veniet in communi pro
necessitate reipublicæ distribuenda, secundum
Ioannem de Pla. ibi, numero tertio. & Lucas de
Pen. in fine. ¶ Ibi quoque tenet dictus Ioan. de
Plat. quòd imminente necessitate grani & alia
32 rum specierum, quilibet † compellitur ire ad
emendum etiam ad partes remotas, nec aliquis
potest se excusare pretextu alicuius priuilegij.
vel immunitatis, licet aliàs vbi non immineret
necessitas, sed prouisio in futurum, excusaretur
quis propter ætatem, & numero filiorum, & ex
alijs causis vt in. l. 3. §. causa. ff. de muneri. & ho
no. ¶ Et in proposito tenet in. l. in æstimatione.
C. de frumẽ. Alexã. lib. 11. quod si in prouincia
sit sterilitas, poterunt præfecti annonæ eligere
vnum, vel plures discretos, & expertos viros,
qui pro frumento comparando se conferant ad
alienas prouincias, & eis sine iussu principis sa-
lariũ cõstituere, quod tenet & sequitur Ripa. in
dicto tract. de peste. in quarta parte. num. 162.
¶ Et quoque ciuitas, seu respublica ad portan-
dum frumentum, vel aliud causa reipublicæ
potest accipere animalia singulorum. vt Bart.
in. l. iubemus nullam. circa principium. C. de sa
crosanct. eccle. Facit illud, quod voluit Bar. in. l.
fi. §. fi. ff. de pigno. actio. de quo per Ias. in. l. Bar-
barius. ff. de off. prçto. nu. 30. cum sequentibus.
sed hoc soluto pretio de publico secundũ eum.
Quinimo dicit Lucas de Pen. in dicta. l. prima.
quasi in fine, ꝙ in tali tẽpore carestiæ inducitur
33 † pecunia singulis pro modo facultatũ, vt fru-
mẽtum, & cæteræ species emantur exinde pro
vniuer-

vniuerso populo sustentando. & ita dicit, quod omnes in sua ciuitate sunt consueti facere tẽpore carestiæ, quòd imponũt talem collectam pro modo substantiæ, & ad hoc compellũtur, quãuis maius commodum inde pauperes quam diuites consequantur: quia omnes in ciuitate necessarij sunt ad hoc, vt ciuitas perfecta dicat secundum Barto. in dicta. l. secunda. ff. de nundinis. & tenet idem Luca. de Penn. in. l. prima. C. de quibus muneri. vel præsta. lib. 10. & idẽ Pla. vbi suprà, nume. 2. & in. l. hac prouidentissima. C. eod. de quibus muneri. seu præsta. vbi quoq; ait, quod ecclesia tempore istius necessitatis debet conferre ad emptionem frumenti. & aliorũ specierum. ¶ Et etiam dicit Plat. in. l. 1. C. de omni agro deserto lib. 11. nu. 1. quòd ditiores ciuitatis possunt compelli mutuare pecuniam, quando immineret necessitas, & postea paulatim eis satisfiet, imposita collecta, & idem tenet Salycetus in. l. nemine. C. de sacrosan. ecclesi. & ibi Cynus & vi la. in. l. cunctos populos. C. de summa trini. & fid. catholi. num. 52. ¶ Plat. etiam in d. l. prima. C. vt nemi. lice. in empti. numero. 4. tenet quòd tempore necessitatis pro tali vtilita
34 te & vbertate in communi habenda possunt † cogi ciues frumentum habentes mittere illud ad vendendum in foro publico, & prout quilibet possessor prædiorum plus colligit, plus mittere cogitur, licet aliàs quis vendere, vel emere non cogitur. vt in. d. l. inuitum. C. de cõtrahen. empt. & ad hoc nemo valet excusari vigore priuilegij, cum sit onus patrimoniale, siue reale, ad quod etiam ecclesia tenetur iusto pretio, non viliori, sicut ad alia onera realia tenetur. vt in. l. finali. C. de exacto. tribu. lib. 10. maximè quando vertitur publica necessitas, cui nisi subueniatur, redundaret in dãnũ ecclesiæ, à quibus muneribus publicis imminẽte necessitate quis nõ excusatur, etiã si sit de domo principis, vel Augustæ. secundum Bart. & Plat. vbi suprà in fin. ¶ Et etiam pro aggregatione, & transuectione frumenti publici, & aliarum specierum victui necessariarum gubernator prouinciæ potest eis salarium de publico statuere, si viderit eis expedire: vt tenet Bartolus & Plat. in dicta. l. prima. C. de frumen. Alexan. lib. 11. Et dicit ibi Pla. quod quoque valet prouisio officialium habentium arbitrium super abundantiam, quòd pro quantitate frumenti, quam quis venire fecit in communi, habeat tãtum pro corbe, pro labore suo vltra pretium frumenti. ¶ Etiam ob necessitatẽ
35 reipublicæ possunt subditi † vrgeri ad deputandum eorum nemora, aut molendina, seu alia vsui publico recepta competẽti mercede. vt tenet Angelus consili. 206. in principio. per tex. in lege venditor. §. si constat. ff. communia prædiorum. & in lege, item verberatũ. ff. de rei vendi. & decisio. Tholosiam allega. in fine. ¶ Et facit quod tenet Archiepiscopus Florentinus in tertia parte tit. tertio. c. 4. §. 4. vbi ait, quòd dominus potest à vassallis, & subditis suis exigere seruitia debita, scilicet, facere laborare in vineis, & campis, siue ducere ligna, vel victualia ad domum, soluẽdo eis debitum pretium sui laboris: quia si aliter facit, rapinam committit. vide infrà in. c. 33. in glo. prima. vbi latè. ¶ An si ciuitas
36 potest statuere, quòd frumentum † non possit vendi forensibus sub certa pœna. Bartolus tenet quòd sic. in. l. dudũ. C. de contra. empti. vbi ait, quòd statutum factum à ciuitate, quòd forensibus non liceat vendi, valet. per tex. in. l. in quorum. ff. de pigno. Bald. tamen in. l. si duobus. §. emptor. C. communi. de lega. numer. 2. tenet cõtrarium. & cum Bal. concordat tex. in. l. 3. tit. 9. lib. 6. in ordin. rega. licet contra istam. l. regiam: sæpe à ciuitatibus fit, cùm expeditur: & idẽ cauetur in pragmati. facta anno. 1548. Valliso. peti. 205. quã vide, vbi iubetur ne fiat talis prohibitio. Sed dictas leges regias intelligo, quando inest abundantia, aliàs secus prout tenet Matthæ. de Afflict. decisi. 290. numer. 9. dicendo, quod quando est modicum frumentum in regno, nõ debet vendi trate frumentorum per extra regnum: quia prima charitas incipit à se ipso. allegat tex. in dicto. c. primo. §. post natale de par. tene. in vsi. feud. & alia iura. quem vide. Et vltra ibi dicta facit in simili quod tenet Ioann. de Plat. in. l. si quis per diuinam. C. de aquæ duct. lib. 11. in fine. vbi tenet, quod si imperator, seu princeps, cõcedit alicui capere aliquam quantitatẽ grani publici, vel alterius reipublicæ, qua etiam respublica vtatur, intelligitur esse concessum quod est superfluum ab vsu ciuium, & hanc tacitam conditionem habet in se hæc cõcessio. s. si respublica, & vsus ciuium non indigeat: quia cõmunis vtilitas semper intelligitur excepta, & reseruata. quod nota ad limitationem illarũ legum. ✱¶ Et vi. singulariter pragmati. 40. in curijs Vallisoleti. anni. 1523. & vi. Greg. Lop. idẽ tenentem per. d. l. si quis per diuinam in. l. 15. titu. 1. part. 1. in gl. postura: vbi etiã ait, quod si habẽs possessionem in illo loco, vetet extrahere triticum ab eo causa vendendi, non potest: quia potius tenetur vẽdere ciuibus iusto pretio quàm alijs, per id quod notat Barto. argumen. illius. l. in. l. 1. C. de metela. lib. 11. l. vẽditor. §. si cõstat. ff. comu. predi. secus si dominus velit pro suo victu asportare: tunc forte posset vt ibi per eum

in. d.

in d.l.partitæ:& facit quod tenet Bal.in.l. cætera.§.si duobus.ff.de leg.1. Fabianus de Monte. in tracta.de emptio.& vendic.in.3.q.princi. nu. 46.tomo.8.tracta.fol.27.vbi inquit,quòd valet statutum, & est rationabile: in quo disponitur, ꝙ non liceat transferre bladum ad aliud terminum propter abundantiam in loco: & facit in simili quod tenet Grego.Lopez in.l.19.titul. 18. part.3.ꝙ si alicui ex priuilegio competit ius pascendi in aliquo loco seu territorio alieno,& pascua essent necessaria illis per quorum terminos pascuntur illi præferuntur, & excludent priuilegiatum,quod nota vi. Abba.in.c.dilecti de arbitri.nume.7.& Rochum de Curt.in.c.fi.de consue.fol.46. vbi sequitur Abb. & Montal.in.l.7. titu.11.lib.2.fori.glo.1.col.5.in fine.*¶Quoq; dictæ leges regni habent locum in suo casu, scilicet,in pane,& ꝙ panis nō possit vetari,seu prohiberi,ꝙ non extrahatur,secus est in hordeo,qa in hoc valet prohibitio,quia hordeum sub illa lege non comprehenditur, quia tantummodo dicit,*no se pueda vedar la saca del pan.*& appellatione panis,vel frumenti,non continetur hordeū. Et ideo qui accusaret alium de frumēto asportato, non abtineret probando de hordeo secundum Ang.in.l.triticum.ff.de verb.oblig.licet.aliàs generali appellatione contineantur,omnia quę ad victum sunt necessaria.vt notat glo.in rub.C.de cano.frume.vrbi.Roma.lib.11.speciali verbo,& propria significatione, & simplici appellatione frumenti propter excellentiam intelligitur de grano,quo vtimur ad panem faciendum glo. in d.l.frugem.ff.de verbo.signi.Et de isto intelligitur si quis promitteret.10.corbes frumenti secūdùm Bar.in.d.l.frugem,prout tenet Ioan.de Platea.in.l.modios.C.de suscept.& archa.libro.10. quem vide illicò si hordeum non comprehenditur sub pane,vel frumento,est casus omissus à lege regia,& ciuitas pōt statuere,ꝙ nō extrahatur à suo territorio: quia statuēdo non est cōtra legē sed preter legē:vt Bar.in.l.omnes populi.ff. iure.¶Sed in casu,in quo non potest extrahi fru-
37 mentum,emptor non perdit† pretium rei emptæ,& talis forensis potest retinere triticum,vel aliam rem emptā,donec ei restituatur suum pretium:tenet Bal.in.d.l.si duobus.§.emptor.C.cōmunia de legat.& Cremens.singula.95.& Barb. in.c.ad audiētiam.de rebus ecclesi.non alien.in fi.Feli.in.c.cùm causam.de re iudi.9.colū.¶Sed
38 nonne ciuitas,† quę fecit hoc statutum,si vēdat triticū forensi,incidat in pœnam? Dic quòd nō, sed singulares personæ,quę sub ea sunt,obligantur.vt Bald.in.c.cùm omnes.de constitu. col.7. versic.sed quid ecce.nu.26. quia cùm statutum fiat gratia ciuitatis, contra eam non debet interpretari, vt ciuitas puniatur contrafaciendo secundum Bald.ibi.¶Adde,quòd quantitas depu
39 tata † ad emptionem frumenti, non potest minui,nec in alios vsus conuerti,alias in duplum tenetur. text. & ibi Bart. & Plat. in. dict.l.2. C.de frumen.vrb.constan.libro.11. Vide quæ dicam infra in.cap.45.in glo.*ni tomar.*& in cap.19.iudicum syndicatus.in gl.*cobrar.*Quod facit pro istis horreis publicis & alhondicis.

SVMMARIVM.

1 *Iudicis officium habet locum contra proijcientem stercora, & morticina in via publica, vel contra impedientem eam. In hoc casu dominus tenetur pro famulo. Rustici ducentes vecturam ad ciuitatem, non possunt cogi, vt cùm plaustris suis ducant exinde stercus extra ciuitatem.*

2 *Viæ purgatio, vel refectio ex publico fieri non debet, sed debet fieri a dominis domorum iuxta viam sitarum. Quando via est intra muros ciuitatis sed si est extra ciuitatem in loco, in quo iuxta non sunt vicini, debet fieri expensis communis.*

3 *Si tempore belli fuit mandatum villæ, vt faciat foueas & muros, debent fieri per modum patrimonij, non per capita.*

4 *A reparatione viæ publicæ, nemo excusatur.*

5 *Habens viam priuatam, eam reficere tenetur.*

6 *Si vicinus non est soluendo in reparatione viæ onus reparationis incumbit alijs vicinis.*

7 *Inquilinus, vel conductor, non tenetur ad reparationem viæ, sed dominus, & si conductor soluit, repetit à domino, vel in mercedem computat.*

8 *An si dominus non est soluendo, creditor mittatur in possessione vasallorum.*

9 *Purgatio viæ quando est momentanea cōductor ad eam tenetur, secus si est perpetua.*

10 *Quando quis tenetur ad viam purgandam, intelligitur quatenus protendit latitudo domus suæ, vel fundi sui.*

11 *Emphiteota reficere tenetur viam publicam iuxta domum emphiteoticam.*

12 *Vsufructuarius ad refectionem viæ tenetur.*

13 *Qui tenetur viam purgare, non sufficit, quòd*

auferat lutum ab ea de medio, & proijciat in partibus, vel lateribus viæ.

14 *Qui vult reficere viam publicam, debet ad veterem latitudinem restituere.*

15 *Via publica non amittitur, etiam si populus ea non vtatur.*

16 *Via debet esse tuta transeuntibus.*

17 *Quod remedium competat contra impedientem purgare viam publicam.*

18 *Si via publica est destructa, an vicinus compellatur facere viam publicam per agrum suum. Et an quis possit transire per agrum alienum.*

i Esten limpias. i Quia in hoc

1 officiũ† iudicis habet locũ, vt si in via publica proijciantur stercora, vel morticinia, vel impediatur vt transiri nequeat, vel alia immunditia habeat. vt tenet Specula. in tit. de officio om. iudi. §. 1. versi. Item imploratur. nu. 11. per. l. 2. §. hoc interdictũ tantũm ff. ne quid in loco publico. vbi quoq; dicit Specula. ꝙ tale officium iudicis vendicat sibi locum quando talis via est facta arctior, vel angustior, vel est clausa, ita vt publicus commeatus impediatur, vel si talis via fodiatur, vel aliquid ibi fiat propter quod non potest transiri, vel vehiculum duci. Quòd nota, quia talia morticinia nõ licet proijcere in via. vt Bart. in. l. ædiles. ff. de via publica. *Et sicut si reperitur, quidam de nocte interfectus ante domum tuam, præsumitur mortuus ibi, vt vicinia teneatur si non recepit malefactorem, & est præsumptio cõtra domus dominum, ita est si aliqua morticinia, siue immũditia ibi reperiãtur: quia omnis ista purgatio pertinet ad eum qui habet domum prope, nisi constet alium proiecisse: de quibus per Bart. in. d. l. ædiles & in. l. ne quis. ff. de incendi. rui. nau. & tenet Peregri. in parte locatio. in princi. *Et Plat. in. l. decernimꝰ. C. de aquæductu lib. 11. nu. 2. vbi dicit, ꝙ de iure cõmuni talia morticinia, & stercora in via publica prohibitũ est proijcere, & proijciens talia turpia in aquæ ductu publico, fonte, vel puteo, iudicis punitur arbitrio, & grauiter moderãdo. Si aũt in priuato fonte essent proiecta, tenetur proijciens dño fontis actione iniuriarum, & etiã ad interesse. ¶Et quoq; dicit ibi Plate. ꝙ est prohibitũ lauare pãnos in summitate fluminis, ne cõmune poculum aquę corrũpatur. ¶In isto interdicto dominus tenetur pro famulo proijciẽte turpitudinẽ ex fenestra. vt in. l. 1. in princip. ff. de his, qui deiece. vel effud. ꝙ est verum si proiecit in locũ, per quem cõsuetũ erat transire, aliàs non. vt in dicta. l. 1. §. in summa eius titu. & in. l. si putator. ff. ad. l. Aquil. & Cepol. in tract. de seruit. c. 79. & tenet Bertachi. in tract. gabella. in. 7. part. nu. 30. tom. 6. tracta. fol. 62. ¶Adde vnũ in purgatione ista, ꝙ non possunt rustici ducentes vecturã ad ciuitatẽ cogi per iudicẽ, seu officiales, vt cũ plaustris suis ducant exinde fimũ, vel stercus extra ciuitatẽ. l. 2. in principio. ff. de mũdi. prout tenet Fran. Luca. in tract. de fisco. in. 3. parte. de collectarũ immunitate. nu. 8. tomo. 6. tract. fol. 14. ¶Et purgatio, vel refectio istius vię non debet esse, vel fieri ex publico, sed debet fieri à dominis domorũ iuxta viam sitarũ. vt tenet Bar. in. l. per buthinã. C. de immunita. nemi. cõcedenda. lib. 10. & ibi Ioã. de Plat. nu. 2. Quod intellige secundum Barto. ibi qñ via publica est intra muros ciuitatis, quia tunc debet quilibet munire. iuxta domum suam. & idẽ dic si via est per burgos ciuitatis. vt est tex. cũ glos. in. d. l. ædiles. versi. ciuitatẽ. & tenet Cæpola in tracta. de seruitu. in parte, via est. q. 25. vbi de ista materia. ¶Si verò est extra ciuitatẽ in loco, in quo iuxta non sunt vicini, debet fieri munitio, & refectio expẽsis cõis, imponendo collectam pro quãtitate patrimonij. vt ibi. & in. l. ad instructionem. C. de sacro sanct. eccles. secundum Pla. in. d. l. si per viciniam. *Et vi. Bal. & doct. in. l. præses prouinciæ. ff. de offi. pręsid. vbi dicũt, ꝙ ille text. facit cõtra possidẽtes casalina, in quibus fit turpitudo, & tota contrata disformatur & putrescit ꝙ dominus cogitur ad purgandum & claudendum si huiusmodi sunt in vijs publicis vt in. l. specialem & in d. l. ędiles. ff. de via public. *¶Quinimo mendicãtes validi, & corpore robusti, possunt ad purgandas plateas & vias compelli. vt in. §. si verò. in authen. de quęstore. colla. 6. & tenet Ripa. in tract. de peste. in. 3. par. nu. 146. Quod intelligit ibi in nũ. 155. in rustico, vel in assueto, ad laborãdũ. secus in nobili mẽdico, nõ cõsueto laborare, huic enim miserendũ est, quia inter oẽs aduersitates fortunæ infelicissimum genus infortunij est aliquando fuisse fœlicẽ. vt in. c. cõsiderãda. & vi. gl. 86. distin. ¶Et ideo dicit Bar. vbi suprà. ꝙ si tẽpo

3 re belli mãdatũ† fuit tali villæ, vt faceret foueas, muros, & stacatos tali castro, nã tũc per modum patrimonij, non per capita fieri debet, quod dicit esse quotidianũ. Quod intellige, quando indiget magna reparatione. Si autem valuæ, & muri ciuitatis indigent modica reparatione, tunc con uicini tantũ tenentur reficere, cum ipsi habeant maiorem vsum eorũ. secundũ Ioan. de Plate. ibi

4 in fine. ¶Et in tali reparatiõe† viæ publicæ nullum

esten limpias,[i] y las

lum,genus hominũ excuſatur,quia nõ numera
tur inter ſordida munera.vt Ang.in.l.abſit.C.de
priuileg.Aug.lib.10.& Bar.ibi.nec eccleſia.&ſic
ꝙ res eccleſiæ ad iſtam refectionẽ publicarũ via
rũ tenetur.vt latè Cæpo.in.d.tract.in part. vici.
5 q.25.¶Sed ſi via eſt priuata,† vt ſi eſt conſtituta
alicui per modum ſeruitutis,tũc ipſe tenetur re-
ficere,& conſtituens,ſeu debens tenetur pati vt
in.l.refectionis.ff.cõmunia prædiorũ.ſi autẽ eſt
via vicinalis facta ex collationibus priuatorum
ibidẽ agros habentiũ,&tunc ſimiliter ad eos per
tinet refectio. vt in.l. 2.§. via. ff. ne quid in loco
publi.vbi tex.declarat diuerſas ſpecies viarũ ſe-
cundum Bar.& Plat.in.d.l.per viciniã.¶Sed qd
6 ſi aliquis vicinus non eſt ſoluẽdo† in reparatio-
ne viæ?Dic ꝙ tunc onus reparationis incumbit
alijs vicinis,ſecundum Ludoui.Roma.in ſingu-
la.dic mihi.per gloſſ.in.l.fi.ff.de via publica. in
glo.fi.quæ incipit,quæ viam,& tenet Cepol. in
tractatu,ſeruũ.in parte via eſt.q.25.verſi.ſed qd
ſi ille.vbi ait,ꝙ ſi via nõ eſt deſtructa ex antiqui
tate,vel caſu,ſed aliquis eã arauit,ſeu aliter dſtru
xit,tenetur reficere, ſi eſt ſoluendo, aliàs vicini
reficient.vt glo.in d.§. fi. & dicit non eſſe alibi.
7 ¶In tali enim refectione† viæ non tenetur in
quilinus,vel conductor:ſed dominus domus te-
netur,& eo ceſſante,tenetur talis cõductor ſum
ptibus penſionis.vt eſt tex.& ibi Bar.in.d.l.ædi
les.§.quicunq;.ff.de via publica & Ioan.de Pla-
te.in dicta.l.per viciniam.& Floria.in.l.penden-
te.§.ſi quid cloacarij.ff.de vſu fruct.vbi etiam di
cit,ꝙ repetit à domino,ſi fortè penſionẽ non re
tinuit apud ſe.& idem tenet Iaſ.in.l.1.C. de iure
emphiteo.num.28 & idem tenet Ang.in.l.1.C.
de anno.& tribu.lib.10.vbi tenet,ꝙ talis condu
ctor tenetur talia,quę refecit computare in mer
cedem.& idem tenet Bal.in.l.3.C.de actio.& o-
bliga.per dictam.l.ædiles,quẽ tex.dicit eſſe no-
8 tabi.Et ibi quoq; dicit†, ꝙ vaſſalli non poſſunt
conueniri adſoluenda debita domini, & ſi domi
nus non habet aliunde vnde ſoluat,poteſt mitti
creditor in poſſeſſionem vaſſallorum.¶Sed in-
telligerem ſuprà dicta,quando purgatio non eſt
9 †momentanea:quia ſi eſt momentanea,putà in
purgando,vel faciendo ſtercora,vel alia immun
da purgare,cõductor tenetur,vt colligitur ex di
ctis Bart.in dicta.l.ædiles,dicendo, quòd ſi quis
habitat gratis ſi immundatio eſt momẽtanea,te
netur ſecus ſi eſt perpetua.vt notatur in.l.3.§.1.
ff.de impenſis.& idẽ tenet Iaſ.vbi ſuprà,& hanc
opinionem refert Cepola. in dicto tracta.in di-
cta.q.25.ſed dicit ꝙ in hoc ipſe putat,quòd ſi re
fectio debet durare pro tempore, quo habitare
debet gratis,vel maiori,teneatur,aliàs nõ,per ea
quæ notant Bar.& Ang.in.l.diuortio.§.quod in
anno.ff.ſolut.matri. ¶Et quia ſupradictũ eſt, ꝙ
10 quis tenetur reficere viam,intelligitur† in quan
tum protẽdit latitudo domus ſuę, ita eſt in arg.
l.ſingularum in fine.C.de ædifi.priua.vel quate
nus protendit latitudo cuiuſcunq; fundi, quę ſit
in ciuitate,vel in burgo,verſus dictam viam pu-
blicam tenet Ioan.de Plate.in.l.indictiones. C.
de anno. & tribu.lib.10.nu.1.arg.in.l.inter eos.
ff.de acquiren.rerum.domi.per.l.adeò.§.inſula.
eod.titu.& inſtitu.de rerum diuiſione.§. inſula.
& dixi,cuiuſcunq; fundi:quia quicunq; fundus
ſit in ciuitate,vel burgo,idem iuris eſt,ſiue ſit do
mus,ſiue ſtabulũ, ſiue hortus, & ſiue ſit fundus
ruſticus,ſiue vrbanus:quoniã in vrbe,& in bur-
gis poteſt eſſe fundus ruſticus, quia non locus,
ſed materia facit prædium vrbanũ.l.vrbana prę
dia.ff.de verb.ſigni.prout tenet.d. Cępol. in.d.
tract.in.d.parte,via.q.25.in fi.¶Item emphiteo
11 ta,† vel libellarius tenetur reficere viam publicã
iuxta domũ ſuam emphiteotã, & expenſis ſuis.
vt in.l.2.circa principiũ.verſi.publicarũ functio
nũ.C.de iure emphyteot. & ibi ponitur per Al-
ber.de Roſ.in.q.131.¶Et dicit idẽ eſſe vaſallo,&
eſt notandum,quia iſti dicuntur habere vtile do
minium.vt.in.l.1.§.1.ff.ſi ager vectigale. vel em
phyte.& notatur in.c.cùm Bertoldus.de re indi.
& glo.in.l.ſi vt certò.§.ſi duobus vehiculũ.ff.cõ
12 modati.¶Quod idem dic† de vſufructuario,qui
ad refectionẽ viæ tenetur.vt in.l.ſi pendẽtes.§.ſi
quis cloacam.ff.de vſufr.& quod ibi notatur. &
in.l.athei,eo.tit.& in.l. qui cõcubinas.§. qui hor
tos.ff.de legat.3.& quod notat Bart.in.l.his ver
bis.§.idẽ reſpondit.eo.titu.& in.l.fi.ff. de vſufru
ctu.vbi omnino vide.quod intelligit dictus Cę-
pol.vbi ſuprà.in.d.q.25.verſi.itẽ de vſufructua-
rio,niſi poſſeſſiones eſſent ſteriles,in quibus ha
bet vſumfructũ,quia tunc non tenetur.¶Et no-
ta ꝙ ille,qui tenetur purgare viam, non ſufficit
13 ſi auferat †lutum ab ea de medio,& proijciat in
partibus,vel in lateribus viæ,quoniã tenetur in
totũ auferre de via.vt in.d.l.1.§.purgari.ff.de via
publica.& tenet dictus Cępola vbi ſuprà. q.26.
vbi etiã dicitur,ꝙ reficere dicitur, qui aperit, &
qui purgat omnes omnino,& qui in priſtinũ ſta
tum reducit vt in.d.l.1.§. reficere. ¶Et qui vult
14 viã publicã reficere,debet ad veterem† latitudi
nem reſtituere, & nõ debet latiorẽ nec longio-
rem,nec altiorem,nec humiliorem ſub nomine
refectionis facere,nec in via terrenũ ſeu glaciam
ponere,aut ſternere viam lapide,quę terrena ſit
vel cõtrario diſtracta terrenã facere. vt eſt text.
in dicta.l.1.§.ſi quis in ſpeciem.&in.§.1.Et in ef-
fectu ſub ſpecie refectionis nõ poteſt quis viam

deteriorem facere impunè, imò prohibẽdus est vt in dicto.§.si quis in specie.& ibi per glo.& Cępolam vbi suprà.versic.2.¶Et nota, ꝙ licet talis
15 via publica mutetur, † vel alteretur nunquam amittitur etiam si populus ea non vtatur.vt in.l. viam publicam. ff.eod.de via publi. ¶Quæ via
16 debet esse tuta transeuntibus,† & prætor debet prospicere,ne quid mali eis contingat. vt tenet Speculat.in titulo.de iniurijs.§.primo.versic. ad hoc.*Et in tantum via debet esse apta ad transeundum vt non prohibeatur, vel impediatur quis per eam ire:vt in.d.l.ædiles.ff.de via public. vbi Alberic.inquit,quòd ficimator, seu officialias habet discum super quo laborabat in via publica, & quidam cum plaustro transiens tetigit cum plaustro discum:ita quòd forfex cecidit,& fracta fuit,quòd non tenetur de fractione,& dicit quod ita obtinuit. * ¶Quod autem reme-
17 dium competat † contra impedientem purgare vel reficere viam publicam, & quæ sint necessaria, & quomodo formari debeat libellus in isto interdicto, & positiones in eo quomodo debeant fieri,& de multis alijs quæstionibus, vide per dictum Cæpol.vbi suprà, in dicto tracta. in parte,via est.quæstio.27.& quæst.28.cum sequentibus. ¶ Et an si via publica est destructa compellatur vicinus facere viam publicam per agrum suũ,dic ꝙ sic.vt in.l.si locus.§.si.ff. quem ad seruit.amit.sed de iure debet ei resarciri per rẽpublicam.vt per glo.ibi & Bart.in.l.fin.ff.de pigno.actio. & Felin.late in additione ad Abb. in Decreto col.11. vbi vide, an quis possit de iure transire per agrum alienum.gloss.in.c.omnes leges.prima distin.Et recolligendo omnia dicta Feli.dic,quòd licet trãsire,quando subest iusta causa,& necessaria,& transitus est innoxius. per.c. fin.23.quęst.2.& quando est penitus destructa, vt dictum est, & quando vadit per fundum domino non prohibente,siue sciuerit, vel ignorauerit,per.l.diuus.ff.de seruit.rusticorum prædiorum.& quando quis in necessitate vellet comedere vuas in agro alieno,& non aportare. capit. discipulos.de consecra.distinct.5.&ille,qui transiuit saltem.30. vicibus in vno anno per agrum alienum domino permittente, acquisiuit facultatem transeundi.l.in primo.iuncto.§. hoc interdicto.ff.de itiner.actu.priu.&de materia.vi.tex.& gloss.& ibi scribentes in lege per agrum.C.de seruitut.*Et vi.Peregrin.in par.damna. quæst. 6.in gloss. alieno. vbi etiam asserit, quòd si per viam publicam non potest transire, & aliquis immittit oues suas,vel alia animalia per fundum vicini,quòd non tenetur soluere damnum statuti, intelligens dummodo ciuiliter immittat, ita quòd fundum custodiat inquantum potest.* Et Guid.Papa cons.92.nu.1.& sing.626.& noster Montal.in reperto.ordina.in parte: itinera. Et quando quis potest ingredi in agrum alienum.vi.l.17.tit.28.part.3.&.l.15.titul.4.for.ll. libro tertio.& lex. qui seruandarum. ff. de præscri.verbis.

SVMMARIVM.

1 *Qui inter cassellas humorem fecit,cogitur ad eas purgandas.*
2 *Ædificans in solo publico, cogitur annuam pensionem præstare.*
3 *Ædificari potest quis in loco publico sola ciuitatis licentia.*

k Salidas. [k] Vi.tex.in.l.si quando.§.secũdum.ff.si seruit.vẽdi.ibi,respõdeo si in loco publico id fecisset, per interdictũ cogi posse.vbi Bald.Ang.dicunt,ꝙex illo text.
1 sumitur arg.ꝙ ille † qui facit sterquiliniũ,seu cacatorium,vel excrementum inter cassellas cogitur ad eas purgandas,si vltra solitum ibi facit humorem.&tex.ille loquitur in loco ad hoc nõ deputato.& vi.Bar.in.l.1.§.idem ait.ff. nec quid in loco publi. vbi quoque dicit, ꝙ si quis in loco suo facit aliquid,ex quo fœtor,vel putredo fit in via potest agi interdicto illius,ꝙ dicit menti tenendum.¶In proposito istius text.dic,quòd ædifi-
2 cans † in solo publico. cogitur per officium iudicis annuam pensionem pręstare,aliàs ędificium debet demoliri,vt in.l.1.C.de diuersis pręedi.lib. 11.Vide Pau.de Castro in.l. fluminum.ff.de dãno infecto.numer.2.& vide.l.23.tit.32.par.3.& tex.in.l.1.§.si quis nemine.ff.ne quid in loco publico.de quo vi.pragmaticam in libro pragmaticarum.71.& quæ dicam in.cap.23. infra eod.in glo.prima versi.quod extende.*Sed hoc intelligè,quando ædificat sine licentia ciuitatis: quia cum ea sola potest quis ædificari in loco publico.text.in.l.3.&.18.tit.22.par.3.& ibi Gregor. Lopez in gloss. *o del concejo*. quem vi.*

SVMMARIVM.

1 *Statuta debent confirmari, tamen factis à Castris & villis requiritur, quòd per ciuitates concilium confirmentur.*
2 *Statuta, quæ sunt bona, secundum exigentiam & con-*

& conseruationem publicam sunt confirmata ex propria naturali iustitia.

3 *Si rex iurat seruare statuta, intelligitur ea confirmare.*

4 *Papa, vel rex, confirmando priuilegia alicuius ciuitatis, vel ecclesiæ intelligitur cõfirmare, ea quæ sunt iusta.*

5 *In confirmatione feudorum intelliguntur feuda verè legitima confirmata.*

6 *Papa, si vellet, potest confirmare statuta contra libertatem ecclesiæ: tamen generaliter confirmãdo non videtur ea confirmare.*

7 *Licet Papa reprobet quædam statuta, per hoc nõ videtur alia approbare.*

8 *Licet papa, vel rex confirmet statuta valida alicuius loci, non propterea dicuntur statuta papalia, vel regalia, sed illius loci.*

9 *Papa licet confirmet excommunicationem, promulgatam solus episcopus ab ea potest absoluere.*

10 *Ratione confirmationis contractus quis non sortitur forum.*

11 *Confirmando rex statuta, non dicitur ea dare.*

12 *Confirmando Papa seu princeps priuilegia antiqua, nunquam intelligitur de nouo ea dare: fallit vt hic.*

13 *Confirmatio superioris supplet defectum solennitatis formæ, & personæ, quando superior est papa, vel princeps.*

14 *Ex natura confirmationis est adhibere robur, & validitatem actui confirmato, non autem illum extendere.*

15 *Confirmatio aliquorum statutorum, est reprobatio aliorum.*

16 *Statuta confirmata per superiorem an possint reuocari per statuentes sine licentia superioris confirmantis.*

17 *Si statuta confirmata sunt obscura, vel dubia, an possunt per statuentes declarari.*

18 *Duces & Marchiones an possunt confirmare statuta suorum locorum.*

19 *Superior potest inferiores cogere ad sua statuta exhibẽda, vt videat an super prohibitis, vel in derogationem iuris superioris aliqua sint ibi statuta.*

1 Proueeer sobre ello. l.s. reprobãdo, vel cõfirmãdo: quia talia statuta debẽt
1 cõfirmari per superiorẽ, i. per regem. tenet Bal. in l. humanum. nu. 2. C. de legi. quia anteaquam confirmẽtur talia statuta sunt imperfecta, & non ligãt. vt tenet Bal. in c. 1. de constitut. in principio. Nã licet populi possint facere statuta, non valẽt sine cõfirmatiõne principis. vt tenet Barba. in additio. ad Bal. in d. l. humanũ quod dicit esse notabile ad limitationem. l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. ¶ Et ꝙ talis confirmatio requiratur tenet idẽ Bald. in l. fi. C. de iurisdi. om. iudi. nu. 4. & Pau. de Castr. in l. priuatorũ. C. eod. tit. nu. 6. & per Bar. in d. l. oẽs populi. nu. 3. & 4. & ibi Alex. in addi. & idẽ Bar. in l. 1. ff. quod quisq; iuri. nu. 1, & idẽ tenet Ang. in l. si quod. C. de legatio. lib. 10. & Bal. in cõsi. 124. in 1. vol. in fi. & Feli. in c. cũ omnes. de constit. col. 13. ver. 2. limita, & est text. in c. cũ consuetudinis. de cõsuet. & tex. in c. cũ accessissent. de constit. ibi, sicut dicitur confirmatum. ¶ Sed contra Bal. & contra supradicta tenet Ias. in d. l. omnes populi. in repe. 8. col. nu. 35. in fine. dicendo, ꝙ cũ quilibet populus habeat facultatẽ faciendi statuta de iure, non requiritur alia confirmatio superioris quãuis aliter, & malè teneat Bal. in d. l. humanũ. & Cy. in l. fin. de iuri. om. iudi. ¶ Sed de consuetudine obseruatur contrarium. & sic dictum Bal. & sic debent confirmari à principe secundum Ias. vbi suprà. & sic in nostra Hispania vtitur, quia talia statuta confirmantur per senatores consilij regalis & si sunt noua, iubent ad petitionem cuiuscũq; non custodiri, nisi per eos videantur, & confirmentur. vt in isto tex. * Et. l. 8. styli quã vi. quin imo dicit ibi. quod est casus curiæ in quo conditores statutorum possunt vocari, citari, & conueniri corã rege super dictis statutis per eos factis. * Et circa hoc quotidiè prouisiões emanãt. Quod est cõtra pragmaticam. 47. in vol. pragmat. vbi tenet, ꝙ non suspendantur appellatione pen-

salidas [k] de lugar este ansi mismo limpias, y desocupadas, y las ordenanças que ansi enmendarẽ, o de nueuo hizieren, embie a nos el traslado, para que las mãdemos ver, y proueer sobre ello [l].

dente.quam vi.¶Et tene,ꝙ quemadmodum sta
tuta condita à ciuitatibus confirmantur à prin-
cipe,ita eod.modo confecta à castris,vel villis,vt
valeant, requiritur quòd per cõcilium ciuitatis,
cui subiacent cõfirment, approbẽturq; vt tenet
Bar.in.l.si quod extra ordinarium.C.de legatio.
lib.10.nume.4.in fine,quem sequitur Bal. in. d.
l.omnes populi.col.2.nu.3.&noster Montal.in
l.1.tit.7.lib.1.fori.in glo.in rem. & facit quod te
net Bald.in rub.de cõstitutio.nu.21.* Et Greg.
Lopez in.l.12.tit.1.par.1.gl.fi.in fin.* ¶Tamẽ
2 si statuta sunt bona secundum exigentiam † &
conseruationem publicam illius loci, nõ indigẽt
alio directore:quia confirmata sunt ex propria
naturali iustitia.vt Bal.in.dicta.l.omnes populi.
nu.2.vers.modo restat.¶Nec hoc habet locum
in statutis mercatorum,&aliorum artificũ,quia
ista statuta sunt confirmata à iure communi, &
ideo non est necesse quòd confirmentur per .l.
municipalem,nec per superiorem . vt in.l. rece-
ptitia.& ibi Bal.C.de constitu.pecunia. & tenet
Bal.in tract.statu.in part. artifices.* Contrariũ
tenet Peregrin. in part.iudex.q.3.in gloss.artifi
ces,in fin . quòd talia statuta artificum nõ valẽt
nisi confirmentur per superiorem, vt per Bal.in
l.per iniquum.C.de iur.omn.iud.* ¶Tamen si
3 rex † iurat seruare statuta ciuitatis,per tale iura-
mentum talia statuta dicuntur ab eo confirmata
esse.vt tenet Hippoly.de Marsi.in singula.71.al
legando Bal.in consi.284,incipiente. per statu-
tum.aliàs incipit.verba Iacob.de Aretio.in prin
cipio vol.quod Baldus ibi in expresso in fine te
net,dicendo,cùm igitur illustris dominus ciuita
tis Astensis iurauerit seruare statuta ipsius ciuita
tis,per hoc videtur cõfirmasse ipsa statuta. quia
iuramentum firmat actionem. allegat text. in.l.
cum pater.§.filius matrem.ff.de legat.2. ꝙ facit
pro ciuitatibus huius regni:quia dum rex noui-
ter intrat in eas,ad portam ciuitatis, anteaquam
intret,iurat seruare consuetudines,priuilegia, &
statuta ciuitatis,quia postea nõ requiritur quòd
per eum iterum cõfirmẽtur,*Et idem tenet Ro
landinus à Valle consi.29.nu.31.vbi facit festũ
de dicto singul Hippolyt.de Marsi.*Et tene. ꝙ
quando Papa,seu rex confirmat statuta alicuius
4 ciuitatis,vel ecclesiæ,intelligitur † cõfirmare ea,
quæ sunt iusta.vt notant Bart. & doctores in.l.
prima.per glo.ibi.ff.de his qui sunt sui vel alie.
iur.& idem tenet Bal.in. c.in præsentia. de pro-
batio.5.columna & in.l.cùm oportet. in princi-
pio.C.de bonisque liber. & in.l.lege. prima co-
lumna.ff.de constitutio. principis . & notabili-
ter in capitulo.primo per quos fiat inuestitu. in
vsi feudo.& tenet Ias.in.l.more.ff.de iuri.om.iu
di.numero.37.& additio Abb.in capitulo.inter
dilectos.de fide instrumen.in additione,quę est
in verbo,priuilegium . & tenet Socin . in fallen.
suis.in parte, lex generaliter. versi. fallit ratione
præiudicij.¶Et licet rex, seu Papa cõfirmet sta-
tuta, non valent si sunt cõtra bonos mores & iu
stitiam naturalem.vt tenet Baldus. & dicit men
ti tenendum in capitulo. ad nostram.de proba-
tio. numero. secundo. quia rex & regnum non
possunt approbare consuetudinem inhonestã,
& pestiferam.Quia vt dicit Innocentius,consen
sus regis nullum tanquam iniquæ legi robur tri
buit:nec potest dici,quòd iura naturalia possunt
reges distinguere.vt.C,si cõtra ius vel vtilit pu-
bli.l.final.quia in hoc nulla cadit ratio distincti-
ua,vnde non esset distinguere , sed perimere se-
cundum Bal.vbi supra.¶In confirmatione quo
5 que feudorum intelliguntur † solum confirma-
ta feuda verè legitima,& non alia.tex.in capi.1.
& ibi Bald.in dict.titulo.per quos fiat inuestitu.
& in capitul.ea quæ de re iudic.& Ias. vbi suprà.
numero.38.¶Et ita dicit ibi in numer.39.quòd
6 si Papa vellet,posset confirmare † statuta cõtra
libertatem ecclesiæ.vt notatur in capitulo. 1. de
transact.Tamen generaliter confirmando Papa
statuta,non intelligitur confirmare ea quæ sunt
contra libertatem ecclesiæ.vt Baldus in dicta. l.
omnes populi.8.columna.& in capitul.venien-
tes.de iure iurand. & dixi in gloss. prima. istius.
capituli.& idem tenet Ias.in dicta.l. omnes po-
puli.numero.36.¶Facit quòd notat Baldus. &
Imola.in.l.legata inutiliter.ff.de legatis. primo.
7 vbi ait,quòd licet Papa † reprobet quædam sta
tuta,per hoc non videtur confirmare alia inuali
da:quia confirmatio statutorum generalis non
extenditur ad inualida.vt Alexand. in consilio.
38.in quarto volumine.¶Et licet Papa,vel Rex
confirmet statuta alicuius loci , valida non pro
8 hoc dicuntur † statuta papalia,seu regalia,sed il-
lius loci. vt tenet Baldus. in.l. ex placito , tertia
columna.C.de rerum permuta.& Felinus in ca-
pitulo.primo desponsal.quarta columna. ¶Ad
idem facit quod notat Baldus in proœmio De-
cretali.super verbo,rex pacificus,vbi ait,quòd si
9 Papa † confirmat excommunicationem factam
ab episcopo , tamẽ solus episcopus potest absol-
uere.& facit bene text.in capitulo.nuper de sen
tẽtia excommunicationis vbi episcopus potest
absoluere ab excõmunicatione canonis.¶Quo
que facit:quia licet ratione contractus quis sor-
tiatur forum.l.hæres absens.§.final.ff.de iudi.ca
pitul.Romana.§.contrahentes. de foro compe-
ten.in.6.tamen si aliquis facit cõtractum in vno
10 loco,deinde in alio confirmauerit,† nõ sortitur
forum

forum in loco confirmationis. vt in. l. si quis in legatione.ff.de iudicijs.& ibi solus Ludoui.Roma.adhoc allegat illum text.& dicit esse perpetuò menti tenendum: quia nescit eum alibi.prout tenet Ias.in dicta.l.more.ff.de iuri.omn.iudi.

11 numer.29.¶Confirmando † rex ista statuta, nō dicitur dare.vt est text. solennis in. l. si donare. §.primo.ff.de donatio.inter vir.& vxor. & glos. singula.in summa.25.quæstione.2. Et facit quod tenet glossa.in.l.ex verbis.in versicul.cui.C. eo.

12 titulo.de dona.inter.vir.& vxo.vbi Papa, † vel princeps confirmando priuilegia antiqua, nunquam intelligitur de nouo dare, sed ea confirmare, prout sunt & vi.gloss.in capitul. quis nesciat. 11.distinctio.in verbo authoritate.vbi vide. Sed quid operetur cōfirmatio? Dic quòd tria. vt per gloss.in capitul.frater.17.quæstion.4.¶Et facit quod voluit Innocen.& Ioan.Andre.in capitu. dudum de decimis.vbi dicit, quòd quando apparet principem confirmantem voluisse de nouo inducere. in dubio præsumitur confirmasse eo modo, quo potest de iure communi, non autem de plenitudine potestatis. ¶Et facit quòd tenet Paul.de Castro in.l.conuentionum.ff.de pactis. numero.2.vbi dicit, quòd qui confirmat, non disponit, nec dat, sed datum roborat. Et facit quod tenet Abb.in capitul.ex parte.& in capit. quia. de priuileg.& in capitu.inter dilectos. de fide instrumen.vbi latissimè Felin.9.colum. vbi ponit regulam quando confirmans videatur de nouo dare, cum pluribus fallentijs.¶Sed ista regula dicit Bartol.quòd fallit, quando actus est nullus: quia qui confirmat, dat.vt in.l.adoptio.la secunda.& ibi notat Angel.ff.de adoption.adde text. vbi est gloss.in.§.fina.Institu.de tutelis. vbi Bal. Sed ista fallentia non semper procedit in principe: quia confirmando electionem inualidā, non intelligitur eam validare, nisi faciat ex certa sciētia.& vt tenet Bartol.in.l.si constat.ff.de appella.in.2.notabil.prout tenet Iaso.in dicta.l.more. numero.30.¶Vbi, in.num.31.tenet q̄ quoque fallit, quando quis confirmat actum imperfectū nam dicitur perficere, & dare. Et vide Hippoly. de Marsil.in singula.196.vbi dicit, quòd confirmatio superioris validat inualidum.& Syluestrina in parte, confirmatio.& vi.gloss.in dict.capitul.frater.17.quæstio.4.& in dict.capi. quis nesciat.11.distinctio.¶Tertio fallit, quando actus dependet à potestate confirmātis, & apparet eū de nouo velle confirmare.l.querebatur.ff.de milit.testa.secundum Ias. vbi suprà. ¶Quartò (vltra Bar.& docto.secundum Ias.ibi.num.33.) fallit, quando quis confirmat actum tanquam factum, qui in veritate nunquam fuit actus, nā censetur de nouo dare.text dicit esse notabil.in.l.si donatio.& ibi ad hoc Bald.notat.C.de donatio. & idem tenet Bald.in.l.antepē.C.si aduersus rē iudi.¶Sed si priuilegium confirmationis impetratum à Papa, vel à principe est subreptitium, putà, quia est confirmatorium alicuius instrumenti quod erat falsum, vel alicuius contractus simulati, & de his non sit facta notitia Papæ, vel principi confirmanti, talis cōfirmationis.l. penitus operatur, etiam (quod est fortius) si in confirmatione apponantur illa verba. cōfirmamus actum si de se est validus, aliàs de nouo concedimus.nil operatur, etiam si adesset (quod est fortius) clausula supplentes de plenitudine potestatis omnes defectus tām iuris, quàm facti, si qui sunt. adhuc stantibus omnibus istis clausulis cōfirmatio nil valet, & nil operatur, propter vitiū subreptionis.vt latè per Abba.in dicto capitul. inter dilectos.de fide instru.colum.7. numer.8. & ibi per additionatorem, in parte, priuilegium. & tenet Iaso.in dicta.l.more.numero.35.&.36. ¶Adde tu quoque in materia confirmationis, quod tenet Bald.in.l.final.ff.de testamen.tutel.

13 vbi ait, quòd † confirmatio superioris supplet defectum solennitatis, defectum formæ, & defectum personæ, quod dicit valde notandum. Quod intelligit Iason, vbi suprà, numer.40.quo ad defectum iuris ciuilis, non autem iuris naturalis, vel gentium, putà, consensus, secūdum Angel.in.l.adoptio.ff.de adoptio.allegat Innocen. in capitulo.nil.de electio.facit authentic. sacramenta puberum.C.si aduers.vendi.¶Sed hoc intellige in Papa, vel imperatore: quia nullus inferior à summo principe, etiam si esset Cardinalis de latere, potest confirmādo supplere defectum solennitatis omissæ in contractu.vt docto.in capitulo.primo.de transactio.vbi Anton.& Abb. & Bald.hoc notant.¶Aduerte quoq;, quòd ex

14 natura † confirmationis est, adhibere robur, & validitatem actui confirmato, non autem illum extendere, vt notabiliter Bald. in.l. aduersus. in fine.C.aduersus rem iudicatam.& in.l.nominationes.in fine.C.de appellatio.& vtrobique allegat.text.notabilem cum gloss.in.l. Aurelius testamento.ff.de liber.lega.& idem tenet Bald. in capitulo.primo.in principio.per quos fiat inuestitu.in vsi.feudorum. vbi voluit post Innocen. in capitulo.dudum.de decimis.quòd si certa priuilegia confirmentur per Papam, non intelligitur confirmare, vt aliquod ius nouum detur, nisi aliter constet de intentione confirmantis. ¶Et facit quod tenet Bald.in capitul.decernimus. de iudi.colum.2.loquēdo in principe confirmante iurisdictionē delegatā, quæ erat nulla. Sed hoc li

mitatur, nisi princeps confirmaret ex certa sciē
tia, quia tūc propter clausulā, ex certa sciētia, nō
solum dat robur actui confirmato, sed etiā illud
extēdit, vt tenet notabiliter Bal. in d. ca. ex par
te, in fi. & in d. l. nominationes. tu vide glossa. in
terminis, in c. dudū. in verbo, cōcessione prædi
cta. de decimis. quam limita vt per Abb. ibi. & te
net Ias. vbi suprà. numer. 42. ¶ Adde quoque, ꝙ
15 confirmatio aliquorū † statutorū est reprobatio
aliorū inualidorū examinatorū. vt Paul. de Ca
str. in l. legata inutiliter. ff. de leg. 1. & Alex. in d.
consilio. 38. in 4. volu. & Bart. & Dy. in d. l. lega
ta. dicunt, ꝙ cōfirmatio vnius capituli, vel statu
ti de pluribus sapit reprobationē aliorū. ¶ Post
quam talia statuta sunt cōfirmata, an possunt re
16 uocari per statuentes, sine licentia † cōfirmātis?
Glos. in d. c. frater. 17. q. 4. tenet quòd sic. in gl. fi.
in fine. & tex. in c. 2. de cōfirma. vtili vel inuti. &
Abb. in c. 1. eius titul. & glos. in authen. de defen
so. ciuita. §. interim illud. in verbo, remouendi.
collat. 3. ¶ Bald. in c. 1. in gl. super verbo nos Ro
manorū. de pace cōstā. in vsi. feudo. & Bal. in l.
omnium. C. de testa. in fi. & ibi doct. & idem tenet
Aug. in l. Paulus. la primera. ff. de re iudi. in fin.
dicēdo, ꝙ ab statuto populi cōfirmato per prin
cipē, statuentes possunt recedere, & reuocare, &
dicit esse menti tenendū. & hāc opi. tenet Alexā.
in d. l. omnium. nu. 3. cum qua transeunt docto.
ibi. Salyc. & Fulgo. & Petrus de Ancharra. in re
pet. c. canonū statuta. de cōstitu. vers. sed hic inci
dēter quæro. & facit text. in cap. dilectis. de præ
bēn. ibi. clausula prohibitionis adiecta à contra
rio sensu. Et Abb. ibi dicit, ꝙ statuta collegij con
firmata per superiorem, possunt reuocari per so
lum collegiū. est text. in c. cū accessissent. de cō
stitu. ¶ Quod intellige verū, nisi superior adiecis
set clausulam illi cōfirmationi. s. ꝙ si cōtra fieret,
nō valeret, secundū Alex. in d. l. omnium. nu. 3.
& Ias. ibi. nu. 7. versi. limita. vbi dicit, ꝙ ideo de
bēt esse cautæ cōmunitates quando faciūt cōfir
mari statuta à principibus, vt nō permittant ap
poni clausulā decreti annullatiuā. quia etiā si cō
firmatio sit facta mero & puro fauore statuētiū,
tamē per dictā clausulā annullatiuā videtur su
perior habere pro illicito quicquid postea statuē
tes in oppositū attētarēt, secūdū Abb. in d. c. di
lecto. nu. 4. & Ioā. de Anna. in c. quia frustra, de
vsuris. de quo per Ias. vbi suprà. Et circa hanc. q.
vi. quę dixi suprà, in isto tex. in gl. *las hara*. nu. 21.
vsq; in fine. & vi. Roma. in consil. 116. & in con
silio. 65. 1. colū. & Cardi. in cōsi. 130. & Lapum.
allegatione. 86. & Oldraldū cōsil. 259. in prin
cipio. 2. col. † Et adde ꝙ tenet. Ioan. de Imol. in l.
ex facto. ff. de vulga. & pupil. ꝙ si superior cōfir
mat statutum inferioris, & apponit clausulā de
creti, ꝙ nec inferior nec dominus potest reuoca
re illud statutum, sed nec interpretare: quem se
quitur Barba. in rubri. de fide instrumento. col.
17 26. * ¶ Sed quid si ista statuta sic † confirmata
sunt obscura, vel dubia, an isti statuētes possunt
ea declarare? Bal. in l. ex facto. ff. de vulgar. & pu
pilla. in principio, dicit, quòd credit quod statu
ta cōfirmata à superiore, ꝙ interpretatio eorum
pertinet ad superiorē: quia sicut habet ius potē
tius in statuēdo, ita habet ius potentius in inter
pretando, vt ibi. & in l. fi. C. de legi. & idē tenet
Angel. ibi, in principio: dicēdo, ꝙ si statuta ancia
norum essent authoritate apostolica confirma
ta, Papę esset interpretatio, ad quem pertinet di
stinctio. allegat. l. quia. ff. de iurisdi. omn. iudi. &
d. l. fi. de legi. & Alexā. ibi in d. l. ex facto. nu. 7.
dicit, ꝙ Imol. ibi dicit hoc verū eo casu, quo anti
qui, id est, rectores ciuitatis cōdere non possunt
per se solū statuta, absq; cōfirmatione sedis apo
stolicæ, sed vbi anciani cōdere possunt per se so
lum statuta absq; cōfirmatione sedis apostolicę
vel regis, quamuis postea sint confirmata à sede
apostolica, nō obstāte hac confirmatione, pote
rūt ipsi interpretari: quod sequi videtur ibi Ale
xād. Sed dicit hoc limitari, nisi esset apposita in
confirmatione ista clausula. decernimus irritum
quicquid cōtra factū fuerit, & dicit ꝙ idem vo
luit Barto. & communiter alij excepto Bald. in
d. l. omnium. vbi præfati doctores distinguūt, an
tale statutū poterat fieri per statuentē sine cōfir
matione, aut nō, quia eadē solēnitas quę requiri
tur in statuēdo, & confirmando, eadē requiritur
in interpretādo. d. l. si vt proponis. C. de nupti.
auth. si cōtra. C. de testa. secūdū Alex. vbi suprà.
¶ Sed occurrit mihi dubiū. Aliquis dux, vel mar
18 chio, † seu comes, vel alius dominus temporalis,
qui villas, loca, & iurisdictionem in eis habet si
confirmat statuta facta per sua loca, vel castra si
requiratur alia confirmatio regis, vt ex eis iudice
tur? Credo ꝙ si in suis terris habēt regalia, ꝙ alia
confirmatio non requiratur, licèt cōtrarium fit
per senatores consilij regalis, qui ad petitionem
cuiuslibet iubent dicta statuta ad consilium por
tari, & ꝙ non vtātur eis, donec per eos sint ap
probata: quæ confirmatio, & approbatio regis
nō est necessaria: quia qui habet regalia, per sua
priuilegia potest confirmare statuta, quę confir
matio habet vim priuilegij, ita tenet Bald. in con
silio. 110. in 1. volu. in 2. col. versic. sed ad idem,
facit fortius, & dicta cōfirmatio facit ius inter o
mnes in suo territorio commorātes, & in suo ter
ritorio possunt omnibus legem dicere, qui inter
ritorio ingrediuntur, quia talis lex prædio da
tur ad

tur ad instar cõfessoriæ & negatoriæ; in quibus non distinguitur vnde sunt. vt in. §. æquè. Institu. de actio. & in. l. si quis diuturno. §. fin. ff. si seruitus vendi. secundum Bald. in d. consilio. ¶ Et facit, quod tenet idem Bal. consil. 128. in. 3. vol. vbi tenet, quòd statutum põt cõfirmari, per magistratum habentẽ merũ imperiũ. vt in. l. 1. §. 1. ff. quod quisq; iuri. & in. l. multi. C. de senten. interlo. om. iudic. ¶ Quinimo teneo, q̃ isti duces, marchiones, & comites, & alij dñi tẽporales huius regni iurisdictionẽ temporalẽ habentes perpetuã, licet nõ habeant regalia in suis villis, seu locis, statuta sua sunt ius ciuile potius, quã prætoriũ, & non indigent cõfirmatione regis. Quia isti duces, & cæteri domini tẽporales in suo ducatu, seu comitatu assimilantur magis principi, quã præsidi, vt tenet Bald. in. l. receptitia. C. de cõstitu. pecu. in princip. licet aliqui allegent gl. in contrarium in titul. si de inuestitura. inter domi. & vasall. orian. in vsi. feud. ¶ Sed si isti domini sunt temporales, vel ad beneplacitũ superioris, tunc non æquiparãtur principi in suo comitatu, nec statutum suum est ius ciuile, sed prætorium. Secus, vt dictum est, si sunt perpetui, cuius dignitas, & iurisdictio transit in filios, tũc æquiparantur principi, & statutum suum est ius ciuile, & non indiget alia confirmatione regis. vt tenet Salyce. in. d. l. receptitia. & sic põt intelligere dict. gl. contrariã. Et ad hoc facit tex. in. l. 12. tit. 2. part. 2. vbi duces, & alij domini tẽporales, qui ex successione hæreditaria in suis terris habent merum imperium, possunt cõdere legẽ, & forũ: cum populi volũtate & cũ per istã. l. cõcedatur dño leges seu statuta facere, non indigẽt alia cõfirmatione. Et ita teneo q̃ si populus statuta cõdidit, si confirmãtur à dño loci, quia per suã confirmationem visus est consentire, & facere vnà cum populo suo, non indigent confirmatiõe regia, quia per. d. l. par. habent potestatẽ faciendi. ¶ Sed hoc intelligo, dum tamen non statuat cõtra ius. vt in expresso tenet Ias. in repet. l. omnes populi. ff. de iust. & iur. nu. 35. in fi. vbi quoq; dicit, q̃ quilibet populus habet facultatẽ faciendi statuta, & non requiratur alia confirmatio superioris, licet Bal, & Cynus. teneant aliter, & malè secundum eundem Iasonem. ibi, quem vide: & hoc in terris regalibus, licet contrarium obseruetur de consuetudine, quanto magis in terris dominorum, quia sufficit sua confirmatio, cùm ex dispositione dict. l. partit. possunt ea condere, & sine vlla confirmatione valent, quia habẽt à superiore authoritatem præcedentem faciẽdi. per. d. l. nam si non haberẽt, requirebatur authoritas accedens. vt tenet Bal. in. c. cùm omnes. de constitutio. num. 23. * Et quia sicut artifices possunt inter se facere statuta, & sic facta per eos sunt confirmata à iure communi; & ita non est necesse q̃ confirmentur, vt dixi suprà. nume. 2. & tenet Bald. in tracta. de constitut. nu. 9. tomo 8. tracta. fol. 22. Ita inquit fore in statutis factis à dominis vnà cum populo: quia videntur per. d. l. partita: cõfirmata. * ¶ Sed cõtra hoc tenet Angel. in. l. imperium. ff. de iuris. om. iudi. col. 3. versicul. ex prædictis, & ibi Barba. in additionibus ad Bar. in additione quæ est in nu. 8. vbi dicunt, q̃ si datur alicui ciuitas, non datur licentia condendi leges, vel statuta, quòd dicit notãdũ. Sed hoc non obstat, quia licet per dictam donationem non detur sibi potestas legem cõdendi, datur sibi per dict. l. part. Vel aliter, licet ipse solus non possit condere, secus vnà cum populo suo, vt ibi. ¶ Sed quicquid sit de iure, semper video, quòd talia statuta, maximè in supremis audientijs regalibus non custodiuntur, nisi sint confirmata per regiã potestatẽ, nisi dicta statuta sint antiqua, & vsitata. ¶ Et quia isti populi, & eorũ domini non possunt statuere, nec cõdere cõtra ius regium, vel commune, vt Bald. in. d. l. omnes populi. col. 5. versi. sed hic dubitatur & l. formã. C. de offi. præfe. Alex. in. l. nemo potest. ff. de lega. primo. colum. prima. & Abb. in capit. quòd pro his. de maiorita. & obedi. & Innoc. & Abb. in capitul. final. de offici. legat. quia si par in parem non potest statuere, multo minus inferior contra legem superioris ca. cùm inferior de maiorita. & obedi. l. nam & magistratus. ff. de arbitris. * Et vi. Grego. Lop. in. l. 12. tit. 1. par. 1. in gl. *sobre las gentes.* & in glo. *otro ninguno.* * Est vtile vt dicta sua statuta videantur per senatores regalis consilij, vt aboleantur de libro, & capitularibus, si qua sunt contra ius, & senatores cõsilij illico debent ea videre, examinare, & tradere dictis villis, & locis, ea quæ sunt vtilia, & pendente examinatione, non debet suspendi effectus nec executio dictorum statutorum, nec dictæ villæ, seu loca sint sine regimento, & gubernatione, vt tenet dicta pragmati. 47. in libro pragmati. * ¶ Adde, quod põt superior cogere inferiores ad exhibẽdum sua statuta, vt videat, an super prohibitis, vel in derogationem iuris superioris aliqua sint ibi statuta, vt Bartol. in. l. sub prætextu. de extraor. crimi. Bald. in. l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. & tenet Ancharra. in repet. capitu. canonum statuta de constitutio. columna. 87. & vid. suprà, in capitulo secundo. in glos. *confederacion.* numero. 13. *

Prætorũ. Cap. XVII. finis.

SVMMARIVM.

1 *Domus publica dicitur, in qua iustitia, & rectores ciuitatum congregantur ad concilium faciendum, & ad gerendum negotia vniuersitatis.*

2 *Ciuitas debet esse coadunata tuba, vel campana, edicto, vel nuntio.*

3 *Si rectores in platea aliquid fecerunt, non diceretur ille actus factus ab vniuersitate, sed à singulis.*

4 *Domus publicæ non debent conuerti in vsibus priuatorum.*

5 *In domibus publicis debent habitare correctores, & non in domibus priuatorum: & si non sunt domus publicæ, de publico debent conduci, vt in eis habitent.*

6 *Index cum primum ad vrbem accedit, debet videre, & visitare publica horrea, seu domos bladorum, vt si indigent reparatione, reparentur.*

a DE concejo. [a]Quod dicitur public[9]

1 locus † in quo debent conuocari iustitia, & rectores ciuitatum ad cōcilium faciendum, & ad gerenda negotia vniuersitatis. vt glossa in l. sicut. ff. quod cuius vniuers. nomi. & probatur in l. prima. eius titul. & est tex. in l. obseruare. C. de decurio. libr. 10. in verbo curiā. & ibi Ioan. de Plat. col. 1. & Luc. de Pen. vbi exponit. i. ad prætorium, vel palatium publicū. vt in l. 3. C. de operi. publicis. & in l. decurio. eius titul. dicit, ꝙ est locus, vbi conueniunt, & morantur decuriones, vel dicitur curia conuētus decurionum & talia concilia vniuersitatū fieri debēt in curijs vel palatijs. vt per Pla. in d. l. obseruare. ¶Ad hoc faciendum debet ciuitas esse adunata

2 † secundum cōsuetudinem, vel tuba, vel cornu, campana, vel edicto, vel nūtio. Et de hoc in actu vel syndicatu est opus vt fiat mentio, aliter non valeret actus. vt est casus in l. actuarios. C. de numerarijs actuari. lib. 11. & gl. in l. ita tamen. ff. ad Trebellia. in princ. & tenet Ange. in §. ꝙ si tuto. Institū. de curato. nu. 8. ¶In tantū, ꝙ si isti recto

3 res † ciuitatū essent in platea, & aliquid facerēt, nō diceretur ille actus factus ab vniuersitate, sed à singulis: quia ad hoc vt actus dicatur gestus ab vniuersitate, oportet, ꝙ more solito congregentur. vt in d. gl. dict. l. sicut. & ad hoc est notabilis secundum Abba. in capitul. cum omnes. de constitu. colum. septima. numero septimo. quasi in fine, & ibi per eum, & per eius additiona. quando dicatur actus gestus in communi, & ab vni-

4 uersitate. ¶Et istæ domus † publicæ non debēt conuerti in vsibus priuatorum. vt in l. tertia. C. de operibus public. ¶In quibus domibus publicis debēt habitare † isti correctores, & officiales, & non in domibus priuatorum. vt tenet Paris de Put. in tracta. syndic. in parte, expensæ

Prætorum. Cap. XVIII. 5

OTrosi se informe, si ay casa de concejo, a y car-

quidam. fol. 110. nu. 5. & in l. 1. C. d palati. & domi. domesti. lib. 11. & ibi glo. & Ioan. de Pla. vbi non licet habitare in domibus, vel palatijs principis nisi sint iudices, & officiales publici, quib[9] non licet habitare in domibus priuatorū. nec cū eis conuersationem habere: quia nimia familiaritas parit contemptū, vt in l. obseruādum. ff. de offic. præsi. sed debēt habitare in dictis publicis domibus, vt eorū reparationi prouidere cōpellātur: & si non sunt domus publicæ, de publico debēt cōduci, vt in eis habitent. vt Plate. vbi suprà. De quo vide quæ posui in cap. 8. suprà eod. in glo. *por sus dineros.* ¶Et cum primum iudex accedit ad vrbem, primò debet videre, & visitare

6 † horrea, seu domos bladorū, si quē patiūtur defectū tecturæ, vt illas faciat reparare, ne pluuijs frumēta deuastentur: aliàs si in hoc & ipse, & sui officiales fuerint negligētes, ad eius præsidis dānum redūdabit. text. & ibi Plat. in l. cū ad quālibet. C. de cōdi. in public. horre. libro. 10. & text. in l. siue in aliquam. ff. de offi. proconsu. quia est maxima incuria. i. negligētia cuiuslibet administratoris sarta tecta non reparare, id est, domos denudatas nō cooperire, & ꝑmittere, ꝙ res pluuijs deuastentur. secūdū Plat. in d. l. cū ad quālibet. Quinimo secūdū Lucā de Pē. ibi, debēt facere, ꝙ in istis domibus publicis aliqui habitēt: qa domus inhabitata deterioratur, & facilis est ædificiorum ruina, incolarum subtracta custodia, & facit iste text. ibi, *se informe.*

SVMMARIVM.

1 *Carcerans inuentus ad pœnam, vel ad custodiam.*

2 *Carcer est duplex.*

3 *In criminali tenet sententia ipso iure, licet iudex ponat maiorem pœnam, quàm debuerit, nec dicitur error expressus in sententia.*

Liber

4 *Liber homo, an potest damnari ad carcerem.*
5 *De iure ciuili an potest poni pœna perpetui carceris.*
6 *Carceratio an debet esse in loco publico, & si potestas iussit aliquem custodiri, cuius expensis custodiri debet.*
7 *Si iudex, vel custos carceris bene non custodiuit captum, & fugit, tenetur soluere pro eo illud pro quo erat captus, sed non alia debita. vt infra, numero. 8.*
8 *Potestas tenetur, si captum aufugit, licet captus sit traditus custodibus carceris. vi. hic.*
9 *Si potestas deputauit hominem fidelem pro carceris custodia, approbatum in illo officio, qui postea aufugit cum carceratis, non tenetur, cum non sit quid sibi potuit imputari. Et idem in tutore, qui posuit alium loco sui.*
10 *Commentariensis, qui alicui commisit carceres, qui tempore custodiæ diligens, & sufficiens reputabatur, si postea mutauit mores, non tenetur talis commentariensis.*
11 *Si potestas iussit aliquem custodiri, & custos eum non carcerauit, quia erat nobilis, & honestissima persona, sed fidei eius commisit, qui fugam arripuit, talis custos non tenetur.*
12 *Tutor, vel curator, qui deposuit pecuniam minoris apud campsorem, ad cuius fidem communiter recurrebatur, non tenetur pro dictis pecunijs per fugam, & cessationem dicti campsoris.*
13 *Custos carceris an teneatur eadem pœna, si captus aufugit.*
14 *Custos eo ipso præsumitur in culpa, & negligentia, quando reperitur captus malè custoditus. Ideo custodi incumbit onus probandi, quòd sine culpa, & negligentia aufugit.*
15 *Custos quomodo debet probare diligentiam custodiæ, vt non teneatur, si captus aufugiat.*
16 *Custodi parcitur, quando carceratus rumpit murum in loco absconso, vel sub terra, nisi permisit in carcere ferrum immiti.*
17 *Si carceratus mortuus est in carcere, potestas tenetur, nisi probet, quòd nō dolo, nec culpa mortuus sit.*
18 *Carcerarius potest torqueri eo ipso, quòd carceratus aufugit.*
19 *Exhibendo potestas custodem carceris, an liberetur.*
20 *Custos carceris quando non est in dolo, punitur pro modo culpæ arbitrio iudicis.*
21 *Custos, qui non custodiuit captum, qui veniebat absoluendus, vel qui per gratiam debebat relaxari, non tenetur.*
22 *Captus iniustè, & fugiens, non tenetur.*
23 *Carcerarius non potest liberare carceratum absque suo periculo, sine licentia iudicis.*
24 *Si non reperitur quis fecit carcerari vel recommendari captum anteaquam relaxetur, bannimenta debent fieri.*
25 *Licet quis sit indebitè carceratus, non debet relaxari sine licentia iudicis.*
26 *Carcerarius excusatur, si in carcerem permisit lucem ingredi, & fenestram cancellatam aperuit, ne capti macerarentur.*
27 *Carcerarius non est in culpa, nec in dolo, quando consanguinei carcerati intra lignum perforatum, vel intra panellos, aut intra vnam tabulam ferrum imposuerunt, cum quo carceratus catenas limauit,*
28 *Carcerarius excusatur, si ipse de nocte dormitet in domo carceris, vel si de die carcerati insurrexerunt contra ipsum, & eum ligauerunt, seu vulnerauerunt.*
29 *Si carcerarius ex consuetudine habet camaram, vel mansionem in palatio separatam à carcere: vel si de nocte dimissis carceratis bene clausis, & ipsi ruptis catenis, & ianuis euaserunt, talis carcerarius non tenetur.*
30 *Carcerarius, qui de nocte solitus est accedere ad domum suam ad dormiendum, hoc faciens, non censetur in culpa. Et etiam si dormiebat in carcere, & somno grauatus carcerati fugerunt non tenetur, dummodo ante dormitationem diligentiam fecerit. Et idem si muri, & portæ carceris, & tectum erat fragile, vel*

vel carcer stabat in aliqua domuncula lignea, vel stabulo ex quibus quis poterat faciliter euadere.

31 *Custos excusatur, si non custodiuit ita bene senem sicut iuuenem, seu eum, qui traditus est ligatus. Et excusatur, si violentia sibi fiat.*

32 *Carcerarius an excusetur, si filius, vel vxor carcerati induat se veste mulieris, & in carcerem intrauerit, & induit vestes carcerato, qui exiuit carcerem in forma mulieris.*

33 *Quid si carceratus euasit à carcere miraculose.*

34 *Si officialis, qui non habet carcerem recomendauit in carcerem potestatis aliquem delinquētem, qui inde cū alijs fugit, an teneatur carcerarius, an custos carceris teneatur; si potestas posuit alium custodem.*

35 *Eximens captum à carcere, vel à manibus familiæ, qua pœna puniatur.*

36 *Fugiens à carcere, an habeatur pro factore, & condemnato.*

37 *Captus fugiens cum omnibus captis, vel cum maiore parte, custode ignorante, præsumitur delicti reus, secus si alias fugiat.*

38 *Captus pro inquisitione criminis specialis habetur pro factore fugiens à carcere. Secus si est captus pro generali inquisitione.*

39 *Fugiens à carcere cum effractione, vel conspiratione, habetur pro confesso. Secus si aufugiat sine fractione, quia pro confesso non habetur sed pro motu iudicis punitur.*

40 *Fugiendo à carcere publico aperto, non habetur pro confesso. Idem si per muros carceris fugiat, sine vlla fractione. Et idem si fractis compedibus, exit per hostium, quod inuenit apertum. Vel si aufugit de palatio, potestatis.*

41 *Carceratus iniustè, licet fugiat, non punitur.*

42 *Carceratus iniustè, vt euadat, si aliter euadere non potest, licet sibi occidere custodes carceris illicitè ipsum custodientes, & non tenetur de homicidio, nec de fracto carcere. Imò talis captus iniustè si non fugit, si potest, capite punitur.*

43 *Iniustè carcerato licitum est iuramentum rumpere.*

44 *Fugiens à carcere animo redeundi, non dicitur fractor carceris.*

45 *Mulier fugiens à carcere causa euitandæ libidinis, non punitur, quia licitum est sibi fugere, & custos carceris punitur si cognouit mulierem captam.*

46 *Quid si exiuit causa implendi votum.*

47 *Muliere effugiente de carcere mulierum, & eunte ad carcerem virorum, an dicatur frangere carcerem.*

48 *Fugiens à carcere propter nimiam sæuitiam iudicis, vel propter eius minas atroces, an habeatur pro fractore.*

49 *Bannitus excusatur, si non comparet, nec mittit procuratorem, si timet vim sibi inferri.*

50 *Fugiens à carcere, & illico vadens ad superiorem, & coram eo se præsentans, non dicitur fugere à carcere.*

51 *Contra fugientem ab carcere ad hoc, vt habeatur pro fractore, non requiritur aliqua citatio, sed solùm habita informatione de fractione, & de fuga, condemnatur.*

52 *Iudex fugiens à syndicatu, & faciens fugere delinquentem, vel debitorem, an teneatur.*

b
1 Carcel. b Ad pœnam, omnium † noxiorum. vt glos. in. l. nemo carcerem. C. de exactori. tribut. libr. decimo. ¶ Sed contrarium videtur, quia est ad custodiendū, & non ad puniendum. l. aut damnum. §. solent. ff. de pœnis. & in. l. credibile. C. eodem titu. Et tex. in capitul. quanuis ad reorum. de pœni. in sexto. gloss. in, l. prima. C. de custod. reo. text. l. 4. titul. 31. parti. septima. & melius. l. 11. & Ioan. de Anna. in capitul. à nobis. colum. prima. de apostа. & ideo punitur custos carceris, qui prisionarium ponit in loco, vbi de die non potest aliquid videre, vel audire, putà in vasa fouea, nam ex hoc aliquando euenit, quòd dictus prisionarius ibidem moritur, prout notabiliter Ioan. de Anna. in dict. capitul. à nobis. & in capit. de cætero. in fine. de homicid. & in cap. qui ad falsariorum. in princi. de crimi. fal. vbi etiam dicit idem Anna. quòd episcopus, qui damnato ad perpetuos carceres dat locū nimis arctum, vel cibos minuit, ex qua quidem minutione minuit illius vitam, non euitat irregularitatem. ¶ Pro solutione dic secundum gloss. in. d. l. nemo carcere ponendo, ꝙ carcer est omnium pœna dignorū, id est, qui

est, qui sunt digni illa pœna, non ꝙ carcer detur ad pœnā. Et quoque dicitur carcer à coercēdo, ideo ponere in carcerē, est de mero imperio, & coercio propriè custodiam carceris designatur, secūdū Lucā de Pen. ibi col. 2. per tex. in cap. de liguribus. 3. q. 5.

¶Quoq; intelli- cel[b] el qual conuen
git, quòd est ad
custodiā de iure ciuili. Secus de iure canonico,
quia secundū ius canonicū aliquando est ad pœnā vt in. d. c. quāuis. & secundū Domi. ibi aliquādo inducitur pœnitentia, vt quis stet reclusus in certo loco. c. nouimus. de verbo. significat. ¶Et ratio quare ius canonicum carcerem perpetuū permittit, & ius ciuile non est, quia Deus non vult mortem peccatoris, sed magis vt conuertatur, & viuat. Ezechi. 18. & c. hic qui. 3. q. 4. & ca. his à quibus. 23. q. 8. & in authen. vt non luxuri. contra nat. in princip. colla. 6. sed iura ciuilia loco huius carceris imponūt pœnā mortis, vt notat glos. 2. in. d. c. quāuis. & ibi per Domini. ¶Et
2 sic secūdū † Plat. in. d. l. nemo carcerem. in prin. carcer est duplex. s. carcer pœnæ, secūdus est custodiæ, & tertius est pœnitentiæ. Et sic pōt dici, quòd aliud est carceratū tenere, & aliud sub custodia detinere. vt est glossa. & ibi Bartolus in. l. final. C. de curiosis. libro. 12. & Plat. in. l. prima. eius titul. nume. 2. ¶Et sic quādo aliquis custoditur ad eius dānū, seu vituperiū, tunc si ille, qui facit eum custodire, habet vnde soluat, ipse debet soluere expensas tali custodi, & sportulas tamē postea recuperabit, à custodito in taxatione expensarū. vt tenet Plat. in. l. fi. C. de eroga. milita. libr. 12. ¶Sed tu dic, ꝙ licet de iure ciuili carcer inuentus sit ad custodiam principaliter, non ad pœnam, tamen etiam ad pœnā postea redactus est vt gloss. in capitul. cum episcopus. de offi. ordina. quod est, quando non expectat aliam pœnam postea imponendam à lege, vel ab homine pro illo delicto. vt in. l. diuus. ff. de iniuri. & in. l. prima. in fine. ff. de aleato. iu. & in. l. fina. §. final. ff. de his qui in fraud. credi. & in. l. senatus. ff. de iniuri. & ibi Ang. si autem positus in carcere expectat aliam pœnam imponēdam pro eodē delicto, tūc carceratio est ad custodiā. vt in. l. 1. C. de custo. reo. & ibi Salycę. prout tenet Ioan. de Plat. in. d. l. nemo carcerem. nu. 6. vbi in. nu. 7. tenet, quòd etiam de iure ciuili seruus potest damnari ad perpetuum carcerem. vt in. l. incredibile. & l. seruus. ff. de pœnis, & seruus damnatus ad carcerem, in dubio intelligitur perpetuū. vt in. d. l. seruū. nec tamen dominus perdit ius, vel dominiū, licet perdat, si seru⁹ in metallū damnetur vt in. d. l. aut damnum. §. si. sed liber homo ad perpetuū carcerē nō debet damnari. vt in. d. l. incredibile. & in. l. mādatis. ff. de pœni. si tamen dānetur licet fieri nō debeat, sentētia tenet ipso iure, sed cōmutabiliter, quia potest principi supplicari de remissione, vel mutatione pœnæ, vt in. l. 1. §. fina. ff. de quæstio. & l. moris §. iste. ff. de pœnis, & hoc tenet gl. in. l. si quis exhæredato. §. si quis. ff. de iniust. testa. & gl. in. d. l. in credibi-
3 le. Ex quibus glossa. colligit, ꝙ in criminali † tenet sententia ipso iure, in qua iudex ponit maiorem pœnā, quam debuerit, nec dicitur error expressus in sententia, qui aliàs reddit sententiam ipso iure nullam. l. prima. §. Item cum contra sacras. ff. quæ sentētiæ sine appella. rescind. prout tenet Plat. vbi suprà. ¶Ad tēpus autē bene pōt
4 liber homo dānari ad carcerationem † vt in. l. 4. & 5. titul. 12. libr. 8. in ordina. regali. & in alijs legibus illius libri. Et si tempus non est limitatū, erit decem annorum, putà cum iudex dicit in sententia, Condemnamus ad standum in carcerem ad tempus. vt est casus in. l. sine præfinito. ff. de pœnis. & notatur in dicta. l. incredibile. ¶Sed alij dicunt secundùm Ioan. de Plat. vbi su-
5 prà. numer. 8. quòd etiam de iure † ciuili potest imponi pœna perpetui carceris, quando crimē non exigit pœnam vltimi supplicij, secus quando crimen exigit pœnam vltimi supplicij tunc non potest reus condemnari ad perpetuum carcerem, quia tunc non esset sufficiens delinquentis pœna. cum hæc pœna sit ad peragendam delicti pœnitētiam, & non corporis extinctiua. c. nouimus. de verbor. significatio. & Plate. vbi su-
6 prà. ¶Et ista carceratio † debet esse in loco publico, aliàs officialis carcerans in alio loco, quā in publico, tenetur crimine priuati carceris sicut teneretur priuatus. tenet Ioan. de Plat. in dicta l. nemo carcerem. numero. 14. quòd non credo verum cum locū carceris sit arbitrarium, vt Pala. Ruuios in repet. rubri. de donatio. §. 9. nume. 13. vbi tenet, quòd stante statuto, quòd quis debeat poni in carcerem pro delicto, si nobilis venit carcerandus, satisfacit statuto, si detur palatium, vel ciuitas pro carcere. vt Ias. in repetitio. l. admonendi. ff. de iur. iuran. column. 68. numer. 143. & vid. gloss. in. l. ager. C. de curiosis. lib. 12. & Corsetus in notabilibus suis, in parte, custodia. & Angel. de malefic. in parte, qui iudex dictum. numero. 14. & est text. & ibi Bartol. in. l. prima. ff. de custodi. reorum. ¶Et vide Bald. in l. 3. C. de episcop. audien. & in authentic. si quis. C. de adulte. vbi tenet, quòd potestas potest cōmittere carceratum detineri in quocunq; loco suæ iurisdictionis, donec mittat familiam pro eo. vt tenet Paris de Pute. in tracta. syndi. in parte, car-

te carcer carceratus.folio.70. in fine. ¶Et quia aliud est mittere in carcerem,aliud est sub custodia retineri.vt gloss.in dict.l.vlti. C. de decurio. libro. 12. & ibi Bartol. & dicitur. sub secura & fida custodia detineri, qui de eius manibus non aufugit,vt de pace tenen.in vsi.feudorum.& tenet Cataldin.in tracta.syndicat.in numer. 181. tomo.14.tracta. vbi quoque dicit, quòd ille dicitur sub fida custodia detineri,qui detinetur ligatus,adeo,quòd aufugiat,commentariensis excusatur.vt est gloss.in l.prima.§.final.ff. de seru.fugi.in verbo,permittitur.de quo per Innocen. in capitul.nuper.de sent.excommu.& ibi qualiter dicatur sub fida custodia detineri,vt infra num. 15.& item dicitur carceratus ille,cui pro carcere locus est assignatus,ita quòd illum locum exire non potest,& ire quo vult,secundùm Cataldin. vbi suprà.*Adde, ꝙ si potestas iubeat aliquem custodiri à nuntio,seu à militibus,vel ab aliquibus de cõsuetudine custoditus debet soluere custodibus & non commune:tenet Peregri.in parte captio.4.quæstion. in gloss.custodiendus. & idem dicit si aliqua ciuitas misit aliquos milites ad alicuius seruitium pro custodia faciẽda: quia ad nil tenetur ciuitas,nisi ad id quod soliti erant à ciuitate recipere,sed onus vltra id ille, cui sunt deputati tenetur agnoscere.idem tenet Paris de Put.in tracta.syndic.in parte, carcerarius. nu.3. fol.75.& Thom.gramma.consil.55.nume.10.*

¶In tantum carcer est ad custodiam, quòd si iudex,vel custos carceris non bene† custodiuit ca-
7 ptum,& aufugit,tenetur soluere pro eo.vt in.d. l.ad commentariensem.C.de custo.reorũ.& ibi doct.& tex.in.l.12.titul.14.libr.secundo. in ordi.regali.vbi singulariter de materia.& ibi quoque vide quid in criminalibus.& tex.in.l.13.tit. 13.eodem lib.& Montal.in gloss.ordina. in parte,custodes carceris.& Rodericus Suarez singulariter in repetitio.l.secunda.titulo. *delos emplazamientos*.for.ll.lib.secundo.col.74.versicul.probatur & idem Montaluus in. l.11. titul.13.for. ll.libro quarto. in gloss.quæ incipit, *de la carcel.* versicul.Item si fugit.& Bartol.in tracta.de carceribus ¶In tantum tenetur,quòd si tales custodes carcerum,propter misericordiam alleuiant aliquando captiuos alienos,si aufugiant,tenentur creditoribus ad interesse. vt tenet Angel.in §.cæterum.Instit.ad.l.Aquil.vbi dicit,quòd habuit defacto Bononiæ,licet liberatio carceratorum,siue sit pro maleficio,siue non,non semper est pia.tenet Bald.in.l.quanuis.versicul.sed & si ideo.ff.soluto matri. ¶In tantum hoc procedit,
8 ꝙ potestas tenetur †,si captus aufugit, licet captus sit traditus custodibꝰ carceris,ꝙ talis potestas tenetur si custodes carceris sunt positi à potestate,vel sunt de familia sua,quia malos posuit custodes. Secus autem si à republica erant deputati,vel positi, tunc nõ tenetur potestas, sed ipsi tantum custodes puniuntur vt in.d.l.ad cõmentariensem.& ita tenet Montal.in.l.2.tit.2.for,ll. lib.2.in gl.*porque no lo entiende*.in fine.vbi dicit,ꝙ ita intelligitur foro nouo de *Alcala*.l.2.titu. 20. l.*si los monteros*,ordinationis regis Alfonsi Segouiæ.l.6.&.7.quæ est lex iam allegata. 12.titulo. 14.lib.2.in ordina.regal.quæ incipit,*si los monteros*.& idem tenet Bal.in.l.obseruare.§.proficisci. ff.de offi.proconsu.& lega.nu.2. Et quoq; intellige ꝙ tenetur pro debito, ꝓ quo carceratus erat,nõ pro alijs debitis,quæ carceratus debebat, si pro illis nõ erat captus,vel detentus,seu recõmendatus,prout tenet Bald.in authen. ei qui iurat.C.de bonis authorit.iud.possidendis.nu.10. & sequitur Suarez in repeti.l.2.for.ll. titul. *de los emplazamientos*. in fine. ¶Tamen si potestas posuerit custodem carceris.vel eum deputauit, nõ
9 tenetur†, si deputauit hominem fidelẽ pro carceris custodia , & in illo officio approbato , qui postea aufugit cum carceratis,quia nõ est quid sibi potuit imputari.vt tenet Pala. Ruui.in repeti.c.per vestras.de donatio.§.7.qui incipit.7. infertur.num.10.fol.110.per glos.in.c. ad hæc.de officio Archid.& ita dicit,quòd ita cõsuluit pro nobili viro Ioanne de Deça,cum iste casus accideret,dum esset corrector in ciuitate Abulensi, qui erat vxoris suæ auũculus vt videri potest in suo consilio,quod consilium ego nõ habeo nec est traditum impressoribus.sed sufficit authoritas dicti Pala. Ruui. ¶Et in simili facit,ꝙ si tutor vnius magni patrimonij,vel alius positus in magna administratione excusatur,si in tali administratione posuit factorem cõmuni æstimatione reputatũ idoneũ,vel sufficiẽtẽ,vt tenet Barto.in l.cũ ad quamlibet.C.de conditis in publicis horreis lib.10.& ibi Ioan.de Plate.licet cõtrariũ teneat ibi Luc.de Penna.dicendo,ꝙ tutor non excusatur,quãuis aliũ loco sui ponat,quia intelligitur,quãdo nõ posuit sufficientẽ. vt Bart.& Plat. ibi.¶In cuius fauorem dico, quòd facit quod tenet Paris de Puteo in tracta.syndicat.in parte,li
10 cet dicatur.numero.4.folio.75.vbi ait†,quòd si commentariensis commisit carceres alicui, qui tempore custodiæ diligens & sufficiens reputabatur,si postea mutauit mores non tenetur. Per quod limitatur.d.l.12.ordi.vbi tenet,quòd si custos aufugiat cum carcerato,puniatur eadẽ pœna,ꝙ non habeat locum,quãdo corrector deputauit hominem fidelẽ pro carceris custodia quoque in fauorem Pala.Ruui.allego tex. in.l.fin.§. interdum.

interdū. ff. de custo.reo. vbi si vnus ex custodibus carceris aufugiat cū carcerato, alter, qui remanet, est excusatus. & tenet Roma. in singula. 30. ¶Et Angel. ibi per illū text. in d. §. interdum dicit. de castellano à socijs prodito, quòd excusatur. ¶Facit quoq; quod tenet Paris de Put. in tracta. syndica. in parte, pone ꝙ carceratus. fol. 76. vbi carceratus, qui aufugit cū notario potestatis, qui in officijs reputabatur homo fidelis, nō tenetur potestas, quia propter eius bonam famam potuit, & debuit potestas præsumere fore bonum, & legalē. arg. dicit esse in. l. nō omnis. §. à barbaris. ff. de re milita. c. extudis. de præsumptio. & quia in dubio quilibet præsumitur bonus. l. omnino. C. de inoffi. testa. & Feli. in. c. dudum. eod. titulo. & propterea nō videtur esse in culpa, quia quilibet diligens potestas hoc fecisset. per notata in. l. ꝙ nerua. ff. depositi. quia ratio quare tenetur potestas pro suo officiali est, quia non debuit vti opera malorum virorū, quorum operis vtens, censet in culpa. vt tenet Amo de. Iusti. in tracta. syndica. in parte. Item in eo ꝙ dicti socij milites. col. 3. per. d. l. fin. in princip. ff. de custodia reorum. & ideo tenetur ex quasi maleficio. vt in dict. l. obseruare. §. proficisci. & in. §. pen. Instit. de oblig. ex quasi male. hic autem potestas ab omni culpa videtur excusatus, propter bona opera dicti notarij, seu custodis carceris: q̄a, vt dixit Par. de Put. vbi suprà allegando Bal. omnis culpa videtur cessare, quādo aliq̄d fit ab eo, de quo verisimiliter erat cōfidendum. arg. l. si patronus. ff. de confirma. tuto. Licet Paulus de Castro in. l. 1. §. dolū malū. ff. de eo per quē factū est. nu. 5. dicat, ꝙ nimia credulitas licet excuset à dolo, non tamen excusat à culpa. ¶Facit in simili quod tenet Angel. in. l. si à bonæ fidei. ff. de rei
11 vēdi. vbi si potestas † iussit aliquem custodiri, & eum custos nō carcerauit, sed fidei eius cōmisit, quia erat nobilis, vel honestissima persona, & integræ opinionis, & probatæ fidei, qui fugā arripuit, ꝙ talis custos nō tenetur quasi male custodierit. q̄d dicit notabi. dignū. Quā. q. dicit, ꝙ occurrit de facto dño Guelfo de Prato. tunc potestati Bononiæ. tamē videt eum stare in magno periculo propter dictam fugam. facit arg. l. in argētū. ff. cōmoda. & l. si vt certo. & l. custodiā. & l. in rebus. eius tit. & l. nō solū. ff. de noxali. & tenet Paris de Puteo, in tracta. syndicat. in parte, an potestas. fol. 71. nume. 2. *Et dictum Angel. commendat Troylus Maluicius in tracta. de canonizatione sanctorum. in princ. nu. 14. tom. 3. tracta. fol. 80. vbi si prætor cōfidit de tali capto, quia propter eius bonam famam non posuit in carcerem, & is aufugit, ꝙ prætor non tenetur: & ita fuit practicatum Bononiæ, & quidā prætor fuit liberatus: & facit gl. in. l. 1. ff. de ripa muniē. & Bal. in. c. 2. de iudi. col. 5. & gl. in summa. 3. q. 5.* ¶Quod dicit Ange. quoq; facere pro tuto
12 ribus †, & curatoribus, qui deposuerūt pecunias minorū apud campsorē, ad cuius fidē cōiter recurrebatur, vt non teneatur pro dictis pecunijs per fugam, & cessationem dicti campsoris, & dicit, quod facit optimè. l. pignus. ff. de pignor. actione. & est casus notabilis secundum eum in l. si res pupillares. ff. de administra. tuto. & tenet Ang. per text. ibi in. l. si à bonæ fidei possessore. ff. de rei vendic. pro quibus facit quod notat gl. in. l. Titio fundus. in glos. magna. in verbo, accrescit. & ibi Barto. ff. de condi. & demonstr. vbi tenet, ꝙ credendum est homini fide digno. & est singula. secūdùm Ias. in. l. prima. ff. de eo per quē factum est. numer. 17. & dicit, quòd eam allegat Alberi. & Bald. in lectura antiqua, ibi. Angel. & Roma. & Bart. in. l. non solùm. §. mortis. col. 16. ff. de noui oper. nuntia. & Panor. in capitu. cùm contingat. penul. col. de rescrip. & alios, de q̄bus per Iaso. vbi supra. ¶Et ꝙ custos teneatur, si ca-
13 ptus aufugit, intellige †, quādo eius dolo, vel culpa aufugit, non ratione suæ promissiōis, sed ex dispositione legali, vt tenet Paul. de Castro in. l. fideiussor. §. in fideiussorē. ff. qui satisda. cogan. num. 5. & idem tenet Bar. in. l. si quis. ff. de custo. reo. & hoc quia in isto casu lata culpa æquiparatur dolo, quod regulariter nō est. vt in. l. 3. ff. ad l. Corne. de Sicar. Bartol. in. l. prima. ff. de legib. ¶Quia hoc operatur susceptum officium, cuius ratione ipse corrector, algazellus, seu custos carceris, videtur se ad diligentiam obligasse & se peritum profiteri. vt. ff. si mensor, fals. mod. dixe. l. prima. §. hæc actio. & tenet Montal. in dict. glo. ordi. in parte, custos carceris. Et tenetur quoq; quando dolo, vel pretio corrupti fuerunt. vt Amodæus [illegible] in d. tracta. synd. in dict. [illegible] per carceris. & l. milites. & l. fin. ff. de custo. reorum. *Et vid. Greg. Lopez in. l. 5. tit. 24. par. 2. in glo. *o por su culpa*, vbi tenet, quod culpa etiā lata quis punitur pœna mortis, licèt videatur, cōtrarium de iure, quia quo ad pœnam corporalē inferendam, lata culpa non æquiparatur dolo: vt in. l. in lege. ff. ad. l. Cor. de Sica. & Bart. in. l. 1. ff. de legi. numero. 3. & ibi Paul. de quo per Bart. in. l. 1. §. nō autem. ff. si quis testam. liber. ius. fuer. & per Abb. in. c. 2. de constitu. col. 2. sed hoc procedit hic: & sic punit eadē pœna iste custos rōne assertæ peritiæ & officij: in quo casu puniendo cum lata culpa æquiparatur dolo: vt Grego. Lopez vbi suprà.* ¶Sed si ex negligentia custodis captus aufugit in criminalibus, & sic vbi captus

pœna

pœna mortis, vel aliam corporalem merebatur, tunc custos carceris iaceat vnum annum in carcere. Sed si capt⁹ erat ex causa ciuili & sic ex pecuniario debito, si aufugit propter negligētiam custodis, soluat custos debitum, & tribus mensibus iaceat in carcere in catenis. vt cauetur in.d.l.12.ordina. quę incipit, *los monteros*. & hoc quia, vt dicit Montal. in dict. gloss. ordin. in dict. parte, custos carceris, negligentia custodis, vel officialis punienda est. l. militis. ff. de custo. reo. & in l. carceri. C. de anno. & tribut. libr. 10. l. iudice. Et per dictam. l. regiam corrigitur dictum Amod. Iusti. in dict. tracta. syndica. in dict. parte. versic. caueant. col. 3. vbi dicit, quòd si negligentia custodis aufugit captus, custos debet puniri eadē pœna. per dict. l. ad commentariēsem. ibi, si reus fuerit aliquo modo elapsus, ipsum custodem volumus eadē pœna teneri, quia solùm debet puniri, vt dispositum est per dict. l. regiā. ¶ Et ideo dico, quod si quis est captus pro debito, & debitum debebat probari per confessionem debitoris, & dolo, vel culpa, & negligentia custodis est factum, quòd probari non potest talis custos tenetur ad interesse, quia debitum probari nō potest propter dictam relaxationem. & est standū dicto creditoris. vt est tex. in. l. final. §. fi. ff. de eo per quem factum est. & est optimus tex. in materia secundùm Ioan. de Anna. in cōsi. 53. versi. præterea. vbi dicit, quòd si nō fuisset relaxatus, probasset debitum per eius confessionem, nam relaxando debitorem captum, qui fuisset cōfessus debitum, dicitur actori & creditori subtrahere probationes, & copiam delinquentis, quo casu dicit ipse custos iudicis authoritatē delusisse. tex. in capitu. constitutus. el segundo. de testi-
14 bus. ¶ Et eo ipso præsumitur in culpa †, & negligentia, quando reperitur malè custoditū. vt in. l. diuus. ff. de offi. præsi. & l. 3. §. fina. ff. de offi. præfect. vigil. secundùm Montal. vbi suprà. Et ideo dicit dict. Amode. Iusti. vbi suprà, quòd est speciale, quod ipsi custodi incumbit onus probādi, ꝙ sine culpa, & negligētia sua aufugit, quia officium eius erat custodire diligēter, & ideo debet probare diligentiam, aliàs alleganti culpam, incumbit onus probandi. vt notat Bar. in. l. si quis ex argentarijs. §. final. ff. de edend. & Alexan. in additione ad Bar. in. l. si vt certo. §. nunc vidēdū. ff. locati. *Et vi. Bal. in. d. l. si quis ex argentarijs. 2. lectu. nu. 5. vbi qui allegat casum debet probare, & qui allegat culpam, agendo vel excipiēdo debet probare*. ¶ Vnde dicit dictus Amodeus
15 Iusti. vbi suprà quòd si carceratus † pro qualitate delicti, & conditione personæ detineatur in carcere cōsueto, & in vinculis, & aufugiat, quòd parcitur custodi, & sic officiali, dum tamen ipse probet causam fugæ sine culpa, & negligentia sua, ad quod dicit, quod est tex. in dicta. l. fina. ff. de custod. reo. in versi. ego sine casu. Et per hoc in contingentia facti consuluit in ciuitate Senarum in fauorem capitanei & militis socij, cui aufugerit carceratus pro crimine assasinatus, quia tenebatur in loco consueto in compedibus, & ligatus, & nihilominus aufugit, & sic ꝓbatū fuit per testes curiæ, & reputatus fuit diligens in custodia, & fuga venit ex casu, & non ex negligentia. Et quoq; ita fuit consultum per alios multos doctores, & iudicatum per syndicatores: quia si detinetur ligatus, dicitur sub fide custodia detineri. vt in. l. prima. §. final. aliàs. l. in publio. in gl. in verbo, permittitur. ff. de seruis fugiti. vbi dicit, quòd diligenter custodit, qui ligat, & sic custos excusatur & vi. quod notat Innoc. in. c. nuper. de sentent. excō. quod dicit Amodeus. esse menti tenendum. & idem tenet Paris de Puteo in tracta. syndica. in parte, an si plures carcerati. fol. 72. numer. 6. 7. & 8. vbi latè. & vid. vbi suprà nume. 7. & idem tenet Ang. in. l. milites. ff. de custod. reorum. dicendo, quod caueant omnes, siue sint custodes carcerum, siue magistratus, siue alij pagani nullū habentes officium, qui in guardiam, & custodiam recipiunt aliquem vt captiuum, quòd diligenter eum custodiant, aliàs subiacent pœnis. vt ibi. ¶ Tamen si releuari volunt ab omni culpa tā lata quàm leui, ipsos captiuos ligent, & ligatos teneant ligamine competenti, & bono. Nam omnis custodiens captum cum ligamine, intelligitur diligenter custodire. per dictam gloss. in. d. l. in publicum. & similiter dicit Angel. ꝙ in magna culpa est ille, cui traditur homo ligatus, si eum custodit dissolutum tex. in. l. si vt certò. §. custodiam. ff. commodati. & supra dicta tenet Rodericus Suarez, in titulo. de fideiussore in causa criminali. col. 14. in fine. Et adde ꝙ non solùm dicitur diligenter custodiri, qui detinetur in compedibus, vel catena, & est ligatus, sed etiam, si est in parietibus. vt tenet Paris de Puteo, vbi suprà in principio per. l. succurritur. & l. eadem. ff. ex qui. caus. maio. & idē tenet Frācíscus Luca. in tract. de fisco. 2. par. nu. 35. tomo. 6. tractatuum. ¶ Et idem dicunt dicendum
16 esse, quòd pariter † custodi, quando carceratus rumpit murum in loco absconso, vel sub terra, quia tunc non teneretur, secūdùm Guido. de Suza. per. l. semper. §. hoc autem interdicto. versic. alioquin. ff. quo vi aut clam. de quo vide in. l. penulti. ff. ad Syllania. & idem tenet Pari. de Pute. in dict. tracta. vbi suprà. vbi vide quid si carcerarius permisit ferrū immitti in carcerem, vel igno-

raucrit

raucrit in ea eſſe.vbi dicit,quòd punitur.¶Ideò
ſecūdùm Amode.vbi ſuprà. poteſtas aduertat
diligenter,cui commiſit cuſtodiam,quia nil pe
riculoſius ei accidere poteſt, quàm fuga delin-
quentis,ſeu debitoris,aut mors alicuius carcera
ti,maximè pro crimine capitali, & graui, quia
17 tenetur,† ſi non probat,quòd nec dolo,nec cul
pa ſua ſit mortuus.vt eſt glo. ſingula.in.l.cùm
ita legatur.§.ſpecies.ff.de lega.2.& ſingulariter
Hippolytus de Marſilijs in ſua practica.crimi.
§.attingam.nume.51.&.l.12.titu.29.parti.7.*
Vbi gloſſ.& ibi Bald.in.d.§.ſpecies,tenet quòd
ſi quis probet caſum liberatur,fallit in eo qui te
net cuſtodiam ratione officij publici,vel priua
ti,quòd non ſufficit ei probare interitum niſi
probet caſum fortuitū, quia ſemper in eo pre-
ſumitur culpa,niſi probet oppoſitū, & ita eſt in
cuſtode carceris,& in argētario& caprario por
tāte tibi pelles animalium,quanquàm conſtet
de interitu, niſi probet caſum mortalitatis, vel
aliū caſum fortuitum,tenet ſecundum Bald. &
Paul.ibi & Hippolytu.vbi ſuprà. & Alberic.in
ſuo dictiona.in parte locatio verſi.3.& Iaſo.in.
l.ſi paſcenda.C.de pactis nu.3.& Anto.Gomez.
in tomo.3.tit.de cuſtodia reorum, nu.11. col.
2.& vi.l.15.tit.8.part.5.& ibi Mont.& Grego.
Lopez.vbi quomodo probatur de caſu & per
Pala.Ru.in rep.c.§.12.nume.12.fol.114.vbi in
quit,quòd.d.l.partitę dicit ſatis eſſe probare ca
ſum per aliquas coniecturas,vel indicia,ſeu pro
prium iuramentum paſtoris,niſi dominus con
trarium probauerit,& quòd per.d.l.part.quoti
die iudicamus,tamen Grego. Lopez. ibi dicit,
quòd non ſtatur iuramento paſtoris ſolummo
do,niſi quando damnū eſſet minimum.* ¶Et
in tantum,quòd dicit Amodeus Iuſti.vbi ſuprà
18 quòd eo ipſo,quòd carceratus aufugiat, † cu-
ſtos poteſt poni ad torturam.& dicit ad hoc eſ-
ſe caſus in.l.ſecunda.§.fi.ff.de officio.præſe.vi-
gil.& notat gloſſ.in.l.ſi quis ex argentarijs.§.fi.
19 ff.de edendo.¶Et licet poteſtas exhibeat † mi
litē,vel aliam perſonam, & familiarem vilem,
quem deputauerat ad cuſtodiam carceris,non
liberatur.vt tenet dictus Amodeus.Iuſti.vbi ſu
prà.per dict.l.ad commētarienſem. regulariter
autem dicit,quòd eſt contra.vt in.l.ſicum exhi
buiſſent.ff.de publi.¶Tamē cuſtodes, & eorū
fideiuſſores bene poſſunt repręſentare, vel ex-
hibere debitorē, vel delinquentem.& liberan-
tur, & exhibendo non ſoluunt pro eis. tenet
Baldu.in conſilio.40.in primo volumi.in fine.
per text.in.l.cum pro quo.ff. de in ius vocand.
¶Adde tamen,quod quādo non dolo carcera-
20 rius punitur † pro modo culpę arbitrio iudicis,
prout tenet dictus Amode.per.l.final.ff.de cu-
ſto.reo.quod dicit eſſe menti tenendum perpe
tuò.& idem tenet Bald. in conſi.230. in primo
volumi.vbi ait,quod quādo cuſtos cuſtodiuit
eo modo quo ſolet cuſtodire, excuſatur à lata
culpa.arg. not.in. d.l.ſi vt certo. §. ſed an & ho
minis.ff.cōmoda.&,l.ſi negotia. ff. de negotijs
geſtis.punitur tamen pœna arbitraria. per dic.
l.fina.ff.de cuſto.reo.ſecundum Bald. in.d.con
ſil.¶Tene quòd ſupradicta non habent locum
21 in capto,† qui per gratiam debet relaxari:quia
ſi cuſtos,vel poteſtas non cuſtodiuit bene cap-
tum,qui veniebat abſoluendus aut per gratiam
debebat extrahi de carcerib⁹,licet aufugiat, cu
ſtos non tenetur.vt tenet Paul. de Caſtr. in.l.ſi
pecuniam.§ ſed ſi accepit.nume.3. ff. de condi
tio.ob cauſ.& glo.in verbo,carcer.& docto.ibi.
& idem tenet gloſſ.in.l.ſolent.ff.de officio pro
conſu.l.& lega.¶Et Amodeus Iuſtinus.vbi ſu-
prà dicit,quod cautus debet eſſe iudex; ſi non
eſt liquidatum crimen,ſi abſoluet fugientem à
cauſa,propter quā eum incarcerauit; vt notat
Ange.in.l.ſub cōditione.§.final.ff.de condi. in
ſtitu.aliàs eſt in l.quotiens.§.de hoc iure.vbi di
cit,quòd quando carceratio eſt nulla,licet car-
ceratus aufugiat,non tenetur commentarienſis,
nec eius ſucceſſor: quia ſufficit carcerationem
eſſe nullam,licet non ſit declarata ante fugam:
& quia(vt ipſe dicit) queſtio de facto pendebat
vltra non dixit. Iſtum dictum Angel.ſequitur
Hippolytus de Marſi. in ſua practica criminal.
§.attingam.numer.46.&.47. & in.§.diligēter.
nume.52.& tenet ſingulariter Paris.de Pute.in
dict.tracta.in parte, an poteſtas. fol.71.in prin
cipio.& idem tenet Angel.in dict.l. ſi pecuniā.
§.ſi ſeruum.in fine.vbi ait eſſe argumen.pro po
teſtate,& cuſtode carceris, vt non dicantur rei
culpæ,ſi diligentiſsimè non cuſtodierunt illū,
qui erat in cauſa abſolutionis, quod dicit eſſe
mēti tenendū.¶Et facit quod tenet Alexan. in
l.ſed eximendi.§.Item ſi quis.numero.4. ff.nec
22 quis eum qui in ius voca. eſt vi. exi.vbi dicit, †
quòd ſi quis detinetur à capitaneo iniuſtè,& au
fugit,non tenetur.quod dicit eſſe notan.allegā
do Bartol.ibi.¶Et ſic,quòd carcerarius non po
23 teſt carceratū † liberare ſine ſuo periculo de car
ceribus abſque licentia iudicis.vt in dicta.l.nec
quis.&.l.milites.§.Sabino.ff.de cuſto.reorum,
vel eius,qui carcerari facit: quia depoſitum eſt
reſtituendum deponenti, non alteri. l.bona fi-
des.ff.depoſiti.& carcerarius eſt loco depoſita
rius.argu.l.primæ.in principio. &. l. Lucius.ff.
eodem titulo.de poſſ.& dicam infrà in capitul.
35.in glo.*El mandamiento.* ¶Et quando non re-

24 peritur, † qui eum carcerari, vel recõmendari
fecit, debent fieri bannimenta, si quis habuerit
causam quare non debeat relaxari compareat,
&c. & si non reperitur aliquis, qui fecerit illum
detineri, est relaxandus. vt voluit Bartol. in. l. si
quis vxori. §. fugitiuum. ff. de furtis. & Ange. in
l. fin. de exhiben. reis. & Bal. in. l. si quis. §. final.
ff. de condi. institu. prout tenet dictus Paris de
Puteo in dict. suo tracta. in parte, licet dicatur.
folio. 75. in principio. quia secũdum eum de iu-
re prohibetur aliquem diu in carceribus mace-
rari. vt in. l. prima. & l. de his. C. de custo. reo. q̃a
non ad pœnam, sed ad custodiam debet carcer
esse, vt dictum est in principio istius gloss. ¶In
tantùm est verum, quod dictum est, quòd etiã
si quis sit indebitè carceratus, non debet relaxa
25 ri † sine licentia iudicis. tenet Ancharr. in consi
lio. 341. & Ange. in tract. malefi. in parte, fama
publica. versiculo & aduertas an iudex. allegat
Bartol. in dict. l. si quis vxori. §. si fugitiuum. ff.
de furti. pro quibus facit text. in capitul. felicis.
§. cum autem. de pœnis. in. 6. & Hippolytus de
Marsi. in. l. circumcidere. §. seruo. ff. ad. l. Corne
li. de sica. nu. 22. & 24. ¶Quoq; excusatur car
cerarius si permisit lucem ingredi in carcerem,
26 † & fenestram cãcellatam aperuit, ne capti ma
cerarentur, vt lex iubet, & nõ potest sibi culpa
imputari, si fecit quod debuit, & si malus casus
sequatur. s. quòd aliquis ferrum porrexit carce
ratis. arg. in. l. vtiq;. §. culpa. ff. de rei vendi. & in
l. arboribus. §. natis. ff. de vsufruct. & l. quemad-
modum. §. si nauis. ff. ad. l. Aquiliam. vbi dici-
tur, quòd culpa non potest imputari ei, qui fa-
cit quod debet, & non vltrà, etiam si casum per
ditionis sequatur, maximè vbi non potest cura
haberi, ne damnum vel iniuria detur. vt in. l.
sed si damna. ff. locati. prout tenet Paris de Pu.
in. d. tracta. in. d. parte, an si plures carcerati. fol.
72. num. 9. & 10. ¶Vbi quoq; tenet, quòd si cõ
27 sanguinei † carcerati intra lignum perforatum,
vel intra panelos, aut intra vnam tabulã procu-
bili sternendo, vel pro igne faciẽdo ferrum im-
posuerunt, quod carcerarius cogitare nõ pote-
rat cum quo carceratus catenas limauit, certè
carcerarius est sine dolo & culpa, licet soleat ꝑ-
videri ferculum panis & vas plenum vino, & ca
seus, & similia, quæ incidi solent, nam si hæc
subtilissima diligentia omittatur, erit in leuissi-
ma culpa, de qua criminaliter non tenetur car-
cerarius. per text. in dict. l. milites. & per. d. Pa-
ri. de Put. vbi suprà. vbi dicit, quòd licet non
puniatur criminaliter pro leui culpa, speciale
est in custode carceris. Sed de iure constitutio-
nis regni quãdo carcerarius tenetur de negligẽ-
tia, debet stari per annum in carcere, & bona e-
ius debent publicari, cui videtur cõcordare in
aliquibus. d. l. regni, *si los monteros.* tamen putat
Pari. de Put. quod teneatur quoad damnũ pro
pter hoc resultans creditoribus, vel carcerari fa
cientibus, quia pro leuissima culpa quis tene-
tur Aquilia ad damnum. & idem tenet. d. l. re-
gia ordina. ¶Et idem videtur excusari, si ipse de
28 nocte dormiret † in domo carceris, vel ꝗ die, &
insurrexerunt carcerati cõtra ipsum, & eum li-
gauerunt, ita quòd clamare non potuit. arg. in
l. prima. §. final. ff. ad Syllania. vel si non potuit
resistere ipsis, similiter non tenetur, & etiam ex
cusatur, si carcerati ipsum vulnerauerũt, nec cla
mare, nec resistere potuit, quòd quotidie eue-
nit. ¶Quinimo dicit ipse Paris de Put. vbi su-
29 prà, quòd si ex consuetudine † curiæ carcerarij
habẽt cameram, vel mansionem in palatio se-
paratam, à carcere, vel de nocte dimissis carcera
tis bene clausis accedebãt ad proprias domos,
& nocte carcerati, ruptis catenis, & ianuis euase
runt, non tenẽtur carcerarij: quia licet de nocte
sit duplicanda custodia carceratorũ, vt in. l. 1.
C. de custo. reo. est verum, nisi aliter curia obser
uet, quia si custodiat secundum cõsuetudinem
publicam non delinquit, quãdo publica cõsue-
tudine permittitur aliquid. l. quòd sit fugitiuus.
§. apud Labeonem. ff. de ædilitio edicto. nã cu-
stodia est facienda secundum morem & cõsue
tudinem ciuitatis, vel regionis: quia quod est
consuetum, tacitè videtur inesse, & quę sunt in
vsu quotidiano, habentur pro expressis. l. final.
C. de fideiusso. secundùm Bald. in. l. error. C. de
testamen. & quod notatur in. l. si fundus de eui
ctio. & idem dixit Bald. in auth. sed cùm testa-
tor. C. ad. l. falci. & quia id quod secundum con
suetudinem fit, iure videtur fieri, nam id quod
est consuetum fieri, est necessarium. l. Saccula-
rij. ff. de extraordin. criminibus. & l. quòd si no
lit. §. qui assidua. ff. de ædilitio edicto. & officia-
les debent obseruare locorum cõsuetudines. l.
obseruare. §. penulti. ff. de offi. procon. & lega.
& in generali mandato facto carcerario veniũt
ea quæ sunt de consuetudine. vt in. d. l. quòd si
nolit. §. assidua. Bar. in. l. prima. §. si fraudator. ff.
quæ in fraud. credi. quia ea quæ sunt consueta
fieri, vident inesse. d. l. fi. ff. de fideiuss. & Bal. in
d. l. error. & quia ea quæ sunt de consuetudine,
semper insunt, sicut ea quæ sunt iuris. Andr. de
Iserni. in titul. quæ fuit prima caus. bene amit-
ten. in principio. & facit tex. in. l. pignus. ff. de
pigno. actione. vbi dicitur, quòd non est in cul-
pa, qui fecit quod communiter est consuetum
fieri, & facit glo. in cap. 2. de tempor. ord. in par
te, an-

te, antiqui. vbi tenet, quòd consuetudo excusat in delictis. & glo. in. ca. deniq;. 4. distinctio. & vide Lucam de Pē. in. l. vnica. C. de collatio. dona. libr. 10. in fine vbi per dictum Inno. in. d. c. 2 de tempori. ord. tenet, quòd in maleficijs habet locum consuetudo: sed dicit, quòd à pœna temporali excusat, ab ęterna verò & culpa non. Et de materia, & intellectu vi. Iasi. in. l. singula. ff. si cert. peta. numer. 39, in medio. *Sed Vid. l. 50. titul. 5. par. 1. vbi indistinctè tenet, quòd cōsuetudo in delictis non excusat vi. Plat. in. l. curiales. C. de decurio. lib. 10. & facit quod tenet Cremensis, in. singul. 149. vbi cōsuetudo etiā iniusta excusat à pœna corporali per. glo. in. c. venerabilis de cōsue. vbi ponit de pueris qui ludūt ad lapides in tali die: vt est Papię & Mediolani, & in Vandalia, & est in nostra Hispania in villa de Carmona die Sancti Matthæi: quòd si in talibus ludis permissis, homicidium, seu damnum sequatur, non tenet aliqua pœna, & tenet Hippolyt, in sua practi. §. vlterius. numer. 9. & in. §. quoniam nume. 97. & 98. & Roma. singul. 19. & idem Hippolyt. in. l. 1. ff. ad. l. cor. de sic. nu. 96. & Grego. Lopez. in. l. 1. titul. 8. par. 7. in. gl.

30 *tortizera mente,* *¶Et ideo si carcerarij erāt † soliti facere de nocte accedere ad domū propriā ad dormiendum, hoc faciens non censebitur in culpa: quinimo etiam si carcerarius nocte dormiebat in domo carceris ad custodiam carceratorum, & somno grauatus carcerati fugerunt, non tenebitur dummodo ante dormitionē diligentiam fecerit, quia clausit, & ligauit. & non fuit in aliqua negligentia præcedenti, per notata. in. l. si seruꝰ seruum. §. fornicarius. ff. ad. l. Aquili. & in. l. fluminum. §. vitium, vbi plenè per Dy. ff. de damno infecto. ¶Et idem si muri, & portę carceris, & tectum erant fragiles, & debiles, vel carcer stabat in aliqua domūcula, vel in stabulo, ex quibus poterant faciliter euadere prout tenet dictus Paris de Put. vbi suprà. nu. 15. ¶Et ibi nume. 17. tenet, quòd quoque excu

31 satur, † si non custodiuit ita bene senem, sicut iuuenē, seu eum, qui traditus est ligatus, & etiā excusatur à violentia. Nam si venerunt consanguinei, & per vim, & violentia carceres effregerint (vt sæpe visum est) si resistere non potuit secundum Amode. Iusti. vbi suprà, per ea quæ habentur. in. l. sed si dāno. ff. locati. & in. l. hoc ita §. custodiam. ff. de pericul. & commo. rei vendi. Et ideo dicit text. in. l. Item quæritur. §. exercitu. ff. locat. quòd custos carceris debet esse valēs & potens, vt resistat violentiæ carceratorum, si opus sit: quare pingitur homo robustus, hastā in manu tenens: alias si non resistat violentiæ, ...

consentire videtur. argu. c. reg. 22. q. 5. Archid. in. cap. generali. in. 4. columna. de ele. in. 6. item debet vigilare, & non dormire, sicut pastor super oues. vt in. c. oportet. 81. dist. & iuxta illud Psal. 121. Ecce nō dormitabit, nec dormiet, qui custodit Israel. Quare stat in introitu, seu vestibulo carceris, de quo vestibulo loquitur tex. in d. l. 1. C. de custodi. reorum. vbi dicit tex. quòd in nocte debet geminari custodia, prout etiam dicit Azo. in. d. rubri. Et debet esse discretus, industrius, & fidelis. vt in Cle. 1. §. sanè. &. §. porrò. de hæreticis. Et in secreto cum personis loqui non debet. vt in. d. §. porrò. &. c. vbi periculū. §. nulli. cum ibi notatis de electio. libr. 6. & tenet Guiller. Rouil. in tractat. de iusti. & iniusti. in. 3. lib. c. 8. tomo. 17. tracta. fo. 106. nu. 3. & 4. ¶Et

32 an excusetur † carcerarius, si filius, vel vxor carcerati indutus, vel induta veste muliebri, intrauerit carceres, in quibus erat maritus, aut pater iustè carceratus, vt daret alimenta, & induit vestes mulieris carcerato, q. exiuit carceres informa mulieris, & decepit carcerarium, aut sit excusatus, vid. Paridem de Put. vbi suprà. allegando Florian. in. l. liber homo. ff. ad. l. Aquili. tamē pro carcerario vt excusetur dicit quòd iudicio suo est text. in. l. milites. ff. de custo. reorum. in verbo, per vicium, aut desidiam. & in versicu. si verò fortuito id admiserint, & pro muliere ꝙ non teneatur aliqua pœna tenet Monta. in. l. 11 titul. 1. *de los casamientos*. for. ll. lib. 3. in gloss. marido. in fine. & vide doctorem de Pala. Rubi. vbi plura exempla ponit circa hoc in repet. rubricę de dona. §. 32. nu. 8. & melius in. §. 50. column. 6. num. 24. folio. 30. vbi inter alia ponit illud notabile, & præclarum facinus infantis dominicę Santhæ, quæ comitē Ferdinandum Gundisaluum virum suum in libertatem redegit, qui carceratus, & captus erat sub imperio regis Legionensis: nam cum illa carcerem intraret accepit vestes mariti, se que ipsam induit, suasq; marito dedit illisq; seipsum ornauit, ac in habitu muliebri (ipsaq; ibi manente) à carcere exiuit, nullatenus custodes eum cognoscētes: quod factū meritò rex Legionēsis laudauit, & approbauit ita vt liberam eam dimitteret. *Et licet doctor Anto. Gomez. in. 3. tomo. titul. de custodia reorū, dicat quòd talis vxor excusatur à pœna ordinaria, ego teneo quòd etiā excusatur ab extraordinaria: & ita quòd in aliquo non debet puniri per suprà dicta. *¶Cui non obstat illud deutero. c. 25. vbi dicit, quòd si habuerint inter se iurgium viri duo, & vnus contra alterum rixari cœperit, volensq; vxor alterius eruere virum suum de manu fortioris, miseritq; manum, &

apprehenderit verenda eius, abscindens manu, illius nec flecteris super eam vlla misericordia. per quod videtur, quòd vxor non potest iuuare maritum. Quia ibi eripuit maritum cū damno & committendo delictum abscindendo virilia, quod non licet, vt ibi, hic vero fuit cum dolo, qui dicitur bonus arg. glos. in capit. dudum. de conuersi. coniuga. & capi. veni. eod. titulo. & Abb. & ibi additio. in. ca. præterea. de offi. delegat. num. 5. & in. c. in nostra. de sepultu. ¶ Et ibi
33 ponit Paris de Put. quid si carcerati miraculo† se euaserint à carcere. vt pluries visum est. dicit quòd carcerarius nō tenetur: quia qui spiritu Dei aguntur, non sunt sub lege ciuili. ¶ Sed
34 quid si vnus officialis non habens carceres, † recommendauit in carcerem potestatis aliquem delinquentem, qui deinde aufugit cum alijs carceratis, an carcerarius teneatur? Vi. Pari. de Put. in. d. tracta. in parte an potestas qui aliquem. folio. 71. numer. 6. vbi tenet, quòd non. per tex. in argu. in. l. inuitus. C. de procura. & Cyn. & Bal. ibi. & per alia iura vt ibi per eum. sed in fine dicit distinguendum. Aut iste carcerarius pro custodia recepit aliquod pretium, aut nō. Si recepit, si fuit in dolo, vel culpa, tenetur. Sed si non fuit in dolo, nec in culpa tenetur, vt ibi per eū. ¶ Sed quid si potestas. i. corrector posuit vnum in carceribus, & nō cōfidēs de custode posuit alium custodem nihilominus captus fugit an teneatur custos carceris dic quod si à principio posuit custodem, & iste captum recepit licet postea ponat alium si fugit tenetur: quia postquā recepit non videtur à custodia liberatus tenet Paulus de Castro. in. l. si vt certo. §. si de me. ff. cōmoda. numero. 3. & Baldu. in. l. ex diui. C. locati. Bart. in. l. prima. §. quemadmodum. ff. de liber. agno. Angel. in. l. qui Romę. §. calimacus. ff. de verbo. obliga. ¶ Qua autem pœna puniatur
35 † ille, qui eximit captum à carceribus, & eū liberauit, vel à manibus familiæ. ¶ Vide latissime quæ posui. suprà. in. c. vn. gl. sit fauor, *de su iurisdicion.* versi. sed prædicta procedunt numer. 13. ¶ Fugiēs verò à carcere dum est carceratus
36 pro delicto, habetur pro factore† malefícij, de quo accusatur, seu pro condemnato. vt in. l. 33. titul. 19. lib. 8. in ordi. regali. & ibi Montal. in reperto. suę glo. in verbo, incarceratus, intelligit hoc, si fugiat à publico carcere, quia tunc habetur pro condemnato, etiam si aliàs nō deliquisset concordat tex. in. l. in eos. ff. de custo. reo. & ibi Bart. secus si fugeret à carcere priuato, quia tunc non punitur. imò taliter incarceranti de facili est resistēdum. vt notatur. in. ca. significasti. de homici. ¶ Quoq;. d. l. ordinamenti dicit
37 Montal. q habet locum, † quando captus deliberatè cum omnibus captis, vel cū maiori parte, custode ignorante fugit, quia tunc præsumitur delicti reus. Si autem aliàs fugiat, non iudicatur vt conuictus, sed postea captus strictioribus vinculis mācipatur. vt est tex. in. l. 13. ti. 29. partit. 7. ¶ Quoque intelligo dictam. l. quando deti
38 netur † pro inquisitione criminis specialis. Secus si pro generali inquisitione, quia tūc nō habetur pro confesso: quia ficta confessio sicut vera debet cadere super certo, & ideo debet crimē certum probari. vt in. l. 1. C. vt omnes iudi. tam ciuil. quam crimi. vt tenet Bald. in expresso. in consilio. 230. in. 1. volu. in princi. quia si detinetur pro inquisitione specialis criminis secūdum
39 Bal. vbi supra. si aufugit cum effractione, † vel cōspiratione loquitur. d. l. in eos. & sic q habeatur pro confesso, & factore. Aut fugit aliter, & sic sine fractione, tunc non habetur pro confesso, punitur tamen pro motu iudicis. vt dicit notare Guiller. de Cuneo in. l. succurritur. ff. ex quibus caus. maior. quod sequitur Hippolyt. de Marsil. in sua practica crimina. §. attingam. nume. 45. & Felin. in. c. nullus. de præscriptioni. & Bertachi. in suo reperto. in verbo, carceratꝰ. versic. 53. Et extende hoc, etiam si non omnino fregit carcerem, sed etiam si conspirauit frangere. vt tenet Angel. in dicta. l. in eos. ff. de custodia reorum. dicendo, q illa lex facit contra effractores carcerum, & cōtra conspirantes vt frangāt: quia licet nondum sit perfectum flagitium, nā puniutur velut confessi de crimine, & casus est ibi iūcta. gl. si. Et ita debet intelligi. d. l. ordinamenti, quæ incipit, *Todo hombre.* quòd ad hoc vt habeatur pro confesso, requiritur q fugiat à carcere. cum fractione. & hoc dicit ipsamet lex, in quantum dicit, *que fuyere de la cadena.* & non dicit, *si fuyere de la carcel*, quod nota. & hoc reperio tenere Ioan. de Anna. in. c. à nobis. de aposta. 1. colum. allegando Ioann. Andre. dicēs, quòd si incarceratus fregit carcerem, & fugit, de iure ciuili est pœna capitalis, etiam si sit innocēs. Sed si nō fregit carceres, sed per incurias, & negligētiam custodiæ arripuit fugam, tūc mitius punitur. de quo in. l. prima. & 2. ff. de effracto. & idē tenet Guido. Papa. singu. 206. reassumēdo qua pœna puniatur, qui exit de carcere. Quod aut exiuit frangendo aut non frangendo. Si nō frāgēdo, punitur iudicis arbitrio. ff. de effracto. d. l. prima. circa principium versicul. si per negligentiam. Aut exiuit frangendo carcerē, & tūc aut verè commisit delictum, propter quod captus erat & debet capite puniri licet forte nō esset capitale. vt in. d. l. prima. in principio. & ff. de pœ-

de pœnis.l.si quis aliquid. §.miles.&. l. milites.
§.eis.ff.de re milita.Si autem nō commisit deli
ctum.de quo accusabatur,habetur pro confes-
so,& sic intelligitur glo.fi.in.l.eos . ff. de custo.
reo.vt tenent doctores in.d.l.prima. ff. de effra
cto.Sed inquantum dicit, si exiuit frangendo,
vide eundem Guido.singu.336.dicentē, quod
incarcerati frangentes carceres vltimo suppli-
cio puniuntur.d.l.prima.ff.de effracto. Sed in-
telliget hoc verùm dictus Guid.Pap.si propter
tale crimen,propter quod erat carceratus,debe
bat vltimo supplicio puniri,aliàs non,vt per do
cto.in.d.l.milites.§.eius fugam.ff.de re milit.
¶Et ex hoc probatur,quod si ille,qui est incar
ceratus in carcere publico,licet sua authoritate
40 non debet exire,si exit,† & aufugit inueniēdo
ostium apertum, non habetur pro confesso ac
si frangeret carcerē,vt tenet Bal.sequēdo Guil-
ler.in.d.l.succurritur.in lectura,& in additione.
¶Vbi quoq; tenet, quòd si per muros carceris
fugiat sine vlla fractione,dicitur violator carce
ris.vt in.l.fina.ff.de rerum diuisi . & idem dicit,
si fractis compedibus exijt tamen per ostium,
quod inuenit apertum. & sequitur Felin. in.
d.c.nullus,de præsumpt &Hippolyt.de Marsi.
in repetitione.rubricæ.de probatio.nume.262
& in sua practica.crimi.§.diligenter.numer.46.
¶Et idem dicit,quòd idē est, ac si aufugisset de
palatio potestatis.quod sequitur Ludoui . Ro-
ma in.l.an monendi.ff.de iur. iuran . colu.21.*
Et quòd habeatur pro confesso fugiens à pala-
tio officialis in quo detinebatur tenet expresse
Thom.Gram.consil.57.num.4. & quod tradit
Io.And.in additio ad Specul. in tit. de præsum
ptio.§.species.versi.violenta num.3.in additio.
quę incipit lex vnica quasi in medio:vbi inquit
quod etiam arrestatus in ciuitate aut in palatio
pro crimine habetur pro confesso si fugit vel re
cedit.*¶Et idem est in fugiēte de carcere aper
to.vt Angel.in.l.verum.la segunda. ff. de furt.
& in. l. prima. ff. de effracto. Cataldi.tamen in
suo tracta.syndica.quæstio.193. tenet contra-
riū,dicēdo,quod de carcere publico etiā si ostiū
reperiatur apertum,non debet quis exire. Se-
cus de priuato.vt Bal.in.d.l.succurrit. Sed dic,
ꝙ non est contra:quia licet non debeat exire,ta
men si exit,non habetur pro confesso,sed puni
tur alia pœna arbitraria , vt supra dictū est per
Bald.in.d.suo consilio, quia secundum eum ibi
in principio.Et facit quod tenet Bal . in.c.sicut.
de cohabita.cleri.& mulie.num.8.vbi ait,quòd
si aliquis est carceratus pro debito.& soluit , si
inuenit ostiū carceris apertum , potest propria
authoritate exire de carceribus,licet melius fa-
ciat authoritate iudicis.¶Regulariter si quis fu
git à carcere,talis fuga reddit eum suspectum,
sed non conuictum.vt in authent. de exhiben.
reis.§.si vero,colla.5.& notatur per Cy.in.l.vni
ca.C.de rapt.virg.& dicit Ant.Fran. in addi.ad
Abb.in.c.fi.de fo.compe. in additione,quæ est
in.9.col.nu.19,in parte.fuga. in fine.ꝙ fugiēs à
carcere quem inuenit apertum , non facit iudi-
cium contra se.vt Bald.in.l.1.C.de elici . actio.
*Et vi.Petrū Santander in suo tracta.de segura
tio.& sponsionibus in.3.parte nu.70.vbi singu
lariter dicit,ꝙ si vir nobilis bonę cōditiōis & fa
mæ detentus in carceribus si aufugit non est ve
risimile ex fuga delictum commisisse,& inquit
quod facit quod tenet Ange.in.l.bonę fidei.ff.
de rei vendi.*¶Item.d.l.regia.& similes nō ha
41 bent locum,quādo quis est † iniustè incarcera
tus:quia si quis iniustè detinetur à capitaneo , li
cet fugiat,nō tenetur aliqua pœna. tenet Ale-
xan.in.l.sed eximendi. §. item si quis.ff.ne quis
eum qui in ius voc.vi.eximat.nu. 4. & tenet Ti
raquel.in tract.de vtro.retra.in præfatione. nu.
68.in fi.cum seq. vbi singul.per gl.in Clemē.pa
storalis.in verbo per violentia.& ibi doct. de re
iudi.Bart.in.l.relegatur.in prin. ff. de pœnis.&
in.l.vix eius.C.de probationi.¶In tantū aliqua
pœna non tenetur,quia si iniustè,& illicitè ca-
42 ptus aliter euadere non potest,licet † sibi occi-
dere custodes carceris illicitè ipsum custodien-
tem,vt euadat,nō tenetur de homicidio, nec de
fracto carcere.tenet singu.Par.de Put.in.d.tra-
cta.syndica.in parte,si iudex processit. fol.68.
nu.4.allegat ad hoc tex.in.l.nihil.ff. de capt.&
post limi.reuers.& in.l.capitalium,§.ad bestias.
ff.de pœnis.gl.in.c.ius gētiū. 1.dist.& gl.in.l.1.
ff.de his qui ante senten.mort.sibi consciuerūt.
vbi dicitur,quòd licet quomodolibet redime-
re suum sanguinem.& tenet singul.Luc. de Pe.
in.l.prohibitum.C.de iure fisci.libr. 10.col.2.in
fine.vbi plus dicit,ꝙ imò capite punitur,qui ca
ptus iniustè non fugit cum potest.per.l.nō om
nes.§.qui.ff.de re milit. & tenet singu . Hippol.
de Marsi.vbi suprà.nu.42.l.in.§.attingam.alle-
gando Parid.de Put.ad quod allegat text.in.d.
l.non omnes.§.qui captus.vbi text.& glo.nota
bil.& ibi vide quando dicatur quis iuste vel in-
iustè carceratus & Hippol. vbi suprà. inter alia
allegat.gl.in Cle.2.in verb.violatam. de re iudi.
43 quæ dicit,ꝙ licitum † est iniustè carcerato rum
pere iuramentum quòd facit de redeundo ad
carceres.&Abb.in.c.inter alia.de immunita.ec
clesi.in fine.& Alexan.in.l.regali. ff. de pœnis.
44 ¶Quoq; dicta.l.regia nō habet locum † in ex
eunte de carcere animo redeundi,& citò rediēs

quia nō videtur, nec dicitur fractor carceris. vt Bald.in.l.prima.C.de seruis fugiti.5.colum.numer.15.& Alexand.in additio.ad Bart. in.l.prima.§.expilatores.ff.de effracto.& docto.in authentic.si captiui.C.de episcopis & cleri. & idē Bald.in.l.prima.3.columu.C. de ædili. actio.& Hippoly.de Marsi.in rubrica.ff.de fideiuss.nume.373.*Et Peregrin. in parte captio. quæsti.5.in gloss.fugerit loquendo in arresto.vi.Paul. Grillan.in tracta. de relaxa. carce. fol. 124.nu.13.& facit tex.in.l.si quis ita legatur.ff.de cōditio.& demonstra.& ibi Paul.& Soci.5.notabil. vbi ille qui recessit si in continenti; reuertitur quocunq; animo recesserit cēsetur semper fuisse in loco & idem tenet Floria.in.l.pōponius.§. idem pomponius col.1.ff.fami.hercis.& inquit quòd debet expectari tantum tēpus quod potest reuerti:quod credo esse arbitrarium, & vi. Paul.Grillan.in tracta. de hereti. & sortileg.titul.de fuga incarcera. nu. 13.&Thom. Gram. consi.57.nu.1.*¶Item fallit.d.l. regia in mulie

45 re† fugiente à carcere causa euitandę libidinis, quia tunc licitum est fugere tenet Bartol.in. l. prima.C.de assessori.& Bald.in dict.l.prima.C. de ædili.actio.& sequitur Anto. Franciscus, in additio.ad Abb.in capitu. final. de foro comp. in additione,quæ est in dict.nume.19.in parte, fuga.sed Bartol.hoc vbi suprà.non dicit,nec in l.consiliarijs.Sed Bal. vbi suprà sic colum.3.numer.11.*Imo punit custos carceris si mulierē sic captam carnaliter cognoscat: quia suspenditur vt tenet Ioann.Faber.in.§.item lex Iuli.Insti.de public.iudi.& Peregrin. in parte. captio. q.2.in glo.custodienda,& sequitur Guid. Pap. singu.689.§.commentariensis. idem in decisione.448.& etiā punitur licet sit meretrix.si est incarcerata,tenet Castell.in.l.62.Tauri.in gl.fi. quasi in fin.& vi. late. per Pari.de Put.in tract. syndicatus in verb.adulterium officialis.fo.43. & vi.Paul.Grillan.in tract. de pœnis omni far.

46 coitus fol.92.*¶Vbi quoq; dicit,†quòd si custos carceris dimisit eam exire causa voti implēdi ad aliquam ecclesiam nō dicitur fugisse,quia reuertendi propositum semper retinuit. Tamē hoc,custos nō debet facere, quia eius officium est tenere inclusos, nisi hoc faciat ex cōsuetudine,publica,quia tunc nō est delictum, nec delicti qualitas,quam publica consuetudo permittit secundùm Baldum. ibi in dicta.l. prima. & per iura supradicta. Quod dicit etiam quòd facit ad monachos, vtrū ex fuga fiant apostatę an non.& facit.l.bouem. §. primo.&.§.qui per suasu.ff.de ædili.actio. ¶Et ibi Bald.in dicta.l. prima.C.de ædili.actio.num.9.ponit de fugiē-

47 te † à carcere mulierum, & eunte ad carcerem virorum,an dicatur frāgere carcerem. Et dicit, quòd quando sunt duo carceres scilicet, masculorum,& fœminarū sub vna custodia & claui, dicitur exire de carcere qui sunt distincti: &habitationes per domos,licet sub vna claui,inducunt diuersitatem domorum. secus si essent in distinctæ solum per cellulas, & cameras, quod nota.¶Item fallit dict.l.ordinamenti in fugien

48 te à carcere propter nimiā † sæuitiam iudicis, vel propter eius minas atroces, quia tunc non habet præsumptionem criminis cōtra se vt habetur in.l.in lege cornelia. ff. ad sylani.& tenet Pari.de Put.in dict.tracta.in parte, subijcio subtilem folio.120.num.8. ¶Ad quod facit,quod tenet Angel.in sua disputatione,incipiente,Bononiensis à sua ciuitate bannitus.4. quæstion.

49 vbi ait,quòd excusatur† bannitus si non comparet,nec mittit procuratorem, si timet vim inferre,nec dum sibi,sed etiam causæ. quod sequitur additionat. Abb.in capi.quæ in ecclesia. de constitu.in additione, quæ est in numer. 17.in parte,si culpa sua eget. in fine. & tenet Palati. Rubi.in repeti.rubricæ de dona.§.78.num.30. vbi singulariter.& tenet Paris de Put.in.d.tracta.in parte,an iudex vel officialis.fol. 124.numero.3.quod facit pro delinquentibus absentibus.¶Item fallit dict.l.ordinamenti,quādo fu-

50 giens à carcere illicò vadit † ad superiorē,& coram eo se pręsentat,quia tunc non dicitur fugere,nec frangere,carcerem.vt tenet Paris de Pu. vbi suprà.numer.4.&.5.& facit text. in.l. qui ad statuas.C.de his.qui ad statu. confugiunt & vi.Specula.titul.de competen.iudic.additione. §.effectus.in principio.*Et Paul.Grillan in suo tracta.de hæreti.& sortile.in titul.de fuga carcerati.nume.20.& inquit esse text.in.l. Sed si per prætorem.§.fi.ff.ex quibus caus.maio. & quando dicatur cito, vel illico ad superiorem ire & coram eo se præsentare dic ꝙ debet expectare tantum tempus quanto potuerit attenta distātia itineris &expēsis quas habet ad hoc.vt si est diues vel pauper arg.l.fere.ff.de reg. iur. & in.l. quemadmodum.ff. de acquir.poss.tenet Flori. in.l.pomponius.§.idem pomponius.ff. familiæ hercifcun.num.2.sed ego teneo quòd hoc relinquatur arbitrio iudicis cōsideratis causis supra dictis & alijs quæ euenire possunt.*Vnum tamen nota in materia frangētis carcerem, quòd quando proceditur contra carcerem frangētē,

51 non requiritur aliqua † citatio contra eum, sed solum habita informatione de fuga,& defractione, condemnatur absq; eo quòd citetur. vt tenet singulariter Monta. in.l.4.tit.3.for.ll.lib.

a. in glossa. quæ incipit, *si alguno fallare*. quem
52 vide. ¶ De materia autem iudicis fugientis † à syndicatu, & de faciente fugere debitorem, vel delinquentem, vide, quæ dixi suprà in cap. primo. in glossa no recibira dadiuas. versicul. vtile est scire.

SVMMARIVM.

1 *Custodia carceratorum debet esse magis duplex de nocte, quam de die.*
1 *Modus custodiendi.*
3 *Causæ carceratorum debent celeriter terminari. Et etiam die feriata possunt agitari.*
4 *Captis debent necessaria ministrari sine vlla diminutione. Et si ipsi non habent, an ex publico, vel aliunde alimentari debeant, Iudex debet prouidere, ne quid eis deficiat.*
5 *An capti ex ciuili debito debeant ali a creditoribus suis, & quanto tempore.*
6 *Captus pro debito si non habet vnde soluat nec fideiussorem potest dare, debet cessionem bonorum facere, & creditori debet tradi cum annulo ferreo.*
7 *An marito à creditoribus incarcerato faciendo bonorum cessionem præferatur vxor creditoribus eius pro sua dote. Et an vxori sit maritus tradendus cum dicto annulo ferreo.*
8 *Contractus factus per incarceratum, an valeat.*

c Qual conuenga. c Ad captos custodiendos. vt dictũ est in gl. suprà proxima. in principio. vt sub fida custodia detineantur &
1 custodia, † de nocte debet esse magis duplex. i. post occasum solis vsq; ad ortũ, & sic, quod omnes carcerati debent de nocte stare intus carcerem, nõ extra. vt tex. & ibi glos. & Bart. Bal. & Saly. in. l. prima. C. de custo. reo. vbi vide de modo custodie. & tex. in. l. 6. tit. 29. parti. 6. Et Ange. & Salyc. in. d. l. prima. dicunt, quòd est notãdũ. & ita faciant habentes ordinariè custodiam in castris, & fortalicijs, & dixi in glos. suprà proxi. numero. 30. ¶ Et vtrum ei, qui custoditur, mani
2 cæ † ferreæ sunt imponendę. Et de officio custodum circa personas custodiendas, & de eorum poena si asperè tractant carceratos, vi. l. 9. titul. 14. libro. 2. in ordina. regali. Et adde, quòd cau-
3 sæ † carceratorum debet celeriter terminari. vt in. d. l. 1. nec dum in principio. sed & in progressu, & cognitione. quod intelligit Salyc. ibi. quã do partes sunt præsentes quia tunc cognitio

uenga c, y prisio

debet accelerari, vt in. l. final. eius titul. ¶ In tantum debent celeriter tractari, quòd etiam die feriata agi potest, vt tenet Specula. in titul. de ferijs. §. 2. circa principium. versicul. post autem. & hoc quando carcerati sunt miserabiles personæ. vt ibi. ¶ Et non solùm suæ causæ debent ce-
4 leriter terminari, verum etiam sibi debent † ministrari necessaria. vt in Clemen. prima. §. sanè, in fine. de hæreticis. Et iudices singulis dieb9 dominicis habere debent notitiam carceratorum & intelligere si habent victum, & taliter prouidere, ne quid eis deficiat sub poena librarũ. 20. vt est text. in. l. iudices. C. de episcopa. audië. & tenet Franciscus Lucano in tracta. de fisco. in. 2 parte. numer. 48. tomo. 6. tracta. folio. 10. ¶ Et custos carceris debet sine vlla diminutione prouisionem carceratorũ, quam recipit ex ordinatione communi, vel ex eleemosynis. & illud, quod à parentibus, & amicis, vel alijs personis fidelibus offertur ministrare: quæ omnia, & singula iurare debet commentariensis, seu custos carcerisante officij adeptionem, prout tenet text. in d. Cleme. 1. §. porro. diuidere tantum, & partire debet escas, & panes, quæ eis mittuntur, & diligenter visitare, ne illis transmittant limas, seu alia ferramenta ad frangendos carceres, vel vincula. prout dicit Cardi. in. d. §. porrò. quia quandoq; in panibus, pullis, vel alijs escis abscondũtur ferramenta. prout Cardi. ibi. in. 7. nota. ¶ Itẽ si prisionarius non habet ex publico, seu aliunde prouisionem vitæ, debet ei custos prouidere postea resarcire tenebitur. prout dicit text. in. l. final. C. de eroga. mili. anno. libr. 12. & facit. l. iudices. C. de episco. audi. Dicit tamen Lucas de Penna. in dict. l. final. column. penulti. quod in regno debet captiu9 expẽsis custodis custodiri & ipse de suo satisfacere debet, si habuerit vnde. aliàs expensis curiæ custodiendus est per capitol. vt præteritæ. & ibi Inno. de electi. * De quo per Parid. de Put. in tracta. syndica. verb. an carcerarius teneatur alimentare. vbi carceratus debet sibi administrare expensas, & si non habet facultates & causa est ciuilis debet habere sumptus per carcerari facientem per. gloss. in. d. l. fi. de eroga. milit. ãnon. * ¶ Quod singulariter & notabiliter limitatur in criminosi. ¶ In capti-

5 uis verò † propter ciuile debitum, si non habuerint vnde se alant, debet ali expensis creditoris alias debet iudex eos relaxare, & adhoc est gl. singula. in dict. l. final. in verbo, agnoscere. de erroga. militia anno. libr. 12. quam gl. pro singul. ad hoc allegant Angel. in. §. final. Institutio. de actio. in final. verbis & ibi Iason. & Bartolus in l. sanctum. ff. de re. diui. & Felin. in capi. primo. colum. 6. ve. sicut. in ddo iunge. de libelli obla. & tenet Guill. Rolille in tractatu de iusti. & iniusti. 2. libro. capi. 8. num. 4. & 5. tomo. 17. tracta. & singulariter Hippoly. de Marsi. in sua pract. cri. §. attingam. nume. 74. ¶Sed quanto tempore debitor iste debet alimentari à creditore. Aliqui dicunt, quod infrà sex menses. per text. in pragmati. 80. in libro pragmati. vbi ait, quod si aliquis est captus pro debito. & non soluit. infrà sex menses catenæ debet renuntiare, vt ibi cauetur. sed certe ipsimet pragm. hoc nõ dicit. nec probat. ¶Et in hoc casu dic, quod captus debet alimentari per creditorem. 9. dies & nõ plus
6 si non vult. † Et si captus habet vnde se alat vltra pòt se alere: & si in isto termino non potest soluere, nec fideiussorem dare creditori, debet ei tradi facto cessionem bonorũ. vt singulariter disponitur in. l. 5. & in. l. 6. titul. 12. libro. 5. ordi. & in pragmat. 78. & 79. in libro pragmat. vbi ponitur ordo cessionis. & per totum titul. 15. par. 5. & C. qui bon. cede. poss. & l. 2. titu. 8. lib. 3. for. & ibi per Monta. quæ est singul. ¶Et tunc talis debitor debet tradi creditori, cum annulo ferreo ex quãtitate, & rotunditate digiti continuo, & discooperto palam super collum thoraeis absq; vllo velamine sub pœna illius legis, & pragmaticæ, vbi. & in dictis legibus ponitur cessionis forma. ¶Et licet dicta cessio bonorum fiat in ciuilibus, & nõ in criminalibus, quia si quis non habet in bonis, in corpore luere debet tex. in capitulo finem litibus. de dolo & cõtuma. in fine. & in. l. cum sit iniustũ. C. de sepul. viola. latè sicut per Ias. in. §. pœnales. Institu. de actio. colum. 7. cum sequentibus. numer. 43. & gl. in. §. ex maleficijs. eo. tit. per Abb. & ibi eius additio. in. c. olim vobis de restit. spolia. num. 2. Et melius per Ias. in. §. fi. Institu. de actio. nume. 13. vers. quarto. ¶Quod iam hodie nõ habet locum, quia etiam in criminalibus & quando debitum descendit ex crimine habet locum dicta cessio bonorum secundum formam dictarum. ll. & pragmaticarum. vt tenet singulariter pragmatica facta per nostrum Carolum Valliso. anno. 1538. sed eam intelligo, quãdo tale debitũ applicatur parti, secus si pœna pecuniaria applicetur fisco, quia tunc non habet locũ dicta cessio bonorum sed punitur in defectum in corpore per iura suprà allegata, quæ remanent incorrecta. Et facit quod tenent Ioann. And. & Abb. & Ioa. de Imol. in. c. Odoardus de solut. vbi dicũt quod quando agitur pro puro interesse, cessio admittitur, siue conueniatur ex contractu, vel ex maleficio. * Et ante. d. pragma. leges regias quę hoc volebant, vt in. l. 13. & 14. titu. 2. lib. 7. foro iuzgo: vbi totum nouenum & si fur nõ erat soluendo detur pro seruo aduersario, & tenet Peregrina in parte, furtum. q. 6. in glo. mutilabitur quasi in fin. sed cõtra istum meum intellectum est. l. 105. styli vbi quis pro calonia regis tradit regi ad seruiendum anteaquam tradatur accusatori sed credo quòd mea opinio sit vera per d. pragmatic. ibi in suis proprijs personis ad verã executionem & vi. quæ dixi suprà in. c. 1. in gl. fiel. nu. 31. ¶Sed quid de debitore fiscali an talis possit bonis cedere licet quidam dicat quod per. l. quotiens. & l. nemo. C. de exacto. tributo. lib. 10. in contrarium facit. l. 2. & 3. C. qui bonis ceder. sed in hoc vi. dist. Henri. in c. Odoardus. de solutio. nu. 1. in fin. quod autem debitor publicus non est contumax, sed inquantum põt deuotus suo creditori existit in isto casu cedere potest aut est contumax & ingratus & tũc propter contumaciam capietur & in aperta & libera custodia detinebitur nec huius modi detentionem per cessionis beneficium poterit euitare vt in. d. l. quotiens. quod est verum quãdo est soluendo: si autem non est soluẽdo admittitur cessio vt in. l. si pater tuus. cap. qui bonis cedere poss. * ¶Et quia in materia ista cessiõis bonorũ accidit pluries questio optima, & occurrit sæpè in iudicijs, volo aliquid super eam dicere, quę talis est, An maritus †, qui incarceratus est ad in-
7 stantiã alterius creditoris cui est tradẽdus ex dispositione dictæ pragmaticæ ad seruiendũ cum dicto annulo ferreo, si vxor eius sit anterior in hypothecis expressis secũdum communem intellectum. l. assiduis. C. qui potio. in pig. hab. vel inter creditores habentes tacitas, an mulieri sit tradendus primo quàm alteri ex creditoribus cum dicto annulo ferreo. Et pro parte negatiua facit tex. in. l. alia. §. eleganter. ff. solu. matrimo. hoc modo inductus. Nam si maritus habet beneficiũ ne cõueniatur vltra quam facere potest vt in. l. maritum. ff. eod. titul. & tale beneficium non potest renuntiari tacitè nec expressè vt in d. §. eleganter. illico non potest incarcerari secũdum communẽ opi. ibi. ergo nec tradi suæ mulieri pro suo debito. ¶Itẽ facit text. in. §. patitur cum similibus Insti. de iniurijs, quæ iura dicunt vxores debere defendi à viris, non ecõtra: sed si

dicemus

dicem⁹ q̃ si maritus traderetur vxori, & ita per eam eximeretur ab alijs creditoribus, & sic defraudaretur vir ab vxore, q̃ esse nõ debet. ¶ Tertio ꝓ ista parte facit, q̃ vxor est famula viri, nõ autem econtra. vt in c. hæc imago. 33. q. 5. facit etiam gl. & ea quæ ibi late Saly. & Ias. in l. 2. C. de in ius vocan. vbi ait glo. & prædicti, q̃ vxori debetur reuerentia per virum non autem viro per vxorem. si igitur mulier est famula viri, & viro nõ debetur reuerentia per vxorem, impossibile est in casu nostro, q̃ vir tradat vxori; nec debet ei tradi tanquam famulus ad seruiẽdum. ¶ Ad idem facit & quarto quòd si vxor decedit non electa sepultura, debet sepeliri in sepultura mariti. & secundi si secundò nupsit. vt in c. is qui de sepult. in 6. nõ tamen econtra. prout notat Abb. in c. de vxore. de sepul. colum. 1. quòd dictum fundatur vt per eum ibi reuerẽtia quã debet vxor viro semper, & etiã in morte: ergo multò fortius in victu ne eum possit habere incarceratũ, nec ei tradi. ¶ Quinto pro ista parte facit tex. in l. ob æs alienum. C. de actio. & obli. & iura ibi adducta per gl. & scribẽ. qui dicũt, iura non patiuntur liberos homines creditorib⁹ seruire, & propter debitum eis tradi, & in carceratio est species seruitutis, vt ex infra dicendis apparebit. si ergo alijs non est licitum seruire, multo fortius nec mulieri, quia magnã reuerentiam debet viro, vt dictum est. ¶ Facit quoque tex. in l. Titio centum. §. Titio. el. 2. ff. de condi. & demonstra. vbi non valet conditio per testatorem relicta, q̃ quis teneatur stare, & habitare certo loco. quia videtur species seruitutis, si igitur maritus tradetur vxori secundũ dispositionem d. l. & pragmaticæ, regulariter debet habitare in loco, & domo mulieris, & illi operari, illico seruitus est. ¶ Facit & 7. determinatio Bal. in l. 1. ff. solut. matri. column. 4. vbi ait, quòd vbi inopia alicuius est priuilegiata, non debet talis incarcerari, sed ita est, quòd inopia mariti est huiusmodi naturæ, ne conueniatur vltra, ergo nõ potest incarcerari, nec incarceratus tradi vxori vt in d. l. si maritus. ff. solut. ma. ¶ Quoque pro ista parte facit. 8. Nã licet mulier fortè possit assignari marito ꝓ debito ciuili, & pecuniario, & possit incarcerari, quòd tamen hodie nõ potest per. l. 3. titu. 13. libr. 5. in ordi. reg. & in l. 62. Tauri, tamen non propterea sequitur, quòd posito, quòd ipsa possit marito assignari, possit econtra eidem maritus incarceratus assignari. nam in multis differunt, vt in l. in multis. ff. de statu homi. ¶ Et sic est prima differẽtia. s. quòd vxorẽ maritus accusat criminaliter de adulterio. non tamen econtra. tex. in l. prima. C. de adult. & ibi Bald. & alij Ang. in l. nuptura. ff. eo. & in l. si vxor. §. si iudex. eodem titulo. quia per vxorem fit iniuria viro. non econtra, secũdum Cy. & Saly. in d. l. 1. non tamen vxor potest accusare maritum tenẽtem amasiam, nec amasiã ad criminalem punitionem. vt in dict. l. 1. & ibi Bal. qui dicit verum quo ad pœnam legis Iuliæ tunc potest accusari ex capite generali iniuriarum. quia verum est, quòd iniuriam patitur matrimonium violatum. licet gloss. in dict. l. 1. videatur tenere contrarium nam per maritũ non potest violari torus, potest tamen mulier accusare virum ciuiliter, vt separetur torus & vt petat donationem propter nuptias. l. cõsensu. C. de repud. Tamẽ de iure cano. secus est: quia vir & vxor non iudicantur ad impaeria. tex. in cap. nemo si blandiatur. 32. q. 4. Ioan. de Imo. in cã. vt cleri. orum. de vita & honest. cleri. Abba. in capitul. primo in principio vt lite non contest. tenet Hirony. Zanetti in tracta. de differen. inter ius cano. & ciuil. num. 7. & 8. tomo primo. tracta. foli. ¶ Secunda differentia, quòd vxor coruscat radijs, & dignitatib⁹ viri. tex. in l. mulieres. C. de dignit. lib. 12. & in l. mulieres. C. de incolis. lib. 10. & in l. fœminæ. ff. de senat. Hinc est, quòd vxor doctoris vel militis potest appellari domina, & doña, propter maritum, licet ipsa non descendat ab origine. vt in d. l. fœminæ. ff. de reg. iur. voluit Bart. in l. post mortem. §. fi. ff. de bono. posse. contra tabul. numer. 3. idem in l. amicissimos. §. fi. ff. de excusa. tuto. numer. 8. & in l. donationes, numero primo. C. de dona. inter vir. & vxo. & Deci. in dicta. l. fœminæ. nu. 8. & dixi supra in proœmio. in prima gl. ¶ Addetamen in hoc, quòd vxor semper retinet suã propriam paternam vel auitam dignitatẽ, etiã si nobili inferioris cõditionis nubat. text. & ibi Plat. in dicta. l. prima de dignit. lib. 12. est tamẽ vna differentia q̃ dignitatem suam semper retinet secus tamẽ est in dignitate, quam prosequitur propter virum, quam non retinet. nisi dum est nupta, vel vidua. tex. in c. ex parte. b. de for. compet. & Platea. in dicta. l. prima, & Abba. in dicto capitul. ex parte. & dixi in dicto proœmio. ¶ Tertia differentia est, quia dote non soluta, maritus potest percipere fructus rei pignoratæ vt in capitulo. salubriter. de vsu. secus est in vxore, quæ propter dotem non solutam sibi post solutum matrimonium non lucratur fructus rei datæ in pignus. quia text. in dicto capitulo salubriter. habet locum in marito, & non in vxore. vt notat Angel. de Aretio in §. actionum. Institu. de actio. column. 38. ¶ Quarta differentia est quia certum est, q̃ vxor nõ potest

teſt promittere votum continentiæ, nec exeo obligari ſine licentia viri. Secus tamen eſt in vi ro, qui ex iuſta cauſa poſsit, vt Abb. in c. ſcripturæ. de voto. licet bene poſſet emittere votum in ſubſidium terræ ſanctę ſine licentia viri, ſi eſt ſenex. vt Abb. in capitul. ex nulla. de voto. numero. 9. ¶ Quinta differentia, quia certum eſt, quod clericus coniugatus habeat beneficium Canonis. ſi quis ſuadente. 17. quæſtion. 4. non tamen habeat eius vxor, vt tenet Domi. in. c. 1. §. fi. de cleri. coniug. num. 6. & dixi ſuprà in gl. primà procem. Et ideo ſi aliquis percutiat clericum coniugatum, non poteſt abſolui, niſi per Papam, ſecus tñ eſt in vxore ſecundum Domi. ibi. ¶ Alia differentia & vltima eſt, quia mulier etiam cum mandato nõ poteſt ſtare in iudicio. textus. in. l. qui abſente. C. de procurato. & ibi Bar. & doct. Secus tamen eſt in marito quia etiam ſine mandato poteſt eſſe in iudico pro vxore. vt in. l. maritus. C. de procura. ¶ Ex quibus differentijs, nimirum ſit, quòd etiam ſit noſtra differentia, quia licet maritus poſsit fortaſſe recipere vxorem boniscedenten ſecundum diſpoſitionem dictarum legum regni, nõ tamẽ è contra vxor poſsit recipere viri. Et hęc ſunt quæ faciũt pro iſta parte negatiua, & pro ratione dubitandi. ¶ His, & alijs quibuſcunq; nõ obſtantibus ſub iudicio melius ſentientis contrariam ſententiam opinor fore veram. Imò quòd maritus taliter incarcerat⁹ à creditoribus, & ceſſionem bonorum faciens ſecundum diſpoſitionem dictarum legum regni, & de iure communi poteſt. & debet tradi vxori cum annulo ferreo, donec ſoluat ſibi dotẽ, & in iſta traditione vxor præfertur cæteris creditoribus, ſecũdum ſuam prærogatiuam, & hypothecam, ſecũdum formam dictæ legis aſsiduis. C. qui poti. in pgno. habe. cùm ſimilibus & ita practicatur, & ſolu ries in ciuitatib⁹ huius regni iudicaui, & executioni mandaui, maximè in ciuitate Abulẽſ. Et pro iſta opinione & practica faciunt iura & fundamẽta ſequentia. ¶ Primò, ꝙ debeat vxori tradi, facit: quia vbi vxor eſt pauperrima, maritus non habet beneficiũ ne conueniatur vltraquã facere poteſt, ita notat egregie Bart. quẽ cæteri ſequuntur in. l. maritum. ff. ſolut. matri. ad finẽ ſi igitur in tali caſu non habet tale priuilegium maritus, ergo tunc vxor poteſt conuenire inſolidum. & non tenetur ei debitam reuerentiam exhibere, & ſic poterit pro eius debito incarcerari, & ſic ceſſat ratio, & diſpoſitio in dict. l. alia §. eleganter. ſuprà allega. ¶ Secũdo pro iſta parte facit, quia licet verum ſit, ꝙ iſtud ius reuerentiale non poteſt tolli per pactum. vt in dicto. §. eleganter. eſt verum, & procedit per pactũ expreſſum, ſecus per tacitum. nam bene poteſt remitti. tex. in. l. nam & maritus. ff. de cond. indebi. facit tex. in. l. quanuis. ff. de in ius vocan. tenet iſtam ſententiam Alex. in dicto. §. elegãter. col. 6. ergo ſi maritus tacet, & cõſentit ſe mulieri aſsignari. poteſt tacitè remittere ius reuerentiale ſibi debitum per vxorem, & ita mulieri aſſignari tanquam eius incarceratus. ¶ Tertio facit, quia licet per pactum non poteſt fieri, ꝙ maritus inſolidum exigatur per mulierẽ, & ita ꝙ incarceretur. vt in dicto. §. eleganter tamẽ bene poteſt hoc fieri per legem. ita eſt determinatiõ Bar. in dict. §. eleganter & Alex. ibi. 3. col. & ita illæ leges regni ord. & pragmat. bene hoc potuerunt facere & ordinare. Et ꝙ illæ leges indiſtinctè hoc dicant, facit dicta. l. 5. tit. 12. lib. 5. ordi. vbi tenet primo creditori tradatur. & in dicta pragmatica clarius dicit, ꝙ talis debitor ita incarceratus tradatur illi creditori, cui prius de iure debet fieri ſolutio, & ꝙ mulier ſit inter creditores, eſt melior text. de iure in. d. l. ſi marito. ff. ſolu. ma. in prin. cuius verba ſunt. Si marito publico iudicio dãnato pars aliqua bonorum eius publicetur, fiſcus creditoribus eius ſatisfacere neceſſe habet inter quos vxor quoq; eſt. Et ꝙ ſit priuilegiata cæteris, eſt text. in dict. l. aſsiduis. Et ita remanet indubitatũ, ꝙ maritus prius ſit tradẽdus vxori ſuæ. Pro cuius corroboratione facit. nã vt dictum eſt, prædictæ leges dicũt indiſtinctè intelligi, & locum habere arg. text. in. l. non diſtinguemus. ff. de arbi. & in. l. de pretio. ff. de publi. in rem. Nam ſi alteri creditorum traderetur, & non vxori, ſequeretur ꝙ vxor eſſet deterioris conditiõis in dote quam ſint alij creditores in ſuis debitis, quod non patitur, vt in dicta. l. aſsiduis. & in. l. prima. in fi. ff. de dote præleg. & eſſet apertè contra diſpoſitionẽ tex. in dicta. l. prima. ff. ſolu. matri. Nam in iſto caſu ſi vxori non traderetur, nõ ſemper dotis cauſa eſſet præcipua, & vbiq; ſi alteri priuſquã mulieri traderetur, quod eſſe non debet, ne ſit contra diſpoſitionem dictę legis. ¶ Quartò facit. Nam dictæ leges ordina. præcipiunt fieri per creditores ſolennitatem iuramenti, ſcilicet, ꝙ non malitioſè nec ſimulatè recipiunt debitorem. Ergo ſi vxor dictum iuramentum, & ſolennitatem facit quãdo recepit maritum, debet ei tradi: & eius iuramento ſtari: quia in dependentibus à conſcientia, iuramento eius ſtatur. glo. in. §. ſed iſti quidem. Inſtitu. de actio. in gloſſ. magna alias in capitul. ſi vero, el. 2. de ſent. excõmu. alia in. c. ſignificaſti. de homic. & ibi docto. Hippol. in rub. de fideiuſſo. nume. 40. gloſſ. in. l. 1. §. 2. ff. de itiner.

de itine.actu.pri.& ibi Bar.tex.in.c. pastoralis. de excep.Bar.in.l.interdũ.ff.de fur.& Iaso.in.l. cum quædam puella.ff. de iuri.om.iudi.& Ias. in.§.in bonæ fidei.Instit.de actio.nu.20.per Soci. in tractat.fallentiarum.regula.72.vbi plura. ¶Quintò pro istaparte facit tex.in.l.vbi adhuc C.de iure doti.& in.l.si constante in principio. ff.solu.ma.&.l.29.tit.11.part.4.quæ iura dicũt ꝙ si maritus vergit ad inopiam constãte matrimonio, maritus nõ habet illam exceptionem, non teneor vltra quã facere possum, & per cõsequẽs beneficium incarcerationis, vt voluit illa glo.in dict.l.vbi adhuc.quam ibi tãquam veram sequuntur omnes in.l. si cõstante. licet ibi contrarium alia senserit & malè. Ergo si marit⁹ isto casu potest exigi in solidum,& beneficium cessat,& non est aliquod impedimẽtum, quod impediat maritum vxori tanquam incarceratũ tradi.s.tradẽdus est. Et istud, ꝙ maritus quãdo vergit ad inopiam possit cõueniri, procedit clarè de iure communi,siue vergat ad inopiam casu,siue culpa sua,secundũ illam opi.relatam per Alex.in.l.si cùm dotem.§.si marit⁹. ff.solut.matri.sed de iure regni stat contrarium,nã non habet locum quando vergit ad inopiam casu fortuito,vel sine sua culpa,vt est tex.in.l.29.ti.11. parti.4.quam refert & sequitur Pala. Rub.in repe.rub.de dona.§.17.cũ sequenti. Et ita est vna differentia inter ius commune,& regni nam illa lex.29.stat de directo contra cõmunem opi. & quia ista esset maxima restitutio, scilicet, ꝙ quãdo maritus sine culpa sua perdit dotem, & bona,& vergit ad inopiam, vxor eius nõ possit dotem suam exigere ab eo constante matrimonio.¶Hoc limito nõ procedere,nec habere locum,quando mulier concurrit in actione cum alijs creditoribus agentibus & intentãtibus actiones suas contra maritum: quia tũc poterit etiam mulier agere, & dotem suã petere etiã si maritus casu & culpa sua perdidit bona, & venit ad inopiam. & ista limitatur dicta.l.29. pro qua allego dictum & determinationem Alex. in.d.l.si cum dotem.§.si maritus.ff.solu.ma.vbi dicit,ꝙ mulier non debet pati damnum ꝑpter infortunium mariti. pro quo etiam vltra eum facit tex.in.l.si maritus.fin.verbis.eod.titu.sed ita est,ꝙ si mulier impediretur illo casu dotem suã exigere cõstante matrimonio, & cęteri creditores exegissent sua credita ab viro,tunc mulier pateretur dãnũ propter infortuniũ mariti, & maritus esset penit⁹ in perniciẽ vxoris,quod prædicta iura nolũt. ¶Sexto ꝓ ista parte facit ꝙ vtilitas publica præfertur priuatę,de quo est tex.& ibi scribentes in.l.prima.§.fi.C.de cadu. tollen.& in.l.Barbarius Philipp⁹. ff.de offi.præsi.cum vulgaribus.sed cum ex parte creditorũ versetur vtilitas priuata,& ex parte verò mulieris dotem suã repetens à viro versetur publica vtilitas,vt in.l.prima.ff.solut.matri.ergo debet ei maritus assignari.& illa est præferenda.¶Septimò,pro istaparte quoq; facit tex.in.l.in summa.§.item vacuus. ff. de aqua plu. arcẽ.ibi,hoc ęquitas suggerit,etiã si iure scripto deficiamur. sic igitur licet hic iure scripto deficiam⁹ expresse disponẽte,ꝙ maritus tradatur vxori, attamẽ ęquitas assurgit,quę semper seruãda est,vt in.l. placuit.C.de iudicijs.& in.l.ꝙ Ephesi.ff.ꝙ cert. loco.¶Octauò pro parte ista facit. Nã dos est causa pia,vt in.l.cùm his.§.pẽ.ff.de cond.indebi.Bar.in.l.quæ dotis.col.3.ff.solu.matri.& doctores communiter in.l.prima.eod.tit. Et in dubijs opinionibus illa pars tenenda est, quæ pro causa pia facit.vt in.l.sunt personæ. ff.de religi. & sumpti.fune.& subtilitates & rationes stricti iuris omittẽdę sunt,cùm de pia causa tractatur. vt.d.l.sunt personæ. qui est tex.melior de corpore iuris.&cùm in ista causa tractetur de dote & sit de pia causa,omittendæ sunt istæ solennitates reuerentiales, quæ marito debẽtur per.d. §.eleganter,& ita permittendũ, ꝙ possit marit⁹ tanquam incarceratus vxori assignari: nã si cõtra fiat,vergeret in damnum ipsius mariti vxoris,& filiorum,& esset contra regulam tex.in.l. ꝙ fauor.C.de legi.¶Et quando maritus vergit ad inopiam,mulier,quę concurrit cum alijs creditoribus nõ debet pati dãnum propter infortunium mariti. vt est illa celebris determinatio Alex.iam allega.in dict.l.si cum dotem.§.si maritus.ff.solu.mat.nu.2.vbi tenet,ꝙ licet infortuniũ debet esse cõmune vtriusq;,fallit vbi agitur de præiudicio dotis,sequendo Bar. Bal. & alios ibi.& Cy.in.d.l.vbi adhuc.in.9.q. de iure do.& putat opi.Bar.veriorem & æquiorem esse.licet Iacob.de Are.& Benedictus de Plũbi.in dict.l. si constante teneant contrarium. quia si sua opinio esset vera,ista communio infortunij viri noceret vt dictum est viro, quia creditores exigerent maritum etiam in dote,ex quo sequeretur quòd coniuges, & liberi, propter quos dos est constituta. paterẽtur potius damnum, quam fauorem.¶Nono, facit glossa. & ibi docto.in.l. ob æs alienum. C. de actio. & obliga. vbi dicit, quòd seruire ad tempus, non est species seruitutis. notant eam & sequuntur docto.in.l. Titio centum.§. Titio centum el.2.ff. de condi.& demonst.& gloss.Montal.in dicta l.2.titul.8.foro legum lib.3.in glo.fina.vbi singulariter,ergo licet marit⁹ tradatur incarcerat⁹

vxori

4 esse † noua, debent expelli, & vitari. vt notat glo. in auth. ius iuran. quod preest, in fine. collatio. 2. quod dicit Montal. vbi supra esse notandum contra rufianos, siue lenones, & meretrices, & similes, q propter eorum morbum & contagium possunt à ciuitate expelli, vel à vico, vbi habitant. Idem de leprosis. & de habentibus alias quascunq; infirmitates contagiosas. de quo per Montal. vbi suprà, & vide Fran. Cur. in additio. ad Paul. de Castr. in. l. iustitia. ff. de iustit. & iure. & Doctor del Castill. in. l. 62. de Toro. & Pala. Ruui. in repeti. rub. de dona. §. 60. nu. 8. Et Paul. de Cast. in. l. nullus. C. de summa tri. & fide catholi. & facit text. & ibi gl. & doctores in. c. cùm oporteat de accusatio. vbi ex inhonesta cōuersatiōe præsumitur contra aliquem: & vide Ripam in trac. de peste. in. 3. parte. nu. 142. cum sequentibus.* Et mēdicantes validi & ociosi homines expellendi sunt de terra, nec talibus eleemosynā debet erogari. l. 4. titu. 20. par. 2. & Bar. & Plat. in. l. vnica. C. de mēdica. valid. lib. 11. vbi dicūt, ꝗ isti debēt puniri: & vi. Montal. in. l. 1. tit. 8. libr. 3. fori in gloss. 1. in fin. & tex. sing. in. l. 40. tit. 5. part. 1. & idē dic de hæreticis ne inficient alios. Et idem dicas generaliter vbi est timor huius inficiationis, vel similis potest expelli de ciuitate. de quo per Bal. in dicta. l. nullus. & Peregrin. in parte expulsio. vbi etiam dicit, quòd exceptis ijs casibus domini terrarum non possunt expellere sine causa vicinos, nec mercatores forēses de suis territorijs & non recedentibus bona auferre: quia mūdus est omnibus communis patria, & ideo nō possunt expelli sine causa ex qua possunt bāniri, tamen vēturis autem ad patriam alienam bene potest interdici ingressus tenet Bald. in capit. in epistola. §. dominus vero de forma fidelitatis.* Tamē locator nō potest expellere meretrices quibus domum conduxit, licet possint repelli à vicinis: quia ad illum vsum meretricandi domū conduxisse præsumitur. tenet Philip. de Perus. in. c. 1. de vsur. & Ripa in dict. tracta. de peste in. 2. parte nu. 20. ¶ Et quia iam in nostra Hispania non sunt Mauri nec Iudæi: quia expulsi fuerunt per istum catholicum regem iste tex. non vtitur nec practicatur, ideò in eo nō insistam, tamē de materia vide per totū titulum de Iudæ. & Sarac. & Montal. in glo. ordi. in parte Iudæus. & Ioan. de Plat. in. l. omnes qui. C. de decurioni. libr. 10. vbi latè. Vbi tenet ꝗ in malis nobiscum non participant: quia cum eis non est epulādum, cōuersandū, medicinas sumendo, & ab conuiuijs eorū est abstinendum, & distinctum habitum deferre debent vt à Christianis dignosci valeāt. ¶ Tamen habent participationem nobiscum quo ad onera publica, licet nō quo ad honores. ¶ Item quātum ad iudicia & arbitria quia secūdum nostra iura agunt, conueniuntur, & puniuntur. ¶ Item quantū ad matrimonia ꝓhibita, vt cū personis prohibitis auia, vel sorore non contrahāt. ¶ Nec obstat ꝗ nil ad nos de his quę foris sunt. vt in. c. gaudemus. de diuor. quia est verùm quo ad pœnam spiritualem non temporalem vt gl. in. c. Iudæi. de Iudæ. Sunt enim foris â nobis quo ad fidem, sed quo ad alia subsunt nobis vt in. l. Iudęi. C. de Iudæ. secundùm Plat. vbi suprà.* Et adde ꝗ meretrices cogi ad portandum aliquod habitum distinctum, tenet Bar. & Pau. in. l. mime. C. de episcop. audi. & Peregri. in parte, meretrix.*

Prætor. Cap. XXVII.

Otrosi, que si algunos malhechores de su jurisdiction se acogieren a fortalezas [a], o lu-

Prætor. Cap. XXVI. finis.

SVMMARIVM.

1 *Receptans aliquem malefactorem in castro, vel fortalitio, tenetur ad emendam maleficij commissi, & ad pœnam de iure statutam.*

2 *Pœna receptatoris delinquentium, & violantis pacem.*

a Fortalezas. a Vide tex. in. l. 1. & tertia cum sequentibus. tit. 16. libr. 8. in ordin. rega. vbi cauetur, ꝗ receptans
1 † aliquem malefactorem in castro, vel alio fortalitio, dominus castri tenetur ad emēdam maleficij commissi & insuper tenetur ad pœnā de iure statutam. Et iudex verò super hoc inquisitionem tenetur facere, aliàs de suo resarciet. quod vendicat sibi locum in eo, qui receptatur in villa, vel loco, & idem est, si receptat in castro, vel domo

vel domo forti, vel in arcibus mulieres, & earum rapientes, aliosque malefactores, & eos noluerit iustitiæ tradere si requisitus per adelātatū, noluerit delinquentes, vt permittitur, dare poterit ex tunc adelātatus cum de hoc fuerit per publicū instrumētū certificatus capere diruereq; fortalitiū, castrū, vel domum in aliorum terrorē, & exemplum. vide tex. in. l. prima. cum sequentibus. tit. 17. eod. lib. 8. in eisdem ordi. regalibus. ¶Et pœna† receptatoris delinquētium & violātium pacem est quòd puniatur eadem pœna qua puniretur ipse delinquens nisi sit coniunctus vel affinis delinquentis, vt in tit. de pace iura. fir. c. primo. §. conuenticulas. & ibi Bal. tex. in. l. 2. ff. de recepta. & in l. prima. C. de his qui latro. occulta. Archidia. in. c. quicunq;. de hæreti. in. 6. & tenet. l. 2. in dic. titu. 17. in fine. eod. lib. 8. in ordina. regali.

gares de señorio q̃ con gran diligencia entiendan en saber a dōde estan, y requieran[b] a los receptadores que los

SVMMARIVM.

1 *Remißio vt fiat an sit necesse quòd iudex delicti eam petat, vide hic.*

2 *Iudex requirens an debeat dicere in literis imperamus, vel requirimus & rogamus.*

3 *Cuius expensis debet facere hanc requisitionem.*

b
1 Requieran. b Nota tex. quòd ad hoc vt remissio† fiat est necessariū, q̄ iudex delicti dictā remissionē petat. idem tenet Bart. in. l. 1. C. vbi de crimi. agi opor. nu. primo. idem tenet Abb. in. c. primo. de rapto. nu. 9. vnde si iudex delicti nō curat requirere, potest delinquens puniri per iudicem originis vel alibi, secundum eūdem ibi, quę opinio dicit ibi Ioā. de Anna. 3. & 4. col. esse satis bona allegando Bal. in dicta. l. prima. & est text. in. §. si quis verò comprehensorum. in authē. vt nulli iudicū. collat. 9. & idem tenet Abb. in. c. fi. de foro compe. col. 8. nu. 15. & ibi additio. & idem tenet Bal. in additio. ad Spec. in tit. de cōpet. iudi. additiōe versi. iudex originis. Et ideo dicit Iaco. de Bello Viso. in sua practi. in parte, de fuga reorum. nu. 27. q̄ licet quis nō commisit delictum in iurisdictione illius iudicis qui eum detinet, q̄ tunc potest ipsum punire quamuis alibi cōmiserit delictum, nisi fuerit requisitus per iudicē loci, in quo deliquit, vel per iudicem domicilij criminosi & sic dicit q̄ intelligitur. d. §. si verò comprehensorum, & d. l. si cui. §. fi. ff. de accus. vt dicit esse expressum. l. 2. C. vbi de cri. agi opor. maximè quia in criminalibus prorogatio admittitur. vt in. l. 1. in fine. C. de iur. omni. iudi. & l. 2. & sic si non fuerit requisitus per iudicem in quo deliquit potest quilibet iudex eum punire, q̄ dicit esse verum si criminosus nō habet certum domiciliū quia si haberet & ibi commisisset esset remittendus necessario ad iudicē sui domicilij etiā sine requisitione, quod dicit valde nota. ibi. nu. 30. in. d. practi. & sic dicit q̄ intelligitur text. in. d. §. quis verò comprehensorum. & lex relegatorum. §. interdicere. ff. de interdi. & releg. ne delicta remaneant, impunita. vt in. l. ita vulneratus cū ibi nota. ff. ad. l. Aquiliam. ¶Et ista petitio remissionis debet fieri à iudice delicti, non autē à iudice originis nec domicilij, & est ratio differentiæ. quia illam iurisdictionem offendit vbi delinquit. vt tenet Baldus in. l. executorem. C. de executioni. rei iudi. & tenet Montal. in. l. prima. titu. primo, libro secundo foro legum in gloss. *Alli responda.* prima col. & quòd requisitio remissionis, seu petitio requiratur tenet Iacob. de Bello Vis. in sua practi. in parte, de fuga reorum. nu. 63. ¶Quòd intellige quando requiritur iudex par, siue æqualis, quia tunc requiritur petitio remissiōis, secus si est iudex inferior subiectus & habens iurisdictionem taxatam, & non habens authoritatem puniendi vt sunt isti iudices pedanei quia tūc debet fieri remissio malefactoris per talem inferiorem superiori sine eo q̄ sibi petatur nec requiratur. probat Bald. in. l. si Barsatorem. C. de fideiussoribus primo notabili. per legem secundam. C. de sportulis. & tex. mirabilis in. §. audient. in authentica. de defensori. ciuitatis. collatione tertia. in principio, & tex. in. l. prima. ff. de seruis fugitiuis. ibi & inuentos reddant. & Bartolus in lege magistratibus. ff. de iurisdictione omnium iudicum. nume. tertio. & Innoc. singulariter in ca. vt fame. de senten. excōmu. & vide tex. in. §. necessitatem. in authē. vt iudi. sine quoquo suffrag. collatione prima. text. in. l. generali. C. de decurio. lib. 10. & facit tex. in. §. & hoc quoq; præcipim⁹. in authentica, vt litigantes iurent. collatione nona, & vide in simili Salycet. in lege prima. C. de exhiben. reis in fine dicendo, quod vbicunque iudici apparet aliquem esse militem remissionem debet facere etiam parte nō petente, quòd dicit

dicit esse notandum: quia miles non potest pro rogare iurisdictionem in criminibus & debet remittere cognito de crimine & cum actis causæ vt ibi. ¶Et vide dictum Iacobum de Bello viso, in dicta sua practica iudiciaria in parte de remissione fienda, aliàs de fuga reorum. num. 63. vbi in expresso tenet, quòd si sunt tales iudices qui non possunt commodè cognoscere de crimine commisso propter defectũ iurisdictionis, tunc tales tenentur remittere sine requisitione, & dicit quòd pro hoc est tex. in. l. 3. in. fine. ff. de officio præfe. vrb. & in. l. fin. & in. l. solent. ff. de custo. reorum. & in dict. §. audient. in authen. de defenso. ciuita. & l. defensores. C. de defenso. ciuit. & l. fin. ff. de offic. præfe. vigil. & in authẽ. de manda. princip. §. fin. colla. 3. & est tex. singula. de iure regni in. l. 42. titul. 16. parti. 3. in fine. loquendo in teste falso, quia potest puniri per iudicem, tamen si talis est iudex qui nequit punire, quia non habet iurisdictionem debet remittere eum maiori iudici puniendum. & vide quæ dicam infra. in. cap. 48. in gloss. *Quales quier juezes.* n. 5. *Et vi. singulariter Pereg. in par. muta. & vi quæ dixi. suprà in proœ. in glo. *qualesquier.* num. 6. * ¶Et facit quod tenet Felinus in cap. non potest. de re iudi. numer. 5. vbi tenet allegando text. in. l. fi. C. vbi senato. vel cleri. & Areti. in. capit. qualiter & quando el. 2. de accusatio. quòd si rectores prouinciarum vident personas illustres esse condemnandas, & nec possunt illas condemnare nec punire, debent referre causam principi, & tenet solennis doctor Ioann. Bernal. de Luco Episcopus Calagurritanus in sua practi. cri. in parte, officiali, ac vicario generali. colum. 2. ¶Et vide Bald. in. capitulo. quoniam contra. de probatio. numero. 8. vbi si in capiendo malefactorem simul concurrant iudex superior & inferior in eodem territorio,
2 inferior debet efferri superiori. ¶Adde tamẽ† quòd iudex requirens in literis suis, non debet dicere imperamus, vel iubemus, sed debet dicere, requirimus, & rogamus, & hortamur, vt tenet Angel. & Salyc. in dict. authen. si verò criminis. C. de adult. contra tex. ibi. & sic vtitur & facit iste text. in quantum dicit. Requieran. *¶Et cuius expensis iudex debet facere requisitionem hanc, dic quòd expensis criminosi vt dixi infrà. in. gloss. *entreguen.* nume. 24. & si iudex in requirendo eum qui dicitur criminosus expensas faciat, potest ab eo recuperare. vt. l. circensium. C. de decurio. lib. 10. & Peregr. in parte expensæ. q. 4. in. gl. expẽsas: sed Henric. in. c. ad aures de simonia. 2. disti. ait hoc verum de expensis quas iudex faceret suus competẽs per fraudem seu cõtumaciam illius qui dicitur criminosus: quia forte subterfugit, vel immunitatem ecclesiæ seponit, cui insidiando iudex facit sumptus aliàs si nõ esset suus iudex puta qa laicus insequitur notoriè clericum delinquentem tunc non recuperabit: sed si non erat notoriè clericus potest recuperare vt dixi suprà. in. c. 15. in. gl. *homezillos.* nu. 33. & licet sit suus iudex qui eum insequitur, vel requirit, si non est in vera contumacia repertum quia est ignorans, vel infirmus grauiter, vel ab alio iudice de facto detentus tunc non recuperat ab eo secundũ Henric. vbi suprà. *

SVMMARIVM.

1 *Remißio an fiat de necessitate, vel de vrbanitate.*
2 *Non remittit maior ad minorem.*
3 *Remißio habet locum in criminalibus.*
4 *An valeat consuetudo, quod remißio delinquẽtis non fiat.*
5 *Remißio fit in grauibus criminibus, secus in leuibus.*
6 *An in causa criminali ardua ciuiliter mota, habeat locum remißio.*
7 *Remissio vbi fit, an debeat fieri ante condemnationem.*
8 *Iudex antea quam delinquentem remittat, potest cognoscere an sit culpabilis nec ne: quia non tenetur sequi iniustos appetitus requirentis.*
9 *Litera requisitoria cum informatione delicti mittitur ad hoc, vt remißio fiat.*
10 *Si sententia est perdita, sufficit vt informatio ipsius iudici mittatur, vt delinquẽtẽ remittat, quia sententia potest probari per testes.*
11 *Appellatione actorum sententia continetur, & sententia est de actis.*
12 *Vt remissio fiat decem requiruntur.*
13 *Raptor virginis, & honestæ mulieris, non remittitur.*
14 *In terris quæ sunt sub vno præside, non est locus remißioni.*
15 *An vagabundus delinquens remittatur.*
16 *An in contractibus habeat locum remißio ad locum contractus.*
17 *Remissio in contractibus habet locum, quando*

contrahentes in fraudem contractus fugiūt & receptantur.

18 *Remissio in contractibus habet locum, quādo cō trahens solutionem destinauit in certo loco, & promisit ibi personaliter repræsentare.*

19 *Remissio in contractibus habet locum, quando contrahens renuntiauit foro suo.*

20 *Renuntiatio fori specialis requiritur.*

21 *Clericus non potest consentire in alienum iudicem.*

22 *Ad rationem reddēdam remittitur quis ad locū vbi habuit administrationem.*

23 *Remissio habet locum in causa status.*

24 *Remissio cuius expensis fit.*

25 *In causa inquisitionis testes non debent venire suis sumptibus, sed sumptibus reipublicæ.*

26 *Processus, & confessio facta coram iudice remittente, an valeat.*

c **Entreguen.** c Nota tex. ꝙ de iure regni in criminalibus debet fieri remissio delinquētium ad locum delicti. Idem tenet & latè. l.2. titulo.17. libro.8. in ordina. rega. & hodie remissio † est de
1 necessitate & non de vrbanitate. vt voluit tenere gloss. in Cle. pastoralis. §. deniq; in verbo, de more. de re iudica. & glo. in. l. si cui. §. fin. ff. de accusatio. quia istæ glossæ reprobantur per text. in authen. si verò criminis. in verbo iubemus. C. ad. l. Iuli. de adult. & ibi Angel. & Saly. quia verbum iubemus inducit necessitatem vt in. l. prima & secunda. ff. quòd iussu. pro quo est text. ibi si verò imperata neglexerit: quia hoc verbum imperata necessitatem importat. ca. ꝙ pręcipitur. 11. quæst.3. & quia negligens punitur, ergo tenetur arg. l. Gracus. C. de adulte. nec obstat quod par in parem non habet imperium: quia in hoc factus est superior. licet nō ad puniendū, & ꝙ de necessitate fiat remissio est veritas. vt ponitur in dicta authen. si verò, secundùm Bar. in dicta. l. si cui. §. cum sacrilegium in principio. & est tex. expressus in. l.2. tit.29. par. 7. ¶ Glos. tamen in dicta. l. si cui. §. fi. & in dicta Cle. pastoralis, potest saluari in casu in quo per alium iudicem literæ non fuerunt super remissiōne directæ, nam tunc iudex cognito ꝙ alibi deliquerit, & non in sua prouincia debet ex vrbanitate remittere ad iudicem delicti, vel vbi maius crimen commisit. prout tenet Saly c. in dicta. autem. si verò. & dicit notandū quia forte non auditū. ꝙ sequitur Io. de Anna. in dict. ca. primo de rapto. colu.5. ¶ Et tu vide Cardi. in. d. Cle. pastoralis. versic. deniq; nu.17. vbi vult distinguere, aut remissio petitur in foro ecclesiastico vel in seculari, in primo casu est vera opinio de necessitate, etiā si iudex ecclesiasticꝰ petat à seculari vt in crimine hæresis. vt in commissi. de hęreti. in. 6. licet videatur ꝙ hęreticꝰ debet puniri, vbi reperitur. & vbi delinquit in mari, & in cælo, & in terra. c. ne quicquā. 24. q.2. ¶ Si. verò petitur remissio in seculari foro. tunc si petitur de his locis qui sunt sub eodem domino vel iurisdictione, est facienda de necessitate si de diuersis putat non fienda de necessitate, nisi sit consuetudo. & istā dicit esse opi. Paul. de Liaza. quæ opi. Paul. seruatur si in illa remissione est contradictio, secūdū Ioan. de Anna. in. c. primo. de rapto. 5. col. ¶ Tamē dicit dictus Ioa. de Anna. ꝙ Ioa. de Imo tenet ꝙ siue loca sint sub eodem, siue sub diuersis, debet fieri remissio de necessitate & ad hoc compelli debet per superiorem, quia eos ius necessitat & peccant si non faciunt, quia ius quòd est supra omnes hoc iubet fieri. & sic tenet cum isto tex. & cum opinione supra dicta, quòd de necessitate debet fieri, de qua quæstione. vi. quoque per Hippoly. de Marsi. in repeti. l. vnicæ. C. de raptu virgi. nu.123. per quatuor colum. vbi aliā distinctionem facit. Et ratio quare remissio fit est, vt ex aspectu alij terreantur. l. capitalium. §. famosos. ff. de pœnis vt tenet Ioan. de Anna. in dicto cap. primo de rapto. colum.4. versi. quæ autem sit ratio, & Abb. in dicto cap. fi. de foro compet. num.15. *Et vi. Bald. in. l. pręses prouincię. ff. de offic. præsi. in fin. vbi dicit, ꝙ licet iudex loci ꝓcedat, si iudex delicti remissionē petit debet fieri. quod dicit notandum, quia debet remittere etiā ille qui per se potest puniri. per. d. l. sicui. §. cum sacrilegium. ff. de accusa. & talis remissio vtitur in terris quæ sunt sub vno pricipe. vt ibi.*

2 ¶ Tamen de maiori tribunali † ad minus non remittitur de necessitate. tenet Oldraldus consil. 124. per tex. in authentica de appellatione & intra quę tempora. in principio. collatione quarta & l. ad cognitionem. ff. ex quibus causis in possessio. eatur. & per. l. ad principem. ff. de appellatio. ¶ Et quòd remissio fiat in criminalibus †
3 est tex. in dicta authē, vt nulli iudicum. §. si quis verò com-

entreguen c y sobre ello hagā todas las diligencias que de derecho se deuen

rò comprehensorum.colla.9.& in d.authen.in verbo criminis.& notatur in.l.prima.& in aut. si qua in prouincia.C.vt de crimi.agi opor.Bal. in.l.cum archimedoram.C.vt in posse.lega.pē. col.licet Bal.in additio.ad Specu.in tit.de accusatore.ver.quid si offensus dicat se nescire legē dicentem q̄ debeat fieri remissio,& de cōsuetudine hodie non fit remissio, nisi inter subditos eiusdem imperij,de quo per eundem Baldū in lege secunda columna secunda.C.de seruis fugiti.eundem in.l.secūda.col.16.C.de hæredi.institu.& in.l.pē.col.19.C.de execu.rei iudi. Bar.& ibi Alex.in.l.sepulchri.ff.đ sepul.viola.Oldral. consi.124.per d.§.si quis vero cōprehēsorum.& hoc tene,quia est cōis opi.vt remissio fiat. vt Cæpola in cōsi.59.col.3.ver. videtur dicēdum.& tenet Paris de Put.in tracta.syndica.foli. 68. versi.si iudex.¶In tantum q̄ non valet consue-
4 tudo,† vt non fiat remissio delinquētium, si delinquēs non est in loco domicilij vel delicti: qa per hoc publica vtilitas lęderetur,quæ requirit vt publica crimina non remaneat impunita.c. vt famæ.de sent.excom. & quasi irrationabilis esset talis consuetudo,& grauosa, & ideo non valet.vt tenet Abb.in dict.capitulo finali.de foro compe.nume. 23.¶Sed cōsuetudo q̄ iudex domicilij non remittat ad iudicē delicti,vel ecōuerso,bene valeret dummodo alter predictorū in cuius territorio dixit velet delinquentem punire,qa tūc cessaret ratio prędict.vt tenet Abb. in capitulo primo de rapto.num.10.¶Sed quo modo ex non vsū inducitur consuetudo contra notata in capitulo Ioannes.de cleri.coniug. Dic quando sæpe fuit petita remissio delinquētium,& fuit denegata nec aliquid inde secutū est,tunc enim iste nō vsus habeat contrarium actum dispositioni iuris,ideo inducitur consuetudo.vt in dicto.capi.Io. Secus tamen si nūquā fuisset petita remissio,nec concessa, tunc enim non potest dici introducta cōsuetudo:quia nil fuit actum cōtra ius cōmune. Requiritur enim petitio vt fiat dicta remissio, quòd declarat ita Abb.in dicto capitulo fi.num.23. quam distinctionem sequitur Cæpola in dict.consi.59.col. 3.versi.sed hic posit dubitari.&Io.de Anna.in d.c.1.de rapto.col.4.versi.in eadem:q̄ dicit procedere nisi iudex loci vbi delinquens sit,aliàs talis qui punire posit,putà ratione priuilegij vel præscriptionis, vel alia ratione præmissa,scilicet,immunitatis consuetudo tenet.& idem tenet Cæpol.in.d.suo consilio.¶Et q̄ remissio in
5 criminalibus fiat,intellige† in criminibus grauibus,secus in criminibus leuibus: quia tūc nō fit remissio vt in dict.§.si quis verò comprehensorum.tenet ad literam Domi.in.d.c.Romana.§.cōtrahentes de foro compe.in.6.in fi.& sequitur Anto.Fran.in additio ad Abb.in.dic.c.fi.de foro competen.in additione quæ est in nu. 15.& dicit quòd illud dictū Domi.sequitur Lanfran. de Fauo præceptor suus in repeti.l.in quorum. ff.de pigno.& tenet Mont.in.l.1.tit.1.li.2.foro leg.in gl.2.& facit tex.in.c.primò.de priuilegi. in.6.& tenet Io.de Anna.in dict.c.primo đ rap. 5.col.*Et est tex.expressus.in.l.2.titu.17.lib.8. ord.ibi *si algunos hizieren maleficios ansi de muertes como de robos e furtos q̄ merezcā auer pena en los cuerpos*.& ibi *tenemos por bien que qualquiera que fiziere cosa porque merezca muerte, o otra pena corporal*, & sic quòd in istis casibus criminalibus grauibus habet locū remissio,secus in alijs casibus criminalibus leuibus in quibus reus nō meretur pœnā mortis nec corporalē: quia tūc nō est locus remissioni:& ita tene & nota quia ista est communis opinio secundū. Abb.in.c.fi.de for.cōpe. nu.15.nec in atrocioribus habet locum remissio si agitur de crimine ciuiliter secundū Abb. ibi.*¶Adde tamen,q̄ licet sit causa criminalis
6 ardua,† si est ciuiliter mota nō est locus remissioni.per.d.§.si quis verò comprehensorū,quia cessat ratio supradicta, qa pœnæ impositio nō est alijs exēplum, & hæc causa comparatur ciuili.c.tuæ.de procurato.& ista est veritas secundùm Cardi.in dicta Cle.pastoralis.§.deniq; in fine.& Anto.Fran.in additio. ad Abb. in.c.pastoralis.§.præterea đ offi.delega. ¶In casibus
7 autē in quibus fienda est remissio, debet fieri † ante sententiam & sic ante condemnationem. quia condēnatus non remittitur per iudicem qui eum condemnauit.tenet Saly.in dict.l.1.C. vbi de crimi.agi oportet & Bal.in.l. executorē C.de executio.rei iudi.ver.quæritur. col. 6.nu. 18.q̄ dicit ibi esse valde notādum. & tenet Sal. in.l.2.C.vbi đ cri.agi.opor.facit tex.in.l. relegatorū.§.interdicere.ff.de interdi. & relega. & ibi gl.facit.l.aditos.C.de episco.audi.tenet Mōtal. in.l.Prima.titul.primo.li.2.for.leg.in glossa.2. col.2.versi.Itē nota q̄ si quis methymnēsis.vbi ait.q̄ illi qui dicunt remissionem ad locum delicti fieri intelligitur de condēnando,nō de iam condēnato.idē tenet Anto.Franc.in additio.ad Abb.in.c.fina.de foro competen.in additione quæ est in nume.15.in fine.¶Sed miror de isto Antonio Francisco non vidisse Alex.in.l. à diuo Pio.§.sententiam.ff.de re iudi.nu.2.&.4.vbi tenet contra Bal.& Saly.&dicit non bene dixisse.Imò q̄ etiam post latam sentētiam condēnatoriam à iudice loci domicilij,est locus remissioni:quia dictus.§.si verò generaliter loquitur, & rationes,

ratiões, propter quas đbet fieri remissio, militãt
etiã post sententiam, & sic remanet cõtra Bald.
& eius sequates, vbi per eum nu. 4. col. 3. Et no-
tã, quia magna est authoritas Alexã. quia vt ait
Feli. in. c. ex parte de rescrip. 8. col. Alex. est lu-
cerna ardens in cathedris iuris ciuilis, & alleuiass
set multos labores posteris. Et sic vult Alexã. ꝙ
valebit processus, & sententia iudicis domicilij,
sed erit exequenda per iudicẽ loci delicti remis-
sionem petẽtem. allegat. tex. in. l. solent. & in. l.
nõ dubiũ. versic. illud. ff. de custo. reorũ. & dicit
esse menti tenendum. Sed credo, ꝙ si sentẽtia la-
ta est executioni mãdata, ꝙ nõ teneatur iudex
domicilij remittere p supradicta. ¶ Sed tu quo-
q; potes aliter intelligere, ꝙ post sententiam ha-
beat locũ remissio, scilicet, quãdo iste delinquẽs
transtulit se in aliam iurisdictionem extraneam:
& in illa cõmisit aliquod delictum, tunc debet
iudex, qui eũ capit, & detinet punire de illo cri-
mine cõmisso in suo territorio, & iurisdictione,
& deinde remittẽdus ad aliam iurisdictionem,
Et hoc verum, si crimen ibi commissum sit tale,
quod non impediat executionẽ alterius iurisdi
ctionis, vt putà, si crimen sit tale, ꝙ mortem nõ
exigat, & aliud delictũ primum cõmissum mor
tis pœnam exigeret; quia tũc primo de minori
pœna, deinde de maiori tractãdum est. vt in di-
cta. l. si cui. §. fi. ff. de accusa. & sic in loco captio-
nis potest manum, vel pedem amittere, vel ver-
berare, si qualitas criminis hoc exigat: & deinde
est remittendus ad aliam iurisdictionem, in qua
maius, vel equale crimen cõmisit., & ibi alia ma
nus, vel pes amputabitur, vel ad furcam suspen-
detur, vel secundum qualitatem criminis punie
tur, quia vna executio non debet aliam impedi
re. vt in dicta. l. si cui. §. fi. & tenet Iacob. de Bello
viso in sua pract. in parte, de fuga reorum. num.
22. & nu. 23. quia in pari crimine vel pœna im-
ponẽda, est iudex, qui eũ detinet, in executione
præferendus, cum possidẽtis sit potior cõditio.
vt notatur in. l. 2. ff. ne quis eum qui in ius vocã.
vi exi. ¶ Et vide dictum Iacob. de Bello viso.
vbi suprà, vbi ponit, quid si delictum est cõmis-
sum in iurisdictione duorum, & vnus cepit ma-
lefactorem, an sit remittendus alteri. Et tenet ꝙ
nõ, quia cũ dominꝰ, qui cepit. potest cognosce-
re, & punire, nisi esset cõtentio inter ipsos de iu
risdictione quia tũc habet locũ sequestratio. vt
ibi. nu. 24. cum sequẽtibus. ¶ Adde quoq;, ꝙ in
casibus, in quibus fiẽda est remissio, anteaquam
8 remittat, ꝗ põt iudex cognoscere, an si ille, qui
est remittendus, est culpabilis, vel ne quia in cri
minalibus iudex non tenetur sequi iniustos ap
petitus requirentium, sed tantummodo iustos.

tenet Ang. de Peru. in. d. authent. si verò crimi-
nis. in principio. per. d. Inno. in. c. pastoralis. de
offic. delega. in glo. iustam. quod sequitur Ioan.
de Ana. in. d. cap. primo de rapto. 4. columna.
versi. tertia est opinio. ¶ Licet videatur cõtra, qa
remittere đbet sine aliqua cognitione, quia prę
sumptio est pro iudice requirente. vt in. c. in prę
sentia. de renũtiatio, tunc quia requisitus est me
rus executor. c. pastoralis. §. pręterea. đ offi. dele
ga. l. si vt proponis. C. de executio. rei iudi. ¶ Ta
men dictum Ang. & Saly. est verũ, quia aliqua
lis cognitio requiritur, aliàs sine causa infamare
tur. vt glos. in dicta Cle. pastoralis. in verbo. de
more, in fine. Et Cardi. ibi in dicto versi. deniq;
in fine. cum ea transit, tamẽ dicit, ꝙ Paul. de Lea
za. ibi dicit, ꝙ si petitur remissio in principio
processus, debet fieri aliqualis cognitio, secus si
iam est condemnatus. Quod dicit Cardi. esse ve
rum, nisi constaret, ꝙ iniustè fuisset condẽnatus
tunc enim nõ remittet, aliàs enim ędificaret ad
gehennam, tanquam faciẽs cõtra consciẽtiam.
per. c. literas, de resti. spolia. & per nota. in. c. pri-
mo de offi. ordi. & sic tenet, ꝙ cognitio requiri-
tur, etiam si sit condẽnatus. ¶ Tamẽ in condẽna
to cõtrarium de nostro iure regio cauetur, quia
ostẽsa sententia, illicò reus debet capi, & remitti
de alio nõ cognito. tex. est in. l. 2. ti. 17. li. 8. in or
di. regali. ibi. *Llegando el querelloso con la sentencia a
los alcaldes del lugar do estuuiere el malhechor a les re-
querir que lo prendan, y lo embien preso al lugar donde
hizo el maleficio, embiãdo se lo a requerir los alcaldes ꝗ
dieren la sentẽcia, que seã tenudos los dichos alcaldes, y
officiales del lugar do acaesciere de lo prender, y prẽdan
y embien preso, y bien recaudado a los alcaldes y juezes
del lugar, donde ansi fiziere el maleficio.* Qui text. est
singu. pro opinione Pau. de Leaza, & sic ꝙ in cõ
dẽnato per iudicẽ delicti non requiritur vt per
iudicẽ, qui facere debet remissionem, cognosca
tur si est bene condemnatus, vel nõ, quia statim
sine aliqua cognitione est remittendus sub pœ
na ibi cõtẽta. ¶ Et sic quòd dictũ Ang. Saly. & se
quaciũ, dicẽtiũ, quòd requirat cognitio, ꝓcedat,
quãdo petit remissio antea quã sentẽtia sit lata
cõtra delinquentẽ, quia tũc requiritur, vt tenet
Abb. in. d. c. fi. de foro cõp. n. 18. & tũc secũdum
eũ ista summaria cognitio debet fieri in loco de
licti. Et sufficit quòd ꝑsumptiuè ꝓbetur delictũ
illius qui debet remitti: quod sequitur Ant. Frã.
in additio. ad Abb. in. d. c. pastoralis. §. pręterea.
in additione, quæ est in parte expressum. in fi-
ne. n. 6. allegãdo Bal. in additio. ad Specu. in tit.
de cõpe. iudi. adi. in vers. malefactor, quod sequi
tur Alex. in additio. ad Bar. in. l. hæres absens. §.
si quis tutelã. ff. de iudicijs. in additione, quæ est
in parte

in parte queritur.allegando Ang. ibi,vbi dicit,
q͂ quando fieri debet remisſio in criminalibus,
ſeu in ciuilibus, ſemper requiritur cauſæ cogni
9 tio , & ſic vtitur : quia dum remiſsio petitur, †
mittitur litera requiſitoria cum informatione
delicti,vt iudici loci, à quo poſtulatur remiſsio
conſtet,an talis fuerit reus.vt Barto.in dict. l.1.
C.vbi decri.agi oportet.¶Circa dictam.l.ordi-
namenti dubitatur de. q. quæ mihi euenit ſen-
tentia,per quam quis fuit condemnatus crimi-
10 onaliter,non apparet,quia eſt perdita,† vel tabel
lio eſt mortuus & in ſuis prothocolis nō appa-
ret,an cum informatione ipſius ſentētię iudex
debet remittere delinquētem? Tene q͂ ſic,quia
ſententia poteſt probari per teſtes.tex.in.ca. ſi
cut.de re iudi.Bart.in.l.fi.C.eod. tit. de re iudi.
additio.Abb.in.c.Albericus. de teſti. in prima
additione.Bald.in tit.qui teſtes ſint neceſſa. ad
proban.noua inueſtitu.in vſi.feudo.Bart.& ibi
Alex.in additio.in.l.ſicut. C. de fide inſtrumē.
¶Facit quoq; , q͂ acta iudicij poſſunt probari
per teſtes,etiā ſi nulla ſcriptura actorū interue
niat.glo.in.l.cum quis.C.de rebus credi.in ver-
bo manifeſtū.Facit glo.& ibi Saly. in. l.quoniā
multæ.C.de hæreti.Bar.in.l.prima.§.ſufficit.ff.
bono.poſſe.ſecundùm tabul.Lanfran.de Oria.
in repeti.c.quoniam cōtra,de probatio.in prin
cipio.nu.16.allegādo Bar. in.l.in fraudē. § .ne-
q;.ff.de iure fiſci.¶Idem tenet Bal.in.l.2.C.vt li
11 rte penden.dicens,q͂ ſententię † appellatione
acta cōtineri,& eſt veritas ſecundum Lanfran.
vbi ſuprà. Vi.tu quoq; Alexan.in.l. tale pactū.
§.qui prouocauit.ff.de pactis.nu.5.vbi tenet,q͂
ſententia eſt de actis fori &Bar.in.l.acta.ff.de re
iudi.vbi eſt caſus.illicò poteſt probari per teſtes
ſicut acta iudicij,& ita fuit deciſum.¶Et ad hoc
12 vt remiſsio † fiat,multa requiruntur. vt ponit
Guido papa deciſione. 202.& ibi eius additio-
na.& ea breuiter reaſſumēdo. Dico q͂ primùm
quòd requiritur,eſt q͂ conſtet crimen , de quo
agitur,fuiſſe commiſſum.¶Secundò,q͂ crimen
conſtet fuiſſe commiſſum in territorio iudicis
requirentis.¶Tertiò,q͂ delatus non ſit vagabū
dus.¶Quarto,q͂ delatus nō ſit accuſatus de hæ
reſi.Sed in hoc dic vt dictū eſt ſupra in.c.20. in
gl.Vſurpan.nu.20.¶Quintò , q͂ non cōmiſerit
crimē penes iudicem,quem detinetur,quia an-
tea quam remittatur,debet fieri de tali crimine
punitio.per.d.l.ſi cui.§.fi. ¶Sextò q͂ iudex req
ratur,vt dictum eſt.Quos ca ſus dicit Guido pa
pa eſſe notabiles,quia quotidie occurrunt.¶Et
additio eius addit ſextum,ſcilicet,q͂ delictū nō
ſit minimum.vt Domi.de ſancto Gemi. in dic.
c.Romana.§.contrahētes.in fin.¶Octauū,q͂ re
miſsio petatur inter ſubditos eiuſdem imperio.
¶Nono q͂ remiſsio petatur fieri à minori tribu
nali ad maius, quia non fit de maiori tribunali
ad minus,vt dixi tenere Oldral.conſilio iam al
legato.124.¶Tamen iſta regula fallit primò,in
13 raptore † virginis,vel honeſtæ mulieris,quia ta
lis malefactor per quēcunq; iudicem capiatur
etiam ſi non ſit iudex ſuus,nec in ſuo territorio
delinquit,ſed alibi,non tenetur remittere eum,
ſed ipſum punire ſine fori præſcriptione,nec de
neceſsitate remittitur ad locū delicti.Eſt doctri
na Paul.de Caſt.in.l.raptores.C.de epiſcopis &
clericis.per tex.ibi.nu.7.¶Secūdo fallit,in ter-
14 ris,quæ ſunt † ſub vno preſide actu,vel dn̄io.vt
tenet Bald.in.d.l.hæres abſens.§. ſi quis tutela.
ff.de iudicijs.ver.in ea.in fine. ¶Aliqui volunt
15 q͂ ſit alia fallentia in vagabundo,† ſed certè nō
eſt:quia in eo habet locū remiſsio. vt tenet latè
Abb.in.d.c.fi.de foro cōpet.9.col.nu.21.&Mō
tal.in.d.l.1.tit.1.lib.2.foro.ll.in.gl.Alij reſpon-
da.¶Cy.tamen in.d.l.1.C. vbi de cri. agi.opor.
dicit,quia de multis neſcitur vbi habeant domi
cilium,ideò vbicunq; reperiuntur,poſſunt con
ueniri,niſi caueant de reſpondendo in loco do
micilij,cùm quaſi ſit impoſsibile aliquem ſine
domicilio eſſe. ff. ad municipal. l. eius.§.celſus.
ad finem.quod dicit videri Petro eſſe rationabi
le.Et q͂ vagabundus non remittatur, tenet Gui
do papa.in deciſione. 202. vbi quoque dicit,q͂
vagabundus eſt,qui certum non habet domici
lium.ſecundùm gloſſ.in.l.prima.§.pretor.ff.de
damno infecto.ibi,habitationem non habet.&
ibi Bar.& vi. Abb.latè in.d.c.fi.de foro compe-
tēti.col.6.nu.13.&.14.& ibi additionato.¶Sed
dic,q͂ licet vagabundus poſsit conueniri.vbi In
uenitur,nō tamē per hoc ſequitur,q͂ nō habeat
locum remiſsio,ſi petatur, quia debet remitti,
vt dictū eſt tenere Abb.&Mōt.vbi ſuprà.¶Sed
16 quæſtio eſt,an in contractibus habeat † locū re
miſsio ad locū contractus. Quæ queſtio eſt de
ciſa per tex. in.c.Romana.§. contrahētes.de fo
ro cōpet.in.6.vbi tenet,q͂ in cōtractibus nō ha
bet locum remiſsio,ſed debet ibi cōueniri,ſi ibi
inuenitur,licet olim fuerūt opiniones. quod ꝓ
bat.d.§ contrahētes.& ibi Domi.latè in fin. vbi
dicit,q͂ non obſtat ratio gl.quia parificantur ci
uilia, & criminalia, quia eſt verum quo ad forū
ſortiendum,nō quo ad remiſsionem, ſeu tracta
tionem in iudicio.vt ibi.& probatur in.l.2.ff.de
inius vocan.& iſtammet opinionem,q in cōtra
ctibus nō ſit locus remiſsioni tenet Bar.in.l.hæ
res abſens.§.ſi quis tutelam.ff.de iudi.& ibi An
gel.& Paul.nu.8.& idem tenet Bar.in.l. prima.
ff.ſi quis in ius vocand.non ierit. 3.col. & ſequi

tur ibi Alex.nu.6.& Iaſ.n.9.Bal.in.l. cum archimedoram.C.vt in poſſe. lega. & eſt communis opinio de iure communi.& ſequitur Abb. in dicto.c.fi.de foro cõpe.nu.57.¶Sed de iure regni aliter videtur, imò quòd in contractibus habeat locum remiſsio.vt in.l.prima.tit.17.lib.8.in ordinatio.regali.vbi habetur, quòd debitores contrahẽtes, qui in fraudem contractus fugiunt, & receptantur, remittuntur ad loca cõtractus. Et ſic quòd de iure regni eſt notandum, quòd ſicut in delictis, ſic in contractibus fit remiſsio delinquentis, & contrahentis, Sed Monta.ibi in glo.ordi.in parte delinquens dicit, quòd credit ſub correctione videntium, quòd iura cõmunia, ſupra allegata nõ corrigantur, quod euitare licet.vt in.c.cum expediat. de electio.in.6.quia dicta lex regia ſolùm habet
17 locum † in ſuo caſu, cùm contrahẽtes in fraudẽ contractus fugiunt, & receptãtur, & pro hoc approbatur, quod in fine dict. gl. §. contrahentes. quidam dicebant, quòd ſi contrahens abeſt animo latitandi, iudex vbi reperitur, tenetur ad remiſsionem, aliàs poſsidentur bona, vt ibi.& hoc credit verum, quæ opinio & intellectum mihi quoque videtur, quia ex verbis legis colligitur. ¶Quoque dicta lex regia poteſt intelligi ſecundum eundem Montal.vbi ſupra.& Bal. in dicta l.cum archimedoram.nu.6.qui dicit ibi reperiri notatũ per antiquiſsimos doctores, qui multis ætatibus Accurſium præceſſerunt in dict.l.prima.ff.ſi quis in ius voca.non ierit, ſcilicet, ſi con
18 trahẽs † ſolutionem deſtinauit in certo loco, & promiſit ſe ibi perſonaliter repræſentare, quia tunc etiam inuitus ad locum cõtractus dicitur. Et ideo dicit Baldus, quòd ſi in inſtrumento debiti eſſent iſta verba, promiſit in tali loco ſoluere, & ſe ibidẽ perſonaliter repræſentare, ſemper ad eum locum debet fieri remiſsio; quia ipſe ſibi hanc neceſsitatem impoſuit. Quod intelligit verùm Bald. ſi hoc actor petat remitti, ſed ſi nõ petitur, vel reus non obtemperat prætori, tunc loquitur materia legis primæ.ff.de eo quod certo loco. ¶Quoque intellige dictam regulam dicti.§.contrahentes, & eſt ſecunda fallentia, niſi
19 † in contractu renuntiauit foro ſuo. Iſta eſt gl. ſingularis & non alibi in dicta lege prima. ff. ſi quis in ius vocand. non ierit.in gloſſa ſecunda & per ea eſt communis opinio ſecundùm Alexand.ibi & Bartolus in dicta lege hæres abſens §.ſi quis tutelam.& Baldus in dicta lege cum archimedoram.numero quinto, vbi ait, quòd ſi priuilegio fori renuntiauit, cogitur eidẽ ſe repræſentare, quia hoc caſu remittitur in ciuili, ſicut in criminali, vt renũtiatio priuilegij fori aliquid operetur, quod dicit valde mente tenendum. Et licet Angel⁹ in dicta lege hæres abſens.§.ſi quis tutelam reprobet.d.glo.& Rapha.Fulgo.& Io. de Imol.in dict.c.fi.tamen Iaſ. in dicta.l.prima. ff.ſi quis in ius voca.non ierit.nu.9.eam defendit, licet primò adducat quatuor rationes cõtra eam dicendo: quia quando forenſis cõtrahit in certo loco, & renuntiauit priuilegio fori, certè illa renũtiatio nil aliud penitus poteſt operari, niſi remiſsionem, ergo nec ſit fruſtra, ita neceſſario debet intelligi.arg.in.l.ſi quando. in principio.ff.de lega.primo. Et per iſtum fundamentum tenet Bal.cum iſta glo.& dicit eſſe vnicam in iure ciuili in.c.præterea.vlti.col.de offi. delega.verſi.ſed nunc quæro.& eam ſequitur idem Bal.in.d.l.1.& Azo.in ſumma de iuri. om. iudi. & firmat Archi.in.c.primo.11.q.1.& Inn.in.c. dilecti.&.c.poſtulaſti.de foro comp. Et opi.gl. & Bart.in dicto.§.ſi quis tutelam.& ſequacium dicit eſſe communem.Marianus Soci.in dict.c. poſtulaſti.articulo.3.principali.& iſtam glo.& Barto.ſequitur Bal.& dicit notabile in conſilio. 256.in primo vol.verſ.& pactũ eſt appoſitum. Et vi.Roma.ſingul.279.vbi eam ſequitur.& per ea gl.in.d.l.1.ff.ſi quis in ius voca.nõ ierit. Dicit quòd eſt cõmunis opinio, & ibi ponit alios duos caſus, ſcilicet, quñ iurauerũt contrahentes ſe litigaturos in loco contractus, & ratione cõtumaciæ nimię.vt ibi per eum, & per eius additionatorẽ. ¶Et nota practicam Ang.in.d.l.1.quaſi in princip.verſi.ſequitur in glo.dicentis, quòd illa gl.decidit, quòd in loco cõtractus quis ſortitur forũ, adeo quòd ibi conueniri poteſt, licet non inueniatur ibi ſi renuntiauit priuilegio fori per pactum. Vnde ſi tũc in alieno loco moratur reſcribi poterit iudici illius loci: vt eum capiat, & eum captũ, trãſmittat ad iudicem loci contractus, quod eſt notandũ, quia ſic vtitur, & idem tenet Paul.de Caſtro ibi nu.12.*Et ſi iudex cõtractus, vel qui tulit ſententiam non vult ſcribere alteri iudici, vel ille cuius auxilium implorat non vult exequi, aut auxilium præbere per ſuperiorem poteſt cogi, & puniri, & tenebitur parti ad intereſſe: tenet Peregrin.in part.executio.q.1.in gl.*mandare*:& Bar.in.l.l.à diuo pio.§.ſententiam.num.5. ff.de re iud.¶Sed cui pertinet decima, ſeu executionis iura, an iudici requirenti, vel iudici qui ad talem requiſitionem fecit.vi. quæ dixi infrà. in.c.40.in glo.*donde ſe hizieren*. in fin.in additione.*¶Credo tamẽ, quod in hoc nõ ſufficiat re
20 nuntiatio † generalis, ſed requiritur ſpecialis renuntiatio fori, per ea, quæ tradit Alex.in conſilio.11.in.2.parte conſiliorum.per.l.de his.ff.de tranſa.& ibi docto.& per ea quæ tradit Ludo. Roma.conſilio.472.fi.columna.vbi inter cætera dicit,

ra dicit, quòd causa renũtiationis generalis adiunctæ renũtiationi speciali solùm ad eos casus trahitur, qui sunt specialiter expressis similes, seu minores, nõ autẽ maiores, seu grauiores. vt expresse dicit firmare Guiller. de Cu. cuius opinionẽ omnes sequuntur in .l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis cautio. & sequitur Cy. in. l. 1. C. commoda. in additione. & Canonistæ in. c. primo de commoda. ¶ Sed hoc nõ procedit in cle
21 ricum, † quia non potest cõsentire in alienum iudicem expresse sine licentia sui iudicis. vt in. c. significasti. de foro compe. & ideo talis renunciatio fori non operatur effectum secundùm Abb. in dicto. c. fi. de foro compe. nu. 37. ¶ Vbi dicit expressè, ꝙ quoq; fallit dicta regula. d. §.
22 cõtrahẽtes. in reddẽda † ratione de administratione, vt debet remitti ad locum, vbi gessit. tex. secundum in vnum intellectũ. in. l. 1. C. vbi de cri. agi opor. & ita tenet ibi gloss. & tex. in. l. prima. C. vbi de ratio. agi opor. * Et facit. l. 22. titu. 2. par. 3. in fin. & ad istam rationem reddẽdam nõ admittitur procurator, sed personaliter debet reddi. gl. in. c. querelã. de procur. in verb. infirmiter & probat. gl. in. d. l. dum dicit, ꝙ debet remitti ad locũ gestionis ad eam reddendam, si ibi non inuenitur, quod est speciale in ratione reddenda, licet in cõtractibus non fiat remissio secundum Saly. ibi, & probat tex. in. l. 16. titu. 13. par. 2. vbi populus debet venire corã rege ꝑ ratione reddẽda, & pro alijs, vt ibi. ¶ Sed vnum tene menti, mihi singula. ꝙ licet sit verũ, quòd administrator alicuius pij loci possit conueniri pro ratione de administratiõe reddẽda, & suos hæredes coram iudice ecclesiastico: & ad eũ remitti, vt in auth. de san. episco. coll. 9. §. œconomos, & ibi Angel. est verum quando talis administrator est clericus, secus si est laicus: quoniã tunc coram iudice seculari est cõueniendus: tenet. l. 61. tit. 5. partit. 1. * ¶ Itẽ fallit dicta regula
23 in causa † status, quando existens quis in possessione seruitutis, confugit ad alium locum, & ibi vendicat se in libertatẽ, debet enim remitti ad locum vnde confugit, vt ibi de hac quæstione cognoscatur, & sic de consimilibus secũdùm Abb. vbi suprà. de quo per Cy. in dicta. l. prima. C. vbi de cri. agi opor. ¶ Sed sciendum est quã-
24 do fit remissio, cuius † expensis fieri debet, putà quando accusator petit malefactorem remitti ad locum delicti. Dic ꝙ fit remissio expensis petentis secundum Bal. qui ita dicit à se fuisse quæsitũ per iustitiariũ Apuliæ, in. c. nonnulli. de rescrip. col. 5. prout refert & sequitur Ias. in. l. à diuo Pio §. sententia vera. ff. de re iudi. nu. 2. & vi. Montal. in dicta lege prima. tit. primo. fo. ll. lib. 2. in glos. *Alli responda*. versi. item nota. vbi idem tenet, dicẽdo, ꝙ si priuatus pro suo interesse petat malefactorem remitti ad iudicẽ delicti, hoc fiet expensis petẽtis, vt in. l. pẽ. cum sequẽti. C. de eroga. mili. anno. lib. 10. Idẽ tenet Iacob. de Bello. Vis. in sua practi. iudiciaria, in parte, de remissione fienda. nu. 82. Si autem iudex officio suo hoc petat, fiat expensis publicis illius terræ. ad quam fit remissio. arg. in. l. mulier in opus salinarium. ff. de capti. Bal. in libro feudo. in titu. de pace tenenda. c. primo. §. si iudex. & idem tenet Anto. Fran. in additio. ad Abb. in dicto. c fi. de foro compe. in additione, quæ est in nu. 15. in fine. & vi. legem styli. 113. vbi tenet, ꝙ expẽsis accusatoris, & non accusati, nec villæ, vel loci debet fieri remissio, sed credo ꝙ dict. l. intelligatur. vt per Mõtal. vbi suprà. ¶ Tamen tu vide dict. l. 2. tit. 17. lib. 8. in ordi. rega. in fi. vbi tenet ꝙ expensis delinquẽtis fit remissio, si habet bona, & si non habet expensis accusatoris: & isti non habentes bona, soluantur per officiales loci, vbi delinquens fuerit inuentus. Sed in quantum in fine dicit, quòd supradicti non habẽtes bona fiat expensis officialium, intelligerem, ꝙ fiat expensis publicis, & non expensis iudicũ & hoc per dictum Bal. in. c. primo de testibus.
25 vbi dicit. quòd in causa inquisitionis † non debent testes venire suis sumptibus, sed respublica mãdato iudicis dabit expensas, & debet mãdari massario communis, ꝙ faciat ipsis expẽsas de publico. Et hoc intelligo quando reus, nec actor non habent bona, sed hodie quãdo nõ habent bona, fit remissio ex expensis applicatis sumptibus iustitiæ * Vi. quæ dixi suprà. in isto c. in glos. *requieran*. in fin. in addittione. * ¶ Et tenet ꝙ si delinquens, seu fugitiuus remittitur, relaxatur fideiussoribus promittentibus quòd se præsentauit corã iudice, ad quẽ debet fieri missio vt. ff. de in ius vocãdi. vt eant, aut satisdent, in rubro & in nigro, aliàs debent sub fide remitti custodia periculo iudicis remittentis. vt in authen. vt nulli iudi. §. si quis vero comprehensorum. colla. 9. iam allega. & debet remitti ligatus secundum qualitatem delicti. vt notat glossa in Cle. pastoralis. de re iudi. in verbo de more. ꝓut tenet Ioan. de Plat. in. l. quicunq;. C. de fugitiuis colonis libr. 11. * Sed cognitio an sit relaxandꝰ sub fideiussoribus omnino iste, qui sic remittitur, vel nec: spectat ad iudicem delicti, & non ad iudicem qui remittit: tenet Gregor. Lopez. in. l. 24. tit. 18. parti. 3. sed hoc credo in grauibus delictis vt in dicta. l. parti. secus in leuibus. * ¶ Sed
26 an processus, † & confessio facta coram iudice remittẽte valeat? Dic quòd non, quia agitatum

 est coram

est coram nõ suo iudice.vt per Saly.in.l. ea quidem.C.de accusat. ibi. 14. quæro an confessio Bar.Paul.& docto.in.l.magistratibus. ff. de iurisdictione omnium iudicum.de quo per Abb. in.c.atsi clerici.de iudicijs.quarta columna.numero. 14. cum sequentibus.& ibi per Sebastia.Sapi.& Anto.Fran. in additio. ¶ Tamẽ cogitur perseuerare in cõfessione facta coram incompetẽte, etiam per tormenta. vt Baldus in lege prima.C. de cõfessis penultima colum. vt per Barba. in additione ad dictũ Abb.in dicto ca.at si clerici.in additio. quæ est in numero. 14.in parte,non compellitur. Latè Angelus in tractatu malefi.in parte, nec nõ ad denuntiationem.versi.quæro an confessio.nu. 22.de quo ibi latè per Augustinum de Ari. in additioni.

hazer [d] y si no se los entregaren nos lo notifiquen [e] con los testimonios que sobre ello se tomaren lo mas presto que pudiere.

d **Hazer.** d Perquirendo reos & mittendo suas literas requisitorias cũ informatione delicti in eis inserta, requirendo, & rogando,vt sibi remittant.vt latè dictum est in glossa.Requieran.& in glo. *Que los entreguen.* versicul.adde quoque.

SVMMARIVM.

1 *Si iudex non vult remittere delinquentem, debet adiri rex, & rex ad restitutionem cogit.*

2 *An iudex domicilij cogatur remittere per iudicem delicti.*

e **Notifiquen.** e Notatex.ꝙ quãdo iudex nõ vult 1 remittere delinquentẽ,debet adiri † imperator, seu rex,cuius authoritate hoc fiat,& per regem cogitur ad remittendũ.vt tenet Bart.in.l. si cui. §.sacrilegium.ff.de accusa.versi.sed quæro. Idẽ tenet Pau.de Cast.in.l.heres.absens.§.si quis tutelã.ff.de iudi.nu. 10.& singulariter Hippolytꝰ de Marsi.in repetitio.l.vnicæ.C.de raptu virgi. nu. 124.Et idẽ tenet Iacob.de Bello Viso in sua practi. iudiciaria in criminalibus in parte de fuga reorũ.nu.73.per tex.in.l.in prouincijs.C.de muner.& actu.li.12.&in.l.2.de executor.& idẽ tenet Pla.in.l.omnes omnino.C. de agricol. & censitis li.11.¶Et punitur iudex, si nõ remisit. vt Bart.in dic.§.sacrilegiũ.eadẽ pœna vt in.l.2. tit.17.in fine.lib.8.in ordinatio. regali.*Et.l.4. eiusd.tit.& etiam est casus curię vt ibi quam; l. vi.vbi tenetur ad debita.& vi.suprà.in.gl.1.*fortalezas*.&.in.c.3.glo.iurisdiction nu.18.&.19.vbi late.*Et facit quod tenet Bal.in c.bonæ memoriæ.el primero.de postula.prælat.nu.12.vbi dicit,ꝙ omnis iudex,qui imponit alicui necessitatem adeundi principem super eo,quod ipse inferior poterat facere,& debeat,est puniẽdus,& dicit ꝙ istam doctrinam ponit tex.in authe.de quæstore.§.super hoc.collatione. 8.Et ista opinio,ꝙcogatur per imperatorem ad remittendũ est tenenda.vt per glo. in Clemen.pastoralis.§.
2 denique. de re iudi. in verbo,de more.vbi ait,† ꝙ iudex delicti non potest cogere iudicem sub quo degit delinquens ad sibi remittendum,sed cogetur per superiorem illius.Idem tenet Saly. in dicta authentica si vero criminis.C.de adult. & Ioan.de Anna.in capi. primo de rapto.colũ. quinta.¶Licet Cy.in.l.properandum.§.sint autẽ reus.C.de iudicijs.in.7.quæst. dicit, ꝙ coget per iudicẽ loci requirentis,quia iudex sentẽtiæ superior est iudice loci.arg.in authẽ.vt nulli iudicũ.§.si quis vero cõprehensorũ.collatione.9. vbi ait,quod iudex loci necesse habet remittere reum,ergo est sibi in hoc subiectus. Hinc infert Cy.vbi supra,ꝙ si nõ paret sibi in istis iudex loci, posit cohiberi à iudice, qui tulit sentẽtiam, vel laturus est:quia in hoc nõ sunt pares. quod videtur sequi Iason.in dicto.§. sint autem. numero.3.

Prætor. Cap. XXVII. finis.

a **Y ventas.** a Vi. simil. tex. & quæ ibi posui in. c. 6. suprà eod. in parte, *Ansi mismo visite las villas*, & in. c. 17. in glo. *Bien bastecida.* ✱ Vi. Parid. de Put. in tracta. synd. in part. iudicis suprema fol. 154. vbi de hoc. ✱

SVMMARIVM.

1 *Hospes cogitur hospitari viatores postquam incepit tenere hospitium, & aduocatus aduocare.*

2 *Hospes inuitans hospitium, vel si inuitauit viatorem si postea pœniteat. tenetur viatori de dolo.*

3 *Viator debet soluere pretia iusta victualium, alias possunt denegari.*

4 *Si domini victualium noluerint vendere viatoribus, possunt ea accipere propria authoritate in præsentia duorum hominum, soluendo pretium.*

5 *Hospitatores, an possunt emere victualia, vt carius vendant viatoribus.*

6 *Pœna hospitis vendentis vinum, & alia victualia in fraudem statuti.*

b
1 ait† ꝙ carceratus, etiam sine causa, nō potest relaxari per custodem carceris sine licētia iudicis: & Cataldinus in tract. syndi. n. 182. & quę dixi suprà. in. c. 18. in gl. Carcel. nu. 23. Idē tenet Hip. de Marsi. in. l. circuncidere. §. seruo. ff. ad. l. Corne. de sicar. n. 24. pro quo dicit, ꝙ facit tex. in. c. felicis. §. cū autē. de pœnis. in. 6. & tenet Paul. de Castr. in. l. nec impuberes. §. q in ius vocatus ff. de in ius vocan. de quo per Bart. in. l. 1. §. & post operis. ff. de noui ope. nuntia. & tenet idem Hippolyt. de Marsi. in sua pract. crimi. §. attingā. nu. 18. & Roderi. Suarez in repeti. l. 3. tit. *De los emplazamiētos.* foro legum. lib. 2. col. fi. in fin. ¶ Quod extende, etiā si carceratus fuerit indebitè, nō seruata forma statuti, adeò, ꝙ debeat in continenti relaxari, nō debet carcerarius relaxare propria authoritate, sed licētia iudicis, vt Hip. de Marsi. vbi suprà, nu. 22. allegando Petrū de Ancharr. in cōsi. 341. incipiente, viso themate. in fin. ¶ Et vid. singulariter Ang. de malefi. in parte, ꝙ fama publica præcedente, vers. & aduertas tu iudex. n. 90. vbi quoque tenet, ꝙ si custos carceris sine mandato iudicis captum relaxauerit, etiam illū qui sine causa positum est in carceribus, tenetur, aliàs tenetur iudex, si minus iustè mandabit ꝙ relaxetur. vt Bar. in dicto. §. si fugitiuum. & sic custos semper habeat mādatum iudicis in scriptis dum præcipit relaxare, & iudex sit cautus in relaxādo, ne postea teneatur fisco, vel parti ad interesse secundùm Angelum vbi suprà. vbi dicit pluries practicasse. * Quinimo si algazellus à captione captū soluat sine iudicis mandato perdit officiū habitū, & efficitur ad habendū aliud inhabilis: tenet Peregrin. in parte captio. q. 2. in gl. mandati. & faciens iudicis, cui subest, mandatū, ad damnū nō tenetur, sed iudex. vi. Pereg. in parte. damnū. q. 1. in gl. iudex. * ¶ Vide Amo de. Iust. in tract. syn. nu. 245. vers. Itē nō tenetur fol. 189. tom. 14. tract. vbi ait, ꝙ nō tenet miles soci⁹ & alij officiales, & familiares de eo, qd fecerūt mādato potestatis illicitè, & iniustè, sed tenetur ipse potestas, & per hoc dicit ꝙ fuit lacerat⁹ Florētiæ libellus cōtra militē datus de eo, ꝙ indebitè fecerat mādato executoris. Et simili modo fuit delusus, qui dedit petitionē cōtra militē in ciuitate Asculi, qui tacuit durāte tēpore, quo potuerūt dari petitiōes, & post tēp⁹ dixit fecisse mādato potestatis pręsente potestate, & cōsitēte, qa termin⁹ erat elap⁹, nō potuit dare querelā cōtra potestatē. Sed dicit, ꝙ Ang. tenet cōtrariū qa si miles videt mādatū iniustū, non debet exe

qui

siento el mandamiento f porque fue suelto.

qui & si officiales non resistunt iudici, iniustitiã facienti, tenentur ipsi in syndicatu. vt in lege omnes. C. de decuri. lib. 10. & dixi latè supra in cap. primo. in gl. *El derecho a las partes*. num. 31. & 32. ¶Et licet Ang. hoc dicat, tene quod dicit dictus Amodeus, ꝙ non tenetur miles, quia ipsemet Angelus tenet idem quod Amodeus in lege iniuriarum. §. si quis quod. ff. de iniurijs, & sic quod ductus ad carceres de mãdato iudicis, nõ agit iniuriarum contra ductorem, sed contra iudicem. Et idem dic, si torqueat de mandato iudicis aliquem, siue iustè, siue iniustè, non agit cõtra torquentem, sed cõtra iudicem. & ponit Angel⁹ dictam cautelam quem vide. & idem tenet latè Cataldinus in tracta. syndicat. numero. 67. quem vide. *Et ꝙ magistratus detinens iniustè teneatur detento ad interesse, tenet Bal. in. l. nõ exigimus. §. simili modo. ff. si quis cautio. quod intelligit verum quando constat de iniustitia, sed in dubio præsumitur pro magistratu in eo quod pertinet ad suam iurisdictionem, & ad suũ officium.* ¶Et quod non teneatur faciens de mandato iudicis. est text. in lege non videtur. §. qui iussu iudicis. ff. de regul. iuris. & text. in lege quinta. tit. 15. part. 7. & lege prima titu. secũdo. foro legũ lib. 2. & vi. tex. & ibi docto. in regula. ꝙ qui mandato. de regul. iuris in. 6. & de materia vide Ioannem de Platea. in lege monetæ. C. de delato. li. 10 nu. 5. & in. l. quanquam in principio. ff. de aqua pluui. arcen. & in. l. si quis id qđ ff. de iurisd. o. nn. iudi. & Platea. in lege euidẽter. C. de excusa. mun. lib. 10. nu. primo. & singulariter Feli. in cap. ecclesia sanctę Marię. de constitutio. numer. 33. & vide text. in cap. miles. 23. q. quinta. vbi nõ est reus homicidij miles, qui potestati obediens, hominẽ occidit. Imò nisi fecerit imperij deserti, atq; contempti reus erit. ¶In
2 tãtum est verum, ꝙ carceratus † non debet relaxari sine licẽtia iudicis, ꝙ licet debitor sit carceratus pro debito, non potest relaxari de consensu creditoris absq; mandato iudicis. tenet Alex. in dicta lege nec impuberis. §. qui in ius. ff. de in ius vocan. numero primo.

Prætor. Cap. XXXV. finis.

SVMMARIVM.

1 *In processibus requiritur, quod annus, dies, & mensis ponatur, sed nomen imperatoris, vel regis de necessitate non requiritur, & debent esse bene ordinati, alias iudex punitur.*

2 *Tabelliones debent acta fideliter scribere sine fraude vel errore num. 5.*

3 *Tabelliones publicè seruire tenentur, & conficere acta, & instrumenta ad requisitionem cuiuscunque petentis, alias ad interesse tenerentur.*

4 *Tabellio debet facere scripturas, & acta sine interlineatione.*

6 *Tabellio debet scire iura, vt legaliter faciat acta, & instrumenta, & ab contractibus reprobatis valeat se abstinere: alias si contractus prohibitos facit, ad restitutionem tenetur. Et ad idem tenentur aduocati, & prosonetæ istos contractus tractantes, quia conficere instrumenta illicita, est quædam species falsitatis.*

7 *Notarius banchi non potest alicui dare copiam actorum, imo nec ostendere sine licentia iudicis.*

8 *Appellatione actorum veniunt omnia, quæ facta sunt in præsentia iudicis.*

9 *An sit differentia inter acta & gesta.*

a
1 ORdenados. a Ponẽdo annum, † mensem, & diẽ. vt in auth. vt nomen Imperatoris propo. §. 1. & 2. colla. 5. & in auth. quibus modis naturales effi. legi. §. in maioribus. colla. 6. & in lege prima. C. de apochis publi. lib. 10. non autẽ de necessitate requiritur nomen imperatoris, vel regis. vt tenet gl. in. l. 3. titulo. 9. for. l. libro secundo. in gloss. prima. Et iudex vel inquisitor. qui non facit scribi acta per ordinem punitur đ negligẽtia arbitrio iudicis. vt tenet Bal. in capi. quoniam contra. de proba. nu. 25. ꝙ dicit esse nota. per text. ibi. ¶Et
2 debet fideliter † scribere, & sine fraude vel errore facta hominum. vt in. l. si librarius. ff. de regu.
3 iur. ¶Et publicè seruire tenentur †, & conficere acta, & instrumenta ad requisitionem cuiuscunq; petentis. vt Institu. de adoptio. §. cum autem. & in. l. non aliter. ff. eod. tit. de adoptio. ¶Et hac de causa vocantur serui publici, nõ ꝙ sint serui, sed quia publicè seruire tenentur. vt gl. in procemio tit. 19. par. 3. aliàs notari⁹ requisitus & recusans tenetur ad interesse. vt in. l. iubemus. C. de defenso. ciui. & in. l. placet. in fine. & in. l. fi. C. de colla. fundi. patri. libr. 11. nisi sit occupatus, vel habeat iustam causam. vt in auth. de tabellio. §. & non fingat. coll. 4. Bartol. in. l. 1. ff. fur. aduer. nau. & in. d. l. generali. C. de tabula. lib. 10. ¶Ta
4 liter debet tabellio facere † acta. & scripturas, ꝙ

ras, ꝙ nulla interlineatio, vel rasura in eis inueniatur, maximè in loco suspecto. vt notat Bal. in l. si vnus. C. de test. ¶Et si legaliter, & bona fide
5 non † conficit acta, vel scripturas vt in. l. 1. tit. 8. lib. 1. in ordin. reg. punitur pœna. de qua in. l. 1. ti. 12. lib. 4. for. ll. & ibi Mont.

Prætorum. Caput. XXXVI.

ITem que los escriuanos, ansi de crimen, como de ciuil que estuuieren ante el asistente, o gouernador, o ante sus officiales, fagan processos en foja de pliego enteros, bien ordenados [a], y q̃ los abogados [b] fagã an-

¶Et ideò vt legaliter & fideliter faciant acta & scripturas, debent ta-
6 belliões † scire iura. vt in. d. l. generali & in l. pe. C. de eunuchis, & in auth. de tabellio. circa principiũ. colla. 3. & intellige, ꝙ nõ requiritur, ꝙ sint doctores, vel legistæ. sed ꝙ sciãt bene officiũ notariat⁹, & sciãt summã & notas, & alios libros eorũ. vt Bar. in. d. l. generali. vt à cõtractibus à iure prohibitis valeat se abstinere. vt gl. & Pla. ibi: quia scribẽtes cõtractus fœneratitios, & à lege prohibitos, tenẽtur ad restitutionẽ vsurarũ & interesse, & quoq; tenẽtur aduocati, & prosonetę istos cõtractus tractãtes. gl. est in. l. si sciẽte, & ibi Bar. ff. de parri. & l. ordine. §. in fraudem. ff. ad municipal. & Bart. in. d. l. generali. & tenet gl. Montal. in. l. 1. tit. 19. par. 3. quia cõficere instrumẽta illicita, est quedã species falsitatis & gl. in. d. l. fori, in verbo, *Lealmente*. quia est præsumptio iuris & de iure cõtra notariũ, qui dicit cõstitutiões principis ignorare gl. in. d. l. iubem⁹ C. de testa. ¶Ideò notarius, qui imperitè instrumẽtum fecit, ad interesse tenetur. per. l. fi. §. fina. C. de magistris conueni. Et etiã si scribit instrumẽtũ simulatum, punitur pœna manus, & est infamis. vt Baldus in rub. C. res inter alia acta. ¶Quoque tene, quòd notarius bãchi nõ potest
7 † alicui dare copiam actorum, imò nec ostendere sine licẽtia iudicis. vt tenet Iason. in. l. is apud quẽ. C. de edẽdo. prima col. nu. 3. quia editio actorũ spectat ad officiũ iudicis. secũdùm Bal. & Paul. de Castro ibi. Et idẽ dic de scriptura, quæ fit corã iudice, quia dicitur de actis. vt in. l. illud. in gl. in verb. actio. & ibi notat Bal. 2. col. C. de sacro. eccles. ¶Imò plus dicit Bal. in. l. interrogatã per illũ tex. cũ gl. C. de liber. caus. quòd appella-
8 tione † actorũ, veniũt omnia, quæ facta sunt in præsentia iudicis, licet nõ in figura iudicij, sed si scripturæ factæ sunt per solũ notariũ absq; cõmissione iudicis, vel eius præsentia, nõ sunt ꝺ actis. Ita Baldus in auth. quæ supplicatio. C. de preci. Impera. offere. Et quæ generaliter veniãt appellatione actorũ, habes tex. in ca. quoniã cõtra. de probatio. & ibi doct. gl. & doct. in. l. acta ff. de re iudi. & in lege. 2. C. vt lit. penden. gl. in. l.
9 in fraudẽ. ff. de iur. fisci. ¶An autẽ sit † differẽtia inter acta & gesta. text. innuit quòd sic. in. l. 1. in principio. ff. de officio procura. Cæs. Bar. tamẽ ibi tenet cõtrariũ. Lau. Vallen. in. 4. lib. elegãtiarũ in. c. 291. aliàs. c. 191. dicit, qđ gesta sunt publicæ administrationis, vt cũ dicimus gesta Cæsaris. acta autẽ priuatos respiciunt. Tamen inter facta & gesta subtilis videatur differentia, tamẽ nõn est secundùm iurisconsultum in lege licet. ff. de verbo. signific. secundùm Iaso. in dicta. l. is apud quem.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus non debet inordinatè loqui, & à superfluis debet se abstinere.*

2 *Præfationes prolixæ, confusionem inducunt & tædium generant in animis auditorum, & multitudo verbosa est onerosa.*

3 *Melius est pauca idoneè dicere, quam multis inutilibus aures hominum prægrauare.*

4 *Verbis non est opus, quorum nullus sequitur effectus, licet rustici ad hoc non attendant.*

5 *Aduocatum garrulatorem & verbosum iudex ex suo iudicio potest excludere, & priuare officio aduocationis.*

b Abogados. [b] Nam cùm aduocatus inordinatè loqui-
1 tur, † erroris vulnere audientium corda feriuntur, & sæpe virtus verborum perditur, cũ apud corda audiẽtiũ loquacitas incauta opportunitate leuigatur, & authorem suum loquacitas coinquinat. vt in capi. si rector. 43. dist. in. Specula. in tit. de aduoca. §. nunc de exordijs. nu. 9. versicu. præcipimus. ¶Abstinere se debet quoq; à superfluis vt in. l. breuiter. ff. de offi. præfe. præto. & in. l. instrumentorum. C. de preci. Impera. offere. tex. in cap. breui sciscitatus est. quæstione de iure iurand. quia breuitas locutionis gratiam parit

parit,& molestias sinistramq; suspicionem fugat,immensitas autem econtra.arg.cap.difinimus.18.quæst.secunda.in fine.prolixæ enim
2 præfationes,† confusionē inducunt,& tedium generant animis auditorum.vt in procemi.Decreta.§ sanè.tenet Specul.vbi suprà.num.8.vers.item.& in nu.10.versi.verborum ait, quod multitudo enim verborum est onerosa, & nil honesti habet,vt in auth.de referen.sacr.pala.circa principium.colla.tertia.Imò est canonibus inimica.vt in cap.quia in tantum extrà.de præben.& c.
3 relatum.de cleric.non resi.Et melius † est pauca dicere,quam multis inutilibus aures hominum prægrauare.vt.C.de veter.iur.enucle.l.tanta.§.contrarium.vnde Horatius,cùm quid præcipies,esto breuis,compendium quoque approbatur,dispendiū reprobatur.vt in ca.dispendia.de rescrip.in.6.& ca.qualiter & quando.el.2.de
4 accusat.¶ Vnde non est opus † verbis,quorum nullus sequitur effectus.vt in.l.fi.C.de dona.qa fides veritatis,verborū adminicula non desiderat.C.si vt se ab hæred.absti.l.1.& quia imperitorū est vociferare ā lōgè,vt ait Seneca.¶ Licet quidā hoc nō attendūt,cùm rustici garrulitatē authoritatē putent.46.dist.§.primo.& ideò rationis defectum supplent garrulitate clamosa,vt sic clientulo,& salario satisfaciant solo vēto.vt Specula.vbi suprà & secūdùm eum.num.12.
5 versi.nā tu iudex.Benefaciet iudex,† si talē officio suo excludat tāquā sui auditorij turbatorem c.in loco.5.quæst.4.tex.in lege.3.§.pe.ff.de his qui testamen.delen.auth.iubemus.C.de iudi.de quibus & alia quæ aduocati debent facere & aduertere,vide per Specul.in dict.§.per totū.Quinimo nō solū iudex ex officio suo debet excludere aduocatū à suo iudicio,si est verbosus,imò pōt eū priuare officio aduocationis.gl.est sing.in.l.ex ea causa.ff.de postula.secūdùm Ludoui.Roma.in singul.739.idē tenet additiona.Abb.in procemio Gregoriano.in additione,quæ est in num.4.in verbo,secundo.& tenet doctor del Castillo in.l.secunda de Toro.in gl.*De las dichas.* column.3.versicul.& nota.vbi inter alia allegat dictum Ecclesiastæ.capitul.7.post principium.vbi ait.Noli verbosus esse in multitudine presbyterorū,& non iteres verbum in oratione tua.cum quo dicto singulariter concordat tex.in lege.11.titul.*De los abogados.* in principio.in ordinatione regali.Quod nota.

si mismo los escriptos, aunque las causas sean summa-

S V M M A R I V M.

1 Libellus,an requiratur in causis breuibus.
2 Vbi est statutum, quod iudex prætermisso ordine procedat, est in arbitrio suo seruare, vel non seruare.
3 Libellus non est necessarius coram officiali ignoranti leges.
4 Vbi in rescripto est apposita clausula, summariè, & de plano, & sine figura iudicij, an potest omitti libellus, & litis contestatio.
5 Inferior à principe non potest cōmittere causam cognoscendam summariè, & de plano, etiam si sit legatus de latere.
6 Libellus non requiritur in casibus breuibus.
7 In summa.400.marabetinorum, solummodo sententia debet scribi.
8 In omni causa summaria semper requiritur, quod plenè constet de mandato comparentis, & habere legitimam personam ad comparendum.

c Summarias.

c Nota tex.ꝙ in causis breuibus & suma-
1 rijs † requirit libellus.Sed hoc intellige secūdū Bal.in authē.offeratur.C.de litis contesta.nu.5.ꝙ nō debet ita formari,vt in alijs casib⁹,sed sufficit qualis qualis petitio,quæ ponatur in actis,quia ex petitione debet formari sententia,vt in l.2.C.de sentē.experi.recitan.& ista qualis qualis petitio non dicitur in modum libelli offerri ad ordinariam petitionem,sed ad simplicem iudicis instructionem.& bonum est hoc protestari.vt Bal.vbi suprà allegando Specula.in tit.de libelli concep.§.restat.versi.fi.& idem tenet Abb.in ca.1.de libelli.oblatio.4.col.nu.11.idē tenet Alex.in consi.50.in.2.vol.nu.7.dicendo,ꝙ sufficit qualiscunq; petitio in causis in quib⁹ proceditur sine figura iudicij.vt in Clem.sæpe.de verbor.signifi.& etiam in causis executiuis summariè proceditur secundum Alex.ibi.allegando tex.in.l.à diuo Pio.§.si super rebus.ff.de re iudi.Et licet in summarijs non requiratur libellus,& sufficiat intentionem suam apud acta explicare,& deinde in actis redigere.vt in dicta Clemen.sæpe.tamen si in hoc casu fuerit libellus porrectus solenniter,non nocebit.vt voluit glossa.in Clementi.dispendiosam.de iudi.idem tenet Barto.in authen.offeratur.C.de litis contesta.Lanfran.de Oria.in capitul.quoniam contra.de probatio.in versi.petitiones.nu.18.

¶ Et

rias [c], y los escriuanos assienten [d] todos los autos que passaren ordinaria mẽte vno tras otro sin entremeter otra cosa q̃ fuera del ꝓcesso en medio, so pena de cinco mil marauedis por cada vez a cada escriuano para la nuestra camara, & todas las sentẽcias ansi ciuiles como criminales que sean

¶Et facit qđ tenet Bal.in.c.1.de officio iudi.pẽ.
2 col.versi.quæro quid si statutũ.†vbi ait,ꝙ si est
statutum,ꝙ iudex prætermisso ordine ꝓcedat,
est in arbitrio iudicis seruare,vel non seruare,ta
mẽ seruare debet aliquẽ ordinẽ,saltẽ naturalem
ita perplexitas
coarctet.¶Ad-
de quoq;,ꝙ co
3 rã officiali† ig-
norante leges,
nõ est necessa-
rius libellus in
scriptis.Ita Bal.
in.d.authẽ.nisi
breuiores.C.de
pericul. recitã.
& ibi Celsus in
additio. dicit,
ꝙ ita practica-
uit.& tenet Lã-
frã.de Oria.in repet.c.quoniã cõtra. de ꝓba. in
parte petitiones.n.19. sequitur Zacharias in ad
ditio.ad Abb.in.c.sciscitatus.de rescrip. in addi
tio.quę est in.n.15.¶Dic idẽ,ꝙ vbi in rescripto
4 est apposita† clausula summariè,de plano, sine
strepitu & figura iudicij ,põt omitti libellus , &
litis cõtestatio.& valebit sentẽtia.Ita Hippo.de
Marsi.in singulari.102.allegãdo.Io. Monachũ.
in.c.fi.de hæreti.in.6.super verb.figura. dicens,
ꝙ vigore solius verbi,scilicet,procedat iudex si-
ne figura iudicij, põt ipse iudex incipere ab arti
culis:quibus probatis,statim procedere poterit
ad sententiã.Quod dictũ refert,& sequitur Ro-
ma.consi.519. Ex quo secũdùm dictũ Hipp.de
Marsil.potest limitare titulũ vt lite non cõtesta
ta.cũ sua materia.qđ nota. ¶Sed scias,ꝙ infe-
5 rior† à principe nõ põt cõmittere causam cog-
noscendã summariè,&de plano etiã si sit legat⁹
de latere. vt Hipp. vbi suprà allegãdo gl.in.c.fi.
de hæreticis.in.6.in gl.magna.ante finem. & ꝓ
singula,allegat eam Ang.de Aretio.in.§.appel-
latur.Institu.de exceptio.versi.24. & idẽ tenet
gl.in Cle.sæpe.in princip.de verb.signifi. in ver
bo mandamus.& tenet Lanfrã.de Oria.in.d.re-
pe.nu.2.&.3.& ibi per eius additio.& alij docto
res,quos refert.d.Hip.vbi supra. ¶Itẽ dic, ꝙ in
6 casibus† breuibus non requiritur libellus , vt in
auth.nisi breuiores.C.de senten.& peric.recitã.
& causa breuis est secũdũ doct.ibi arbitrio iudi
cis inspecta qualitate personæ & quãtitate litis.
vt si causa ascenderet.100.aureos, & inter duos
pauperes haberetur ꝓ magna causa: si autem li
tigaretur inter duos magnos diuites,censeretur
parua.vt tenet Lanfran.de Oria.in dict.repet.c.
quoniã contra.de probatio.in parte petitiones.
nu.18.¶Sed iã hodie per quandam pragmaticã
factã per nostrũ Carolũ regẽ in villa de Madrid
anno.1534.petitione.60.hoc declaratur,vbi ca
7 uetur, ꝙ ordo iudicij non fiat† in summa.400.
marabetinorũ
nec tabelliões
acta scribãt,nisi
solũmodo sen-
tẽtia, quã perte
vide,quia enim
verò rectè fuit
cõdita, quia est
contra iudices,
& actorũ nota-
rios,& tabellio
nes huius regni
qui de causis in
terdũ minimis
cognoscentes,
onerant litigantes grauioribus sumptibus pro
modicis,imo pro minimis scripturis, quas p ex
cogitatas vias frequentius quã expediat in ipsis
causis procurãt fieri, mercedes maximas exigẽ
tes,ita ꝙ in fine litis agitatæ plus nomine iudi-
cialium sumptuum præter aduocatorũ, & ꝓcu
ratorũ salaria erogasse inueniũtur, quã sit sum-
ma rei,vel pecuniæ in petitione deductę.vt te-
net Lucas de Pẽ.in lege mediterraneæ.C.de an-
no.& tribu.lib.10.prima col. versi.& nota.& di
cit esse expressum in auth.đ appell.§.illud.col-
la.3.& ideò secundũ eũdẽ huiusmodi quidẽ cau
sæ debẽt ex nõ scripto audiri,vt in auth.de mã-
da.princip.§.sit tibi.colla.3.qđ expone.i. verbo
ten⁹.vt in auth.liceat matri & auiæ.§.quia vero.
colla.8.& sine actis.vt in auth.vt iudi.sine quo-
quo suffra.§.necessitate.colla. 2. Itẽ gratis.vt in
dict.§.sit tibi.ne fortè litigatores,maximè pau-
peres,metu expẽsarũ iura sua relinquãt indiscus
sa.vt in.l.illud.ff.de peti.hæredi.arg.in.c. bapti-
zãdis.prima quęst.3. &.c.placuit.&.c.vnusquis
q;.18.dist.absit autẽ, vt ꝓ minimis reb⁹ maxi-
mas actiones sustineãt homines . vt in auth.de
instru.cautio.colla.6. Et ideo in iudicijs attẽdũ-
tur labores,& expẽsæ, quæ in iudicijs sustinen-
tur,ac more iudiciorũ.vt in lege.3.ff.de cõpe.in
glo.nã etiã verũ sine molestia haberi nõ põt.vt
notatur in lege đ minoribus.ff de mino.potissi
mè hoc euenit,si extra locũ originis euocẽtur se
cũdũ Lucã de Pẽ.in dicta lege mediterraneæ.p
tex.in auth.de defenso.ciuit.§. & iu[illegible]a. coll.3.
8 ¶Tamẽ nota,† ꝙ in omni causa quantũcunque
summaria,in qua non requiruntur plenę proba
tiones,& plena causæ cognitio,tamẽ semper re-
quiritur,

quiritur, ꝙ plenè constet de mandato comparẽtis, & ꝙ plenè constet ipsum habere legitimam personam ad comparendum. vt tenet Alex. in l. iudices. C. de iudi. nu. 3. quod dicit esse semper menti tenendum. allegando Bar. & Saly. in l. 2. in fine. C. de edicto diui Adri. tollen. & Bald. in l. 4. §. ibidem. ff. ad exhibendum.

d **Assienten.** d Probat idem text. in l. 9. tit. 19. part. 3. vbi tabeliones ciuitatũ, & locorũ debẽt in registris apponere totum tenorẽ scripturarũ, vel actorum.

SVMMARIVM.

1 *Subscriptio iudicis, an requiratur in sententia.*
2 *Testamentum est sententia.*
3 *Illiteratus etiam si non sciat legere, nec scribere, potest esse iudex, potestas & rector ciuitatis. numer. 7.*
4 *Sententia potest per tabellionem pronuntiari. numero. 6.*
5 *An delegatus potest esse illiteratus.*
7 *An iudex illiteratus potest assumere assessorem expensis partium.*

e **Firmadas.** e Nota tex. quòd subscriptio iudicis in sententia
1 requiritur. † quod intellige, si iudex scit scribere, aliàs secus, per tex. in l. 3. de Tor. ibi. *Y el testa*
2 *dor si supiere.* quia procedit argumẽtũ đ sẽtẽtia † ad testamentum: quia testamentum dicitur sententia. per. l. primã. ff. de testamen. & in l. hac cõsultissima. C. qui testamẽ. facer. pos. vt tenet ad literam Alex. in consilio. 4. vol. 7. nu. 2. ¶ Et fa-
3 cit, quia illiteratus, † etiam si non sciat legere, nec scribere, põt esse iudex, potestas, & rector ciuitatis. vt est tex. & ibi Bart. in l. expertes. C. đ decurio. lib. 10. & est glo. & ibi Bar. in l. statutis. C. de senten. ex pericul. reci. Specula. in ti. de iudice delega. §. excipitur. nu. 17. gl. in l. 2. ff. quod quisq; iuri. & glo. in c. ad nostram. de consuetu. & in c. qui vult. de pœniten. dist. in 6. ¶ Et imperitus literarum dicitur, qui nullas scit literas, vel scit modicum secundũ Bar. in authen. sed nouo iure. C. si cert. peta. Et sic videmus tota die, ꝙ est potestas terrarum miles illiteratus, secũdũ Bar.
4 in d. l. statutis. ¶ Et per notarium †; vel tabellionem põt pronũtiare, vt tenet Alexã. in additio. ad Bart. ibi in 3. additione. ¶ Cùm iudex illiteratus põt habere peritiã per suos assessores, & pronũtiare de eorũ consi. vt Bar. in l. 1. §. postulare. ff. de postulãdo, in fine, & etiã sine assessoribus, si sit peritus negotiorum, põt esse iudex. vt in l. certi iuris. C. de iudicijs. & ibi gl. Cy. Saly. & do-
5 cto. ¶ Et similiter delegatus † põt esse illiteratus vt gl. in d. l. certi iuris, secũdũ Io. đ Pla. in d. l. expertes. licet gl. dicat, ꝙ iudex debet esse literat⁹, & sciat qd loqui habeat. vt in c. sciscitatus. de rescrip.

firmadas e **del, o de sus officiales que las dieren, y del es-**

& 20. dist. in princi. in verbo, sciẽtia. & in auth. de iudicijs, §. 1. colla. 6. quod intelligit Ias. in d. l. certi iuris. n. 3. qñ delegatio est facta à papa, vel ab Imperatore imperito iuris, & papa sciret eũ imperitum, quia tunc valet & censetur secũ dispẽsare: secus autem si delegatio fit imperito per inferiorẽ. vt ibi per eum. & licet gloss. in d. l. expertes. opponat, & non soluat. tu secundum Bart. dic, ꝙ cõtraria per eã allegata loquũtur, qñ in executione officij requiritur sciẽtia literarũ & sic vbi in officijs, in quibus requiritur maior peritia, est necessaria, vel solue aliter, vt p Plat. ibi. ¶ Et ꝙ illiteratus põt esse iudex, etiã delegatus, tenet Ang. in l. quidã consulebant. ff. de re iudica. in princip. & est tex. sing. in l. 4. titul. 22. part. 3. ibi. *Pero si el juzgador no supiere biẽ leer, puede mãdar a otro que lea el juyzio, el estando delãte.* quę lex est sing. in materia ista. idẽ tenet Iaso. in d. l. certi iuris. C. de iudicijs. nu. 3. vbi dicit, ꝙ ista est magis cõis opinio, ꝙ faciant scribi, & legi sñiam
6 per notariũ † & satis est quòd ipse dicat: Ita ego pronuntio. idẽ cauetur in d. l. partitæ. in tãtum valet sententia, ꝙ licet in sñia, vel eius prolatione contineãtur hæc verba, quæ sñia fuit sententialiter promulgata, non autem dicat lecta, nec à iudice pro tribunali sedẽte, valet. vt tenet Bar. in d. l. sciendũ. ff. de verb. obli. & in d. l. statutis. & tenet Alex. in d. l. sciendũ. in fine. Et ꝙ illite-
7 ratus † potest esse iudex, est vera opinio, de quo latè remissiuè per additio. Abba. in d. c. sciscitatus. de rescript. in additione, quę est in nu. 15. in parte, illiteratus, cùm ex defectu scientiæ sibi cõ
8 cedatur, vt possit † assumere assessorem expensis partium secundùm Abba. ibi. per text. in capitulo. statutum. §. assessorem. de rescrip. in 6. Paulus de Castro. in l. in consilium. ff. de offi. asseso. & tenet Montal. in l. 2. titulo secundo, foro legum. lib. secundo. in glo. *Porque no lo entiẽde.* de quo vide Bar. in l. postulauerit. in fin. ff. ad legẽ Iulia. de adult. & Arch. Flor. in 3. parte suæ summæ. ti. 9. c. 2. §. 9. * Et vi. quę dixi suprà. in c. 1. in gl. *a las partes.* n. 23. & in c. 9. in gl. *assessorias.* *

¶ Sed

¶Sed istā communē opinio: ego crederem nō habere locū in correctoribus, & eius locotenentibus, qui sunt salariati, & habent salarium ex ciuitate, quia debēt esse experti, & literati, maximè eius locum tenentes, vt cauetur suprà. in capitul. 4. & quæ ibi dixi. & quia licet correctores eligantur illiterati, vt sæpe videmus, debēt secū habere assessores literatos in iure, & sic locūtenentes, quorum consilio regātur secūdùm Bal. & Saly. & Ias. in dicta lege certi iuris. & in dicto c. quarto, suprà eod. & ibi dixi; quæ scientia requiratur in istis officijs.

SVMMARIVM.

1 *Tabellio debet se subscribere in sententiæ prolatione.*

2 *Ipsemet notarius, qui scribit in causa, debet esse præsens in pronuntiatione sententiæ, & scribere vsque in finem causæ.*

3 *Iudex potest scribere & legere suam sententiam coram notario.*

4 *In causis, in quibus potest iudex proferre sententiam ex non scripto, in istis non requiritur præsentia tabellionis.*

5 *Notarius nomen suum debet ponere in instrumēto, aliàs vitiatur.*

f Y del escriuano. f Non intelligas, ꝙ tabellio debet se subscribere in sententia, qa tabellio eā nō pronūtiat, sed tātūmodo in pronū
1 tiatione sententiæ † debet se subscribere, dicendo. Et ego talis notarius, talis authoritate prolationi huiusmodi sententiæ interfui. vt Speculator in titul. de sententia. §. vt autem. versic. notarius autem. nu. 21. & in titu. de instrumento. editione. §. secundo quæ incipit. breuiter. versi. sed
2 in sententia. nu. 12. ¶Et quia notarius, qui † scripsit in causa, debet ipsemet esse præsens in pronuntiatione sententiæ. vt in. l. præcipimus. C. de appellatio. & notarius, qui incepit scribere in causa ab initio debet scribere vsq; in finē, & sic debet scribere sententiam, & coram debet ꝓnūtiari. Bar. & Bal. in. l. cùm sententiā. C. de sentē. & interlocu. omn. iudi. numero tertio. per dict. leg. præcipimus. & per. l. prim. &. C. de sportulis. & in. l. vbi. C. de iudicijs. & Bar. ibi. Sed circa hoc standū est consuetudini, cuiuscunq; fori secundùm Bart. Angel. & doct. in. d. l. cū sententiam. circa ꝙ vi. quæ dixi in cap. 25. supra eo. in gl. c. Remitan. ¶Et vi. Bal. in additio. ad Specul. in tit. de instrumento. editione. versic. notarius. notarius rogatus scribere sententiam, non intelligitur testificari, nisi de ꝓlatione sentētiæ. ¶Et

criuano f ante quien passare, y se assiente en el mismo processo so la dicha pena al dicho juez, y los processos

3 quoque potest iudex † scribere, & legere suā sentētiam, si legit eam coram notario, vt det fidem de publicatione, secundum Bald. vbi supra. vers. quæro nunquid. ¶Sed fallit in
4 casibus in quibus potest † iudex ꝓferre sentētiā ex nō scripto, qa in istis nō requiritur præsentia officialis, & sic tabellionis. secūdū Ang. i. d. l. cū
5 sentētiā. Notarius verò nomen † suum debet ponere, se subscribendo, etiā in instrumēto manu sua confecto. vt Bart. in. l. Diuus. ff. de testame. mili. & Paulus de Castro in. l. cùm antiquitas. C. de testam. & de forma subscription. vi. Specul. vbi supra. & est tex. in. l. 55. ti. 18. part. 3. aliàs, si nomē suū omittat, vitiatur instrumentū, nisi nomen posit colligi ex sequentibus, vel precedētibus. secūdùm Paul. de Castro. consilio. 2.

SVMMARIVM.

1 *Tabelliones, debent esse diligentes in custodiendis registris & protocolis, processibus, & actis qui coram eis facti sunt, sub pœna amissionis officij, & partis interesse.*

2 *Notarius tenetur tenere libros in loco, vbi exercet artem notariæ, & si ad alium locum remotū transfert, est in dolo, nisi ex iusta causa faciat.*

3 *Penes notarium debent esse acta iudicij, & scripturæ, etiam si iudex dicat, quod vult acta penes se remanere. nu. 5.*

4 *Notarij episcoporum, vel comitum, & alij notarij an finito officio cogantur dimittere acta in camera officij, vel debeant dari successoribus in officio.*

5 *Tabellio, qui de mandato iudicis dat processum acta seu scripturas originaliter, excusatur, & quoque excusatur si ipsemet iudex ipsam eractu accipiat.*

Sean

g **Sean guardados.** g Idē tenet tex. in.l.5.&.l.8.&.l.9.ti.19.p.3.& tex.ī.c.quoniā cōtra.de proba.& ibi Abb.nu.4. & ibi Bal.nu.22. &.l.2.ti..8.for.ll.l.1.& in.c.5.in pragmaticis tabellionū regni, vbi cauet, ꝙ ta-
1 belliones † diligētes debēt esse in custodiendis registris, ꝓtocolis, processibus & actis, q coram eis facta fuerint sub pœna amissiōis officij, & partis interesse. ¶ Et hac de causa dicit Angel.in.l.pretor ait.§.sed etiam
2 ff.de edendo.in fine, ꝙ notarius † tenetur libros tenere in loco, vbi exercet artē notariæ: & si ad aliū locum remotum trāsfert, est in dolo præsūptio, ꝙ dicit verū, nisi esset iusta causa, putā, bellum ciuile, propter ꝙ verisimiliter debet timere perditionem ipsorum, vt ipse dicit vidisse in Perusio, tempore cuiusdam furoris, siue rumoris, tunc enim non est imputādum dolo, vel culpę, imò prudētię.& sagacitati, & potest etiam eos deferre in villam, & in suis successibus, & per cōsequens non posset ex hoc solo redargui, si contingeret ꝙ perderētur, ꝙ sequitur alexan.ibi. nume.6. ¶ In tātum acta iudicij, & scripturæ de
3 bēt stari penes notarium, quòd si iudex † dicat ꝙ vult acta remanere penes eum, & notarius cōtradicat, imò dicit ꝙ penes se, preferendum est scriptor. quia si de sua scripura dubitaretur, possit sibi periculum eminere. vnde sua interest, vt penes eum remaneant. tenet Abb.in.capit, quoniam contra: de probatio.colum.3. numero.4. ¶ Vbi quoq; dicit referēdo Ioan. Andr. ꝙ de facto in aliquib⁹ ciuitatibus seruatur, ꝙ si notarij
4 † sint officiales episcoporum, comitū, vel rectorum, qui ciuitatibus pręsunt, coguntur finito officio ipsorum dimittere, acta in camara officij ꝙ gesserūt. Et pro tali more dicit, ꝙ facit tex.in.c. ad audientiam, de prescrip. Dicit tamen, quod æquum esset talia acta duplicari vt penes vtrosque remaneant, quod Abb.placet.& cōsulit ita fieri. Sed circa hoc tu vide singula. pragmaticā in libro pragmaticarum.37. vbi ponitur forma de hoc, & si debēt dari successoribus in officijs, vel in archiuo deputari, seu reponi.& vi. tex.in l.55.titu.18.parti.3.& melius in pragmatica.67 in pragmaticis factis per nostrum Carolum in villa de Madrid.anno.1534. vbi cauetur, ꝙ quādo tabelliones vendunt, vel renuntiant officia sua, scripturæ, & registra, dati debent successoribus in officio.& trāseunt cū renuntiatione, vel
5 venditione. ¶ Tamen si de mandato iudicis †, ꝓcessus. acta & scripturas originaliter dat, excusatur, vel si ipse iudex ipsamet acta, vel scripturas accipiat. text. in capitulo.21 in capitulis iudicum syndicat.ibid. *El juez de residencia apremie al scriuano dela causa, q̃ trayga el processo original, &c.*

sean guardados g a buen recaudo, para en todo tiempo dar cuenta dellos, como dicho es. Y en las dichas sentencias que dierē, guardaran las leyes h del reyno y con ellas no dispēsen i sin nue

h **Las leyes.** h Idem tenet tex.in cap. 19.supra eodē in fin. vbi vide quæ ibi dixi in gloss. *Guardaran lo contenido en ellas.*

SVMMARIVM.

1 *Dispensatio est relaxatio iuris rigoris per eum, ad quem spectat canonice facta.*
2 *Dispensans punitur eadem pœna.*

i **No dispensen.** i Quia dispensatio est rela-
1 xatio † rigoris iuris per eum, ad quē spectat canonicè facta. vt est text.in.c.requiritis.§.nisi rigor.1.q.7.tenet Specula.in tit.de dispensa.§.primo in principio.& Bal.ibi in additio. vbi quoq; tenet, ꝙ dispēsatio hominis propriè loquendo, est in libero superioris arbitrio. & si dispēsat causa suadēte, est gratia gratis facta, vt ibi. ¶ Et si iu
2 dex dispēsat, punit eadē pœna †. vt in.l.3. C.ne sacrum bapt.reit.& in.l.si quis. C. de sepulchr. viola.l.vna.C.de priua.carcer.& in.c.vt clerico. mores.de vita & honesta.cleri.& in.l.9.titu. *De los robos*..li.8.in ordina.regali. Mōtal.in.l.2.tit.2 for.ll.lib.2.in.gl.quæ incipit. *pierda lo que ouiere.* & idem Montal.in.l.8.titulo.7. libr.1.for.ll. in gloss.prima.

SVMMARIVM.

1 *Dispensare potest in omnibus rex, & pœnā reremittere.*
2 *Omnis pœna licet sit scripta in iure, in principe est arbitraria.*
3 *postquam rex concessit dispensationem, an potest eam reuocare.*

k **Mandado.** k Quia ipse assumpt⁹ est in plenitudinē potestatis nec legibus est afflictus. 2.q.2.c. de cęte ro.& cap. ad honorem. de autho. vsu pa.l. prin-
1 ceps.ff.de legi.& dispēsare † pōt in oībus, & pœnam remittere. vt in.l. prima.ti. 32.parti.7.in fi. & in.l. 2. vide.l. 1.ti.11.libro.1. in ordina. rega. ¶Et quia omnis
2 † pœna licet sit scripta, & statuta in iure, ī principe est arbitraria q arbitrium sumit ex motu celest. tenet Bal. in.l.fina.ff.de senato.& in.l. virtus legis.ff.de legi.& in.l. cūctos populos.C.de summa tri.& fide catholi. in principio.& tenet Paris de Pute.in tract. syndicat⁹. in parte, quid si per statutum.fol.198.in libro por
3 tat.num.4.¶ Sed an postquam rex cōcessit † dispensationem, potest eā reuocare. vi. Bal. in.d.l.fin.ff.đ senato.*Et tenet Ias.in.l. Barbarius.ff. de offic. præto.nu.29.& Bal.in.l.pe.C.de dona. inter vir.*Et de materia dispensationis papæ legatorum, episcoporum, & aliorum vide singulariter per Specul.in tit. de dispensatio.

stra licēcia y mādado,k especial, saluo como, y quādo de derecho se ꝑmite[l] y todos los autos đ justicia q̃ hizieren, y mandaren hazer seā ē escripto, m por

S V M M A R I V M.

1 *Dispensatio in quibus casibus permittitur.*

2 *Iudex non potest dispensare, quando procedit ad instantiam partis.*

l **El derecho permite.** l Vt gl.in.l.quid ergo.§.pœna grauior.ff.de his q
1 not.infam.in verbo, onerasset. vbi ponitur. † qn̄ liceat iudici dispēsare. ¶Et vltra ibi dicta dispensatio permittitur, vbi multorum strages iacent, & de scandalo timetur. vt in.c.cōstituerетur.50. distin. ¶Item dispensatur ratione temporis, vel personæ, vel pietatis, seu necessitatis, vel vtilitatis, vel euentus rei, vt probatur in.c. requiritis.§. nisi rigor.1.q.7.& Specu.in.d.tit. de dispensa.§. genera aūt. ¶Alios quam plures casus, in quib⁹ iudex potest dispensare pœnam, & rigorē iuris mitigare, posui in.c.1.supra eo. in gl. *derechamente.* versi. ratio minuendi. cum sequētibus, vbi singulariter de ista materia. ¶Vnum tamē nota in hac materia, q licet sit verū, q pœna statutaria est imponenda, nisi mutetur, & iudex dispēset,
2 tamen istā dispensationē † potest iudex facere, quando procedit ex officio. Secus si procedit ad instantiā partis. tenet Cardi.in Clemen.1.de testa.3.col.q.12.nu.9.quod nota.& vi. quę dixi in.d.c.1.in.d.gl. *Derechamente.* nu.24.

S V M M A R I V M.

1 *Acta tam in ordinario iudicio, quam in extraordinario, sunt scribenda, nisi sit causa modica.*

2 *Quando dicatur causa leuis, vt in ea possit procedi sine scriptura.*

3 *An in causis breuibus potest iudex fungi officio notarij.*

m **En escripto.** m Similis tex. in.c. quoniā cōtra đ pro
1 batio.& Abb.ibid.nu.3. vbi tenet, q acta † tā in ordinario iudicio, quàm extraordinario sunt scribēda. quod dicit intelligēdū, nisi sit causa modica: tūc enim nulla scriptura requiritur, nec respectu sententiæ, nec respectu processus, sed creditur simplici informationi iudicis. vt dicit esse text. notabil. in authent. nisi breuiores. C.đ senten. ex pericul. recitan.& ibi per Bar. qui hoc tenet expressè, & clariùs facit tex. in authenti. vt iudices sine quoquo suffragio. collatio. 2. nā & si in istis modicis creditur relationi nuntij. l. ea quidem. C.de accusa.& in ca. cùm parati. de appell. fortius creditur simplici assertioni iudicis: facit ad prædicta tex. in cap. si quis cum clerico. 11.q. prima. vbi optimus tex. iuncta gl.& quod notatur in glos. in.c. primo. de libelli. oblatione. ¶Quod est verū non solùm in ciuilibus, verum etiam in criminalibus leuibus, quia in istis non requiritur scriptura secundū Abb. vbi suprà per text. in.l. leuia.ff. de accusa.& quod ibi notatur. & in dict. authent. nisi breuiores.& quod ibi tenet Bart. dicendo, q vbi datur potestas arbitro seu iudici, vt procedat sine scriptis, videntur partes voluisse, vt ipsius simplici informationi, & relationi credatur, quod dicit esse bene notādū. de quo per Feli. ibi. prima col. in.d. ca. quoniam
2 cōtra. ¶Sed quæ est causa, quæ dicatur leuis †, ad hoc, vt possit ꝓcedi in ea sine scriptura? Dic q relinquitur arbitrio iudicis respectu qualitatis personarū, & causa, secūdùm Abb. vbi suprà per text. in dicta authentic. nisi breuiores.& gl. in capitulo fina. de re iudi. in.6. Sed Lanfran. de Oria. in repet. Clemen. sæpe. de verbor. signific. in verbo, de plano. numero.9. dicit, quòd causa leuis

leuis dicitur ratione modicę rei, vel ratione per
ſonæ. vt quia perſona eſt domeſtica, putà, filius
furatur patri. vt Bar. in. d. l. leuia, de quo per Bar.
& doct. in. l. admonendi. ff. de iure iuran. & quæ
in gl. ſequenti dicam. ¶Sed hodię de iure regio

que en todo ſe halle razon dello, y aũque en algunos caſos [n] ꝓcedā ſuma

nouiſsimo cau
ſa legis dicitur
de ſūma. 400.
marabetinorū,
ſeu dipōdiorū,
qa in ea ſolum
modo debet
ſcribi ſentētia
cōdennatoria, vel abſolutoria, vt in pragmatica
60. facta in curijs de Madrid per noſtrū regem
Carolū. anno. 1534. ¶Sed dictū Bar. in. d. auth.
niſi breuiores. limitatur in actis ordinarijs. Secꝰ
in deciſiuis: quia hoc eſſet valde periculoſum,
quoniā ex eis pēdet deciſio iuſtitię. ſecūdū An
to Butrio. in. c. quintaualis. de iur. iurā. col. 26.
& Abb. vbi ſuprà. ¶Adde quoq; ꝙ in iſtis cau-
3 ſis breuibus poteſt iudex † fungi etiā officio no
tarij in defectū tabellionis. vt tenet Feli. in. d. c.
quoniā cōtra. de probatio. in principio. Quod
dicit eſſe notādū pro poteſtatibus terrarū, &
caſtrorū. & idē tenet Abb. in. cap. ex literis. de
probatio. nu. 11. & hoc licet iudex non ſit no-
tarius, quia ſi eſt notarius. regulariter nō poteſt
eſſe iudex & tabellio, & fungi duplici officio.
Sed fallit in caſibus, de quibꝰ per Bar. & pulchrè
per Bal. in. l. iubemus. §. ſanè. C. de ſacroſanct. ec
cleſijs. videlicet, in actibus volūtarię iuriſdictio
nis. vnde ſi iudex inſinuationū eſt notarius, pōt
ex partiū conſenſu cōficere inſtrumēta inſinua
tionis. Idē in cauſis modicis. Idē ſi facit aliquas
literas teſtimoniales ratione officij ſui, nō infor
ma iudicij. Idē in poteſtate caſtrorum & villa
rum nō habentiū magnas cauſas, quę ſunt notā
da ſecūdum eum. Itē fallit, niſi conſuetudo, vel
ſtatutum loci vellet, ꝙ ſtaretur tali ſcripturæ.
Secundū Bar. in. l. 2. ff. de ſtipula. ſeruo. de quo
per Feli. in. d. c. quoniā cōtra. fi. col. & vide tu,
quæ dixi ſuprà in. c. 1. in gl. officio. nu. 1. allegā
do Bar. & Pla. in. l. cōperimus. C. de proxi. ſacr.
li. 12. Et vide Plā. in. l. nulli ſcriniario. C. de nume
ra. actua. li. 12. n. 2. vbi tenet, ꝙ licet iudex ſit no
tarius antea quā fuerit iudex, non tamē ſcribet
acta, quę fiūt corā ſe. Et licet in hoc remaneat, ꝙ
ſi eſt ordinarius. & occupatus multitudine cau
ſarū, tunc nō poteſt. Secus ſi nō eſt occupatus
vt ſunt magiſtratus municipales, vel delegatus
ad vnam cauſam, tūc poſsit. ſed de iure canoni-
co. Secus, quia requiritur, quòd ibi ſit iudex, &
notarius, qui ſcribat acta, aut duo teſtes loco no
tarij. vt in dicto capitul. quoniam cōtra. de pro
batio. tamen remittit ſe ad Bar. in. d. l. 2. ff. de ſti
pula. ſeruo.

S V M M A R I V M.

1 *Caſus, in quibus proceditur ſummariè, & de pla
no, & ſine figura iudicij.*

n Caſos. n Sed qui ſunt iſti caſus, in qui-
bus proceditur ſummariè †, &
de plano, ac ſine figura iudicij. gl. in d. l. in hac a-
ctione. §. ſciendū. ff. ad exhibendum. ponit vn-
decim caſus, quos per te vide. ¶Et tu adde ſe-
quētes, & eſt duodecimꝰ ĩ cauſa decimalis. ¶13
in cauſa matrimoniali. ¶14 in cauſa vſurarum.
¶15. in cauſa beneficialis. vt in Cle. diſpendio-
ſam. de iudicijs. ¶16. in cauſa monachatus. vt
glo. in. 1. Cle. diſpēdioſam. de iudi. in verbo, ma
trimonio. ¶18. in cauſa clericatus. vt gl. in c. ſi
iudex laicus. de ſentēt. excō. in. 6. ¶19. in cauſa
dotis. vt in. l. 1. ff. ſolut. matri. ¶20. caſus. in cau-
ſa hæreſis. vt in. c. fi. de hæretic. in. 6. ¶Eſt. 21. in
cauſa electionis. vt in ca. vt dignitatibus. §. ſi ve-
rò. de electio. in. 6. ¶22. caſus. in crimine leſę ma
ieſtatis. tex. eſt in extrauagāti. ad reprimendū.
vbi Bar. mirabilia dicit. ¶Eſt. 23. caſus. in crimi
ne ſubmerſæ nauis. tex. in. l. de ſubmerſis. C. de
naufra. li. 11. ¶24. in bonorū tribuētibus ius in
poſſeſsiōe. nō in proprietate. l. 1. §. dies. ff. ſi quis
ordo in poſſ. obſerue. ¶25. caſus. in cauſa poſſeſ
ſionis. vt in. l. momētanee. C. vnde vi. & in. l. 1.
C. quorum legat. ¶Eſt. 26. in cauſa miſerabiliū
perſonarum. vt notatur in. l. prima. C. quādo im
pera. inter pup. & vidu. & notatur in. c. ſignifica
ſti. de offic. delegat. ¶27. caſus. quādo agitur in
ter libertum & patronum. tex. in. l. nec quicquā
§. de plano. ff. de offi. proconſul. & lega. ¶28. ca
ſus. in cauſis ciuilibus leuibus. vt in. d. authē. ni
ſi breuiores. C. de ſent. expericul. reci. & quæ di
centur leuia. vi. gloſſ. in gloſſa. precedenti. ¶Et
quod dicatur delictum leue, dic delictū eſſe le-
ue, quando ad eſſentiam delicti non requiritur
dolus. vt tenet Lanfran. de Oria. in repeti. Clē.
ſæpe. de verbo. ſigni. in verbo, de plano. de quo
vi. Bart. in. l. non ſolùm. §. ſi mandato. ff. de iniu
rijs. ¶30. caſus, eſt in crimine Abigeatus. vt in. l.
vnica. C. de Abigeis. ¶Eſt. 31. caſus. in cauſa cō-
mentarieſi. text. in. l. ſed ſi vnus. §. fi. ff. de quæ-
ſtio. ¶Eſt. 32. caſus & finalis, in quo proceditur
ſummarie, in cauſa adulterij. quādo maritus per
ſe accuſat. vt in. l. miles. §. ſexaginta. ff. de adult.
Quos caſus nota, quia ita recopilaui à doctore

de tapia, dum ille esset licentiatus in iure canonico, licet postea fuit doctor in vtroque iure in vniuersitate Salmanticensi, dum legeret Cle. sæpe. de verb. signi. ¶ Quibus adde, quòd stipulatio legatorũ, & damni infecti sunt causæ sumariæ. vt tenet Barto. in. l. sed hęc. §. non solũ. ff. de procura. ¶ Itẽ omnis causa executionis est summaria, cùm nõ habeant instantiam. vt Bar. in. l. litibus. C. de agricoli. & censi. libr. vndecimo. Bald. in. l. vnica. ff. si quis iusdicen. non obtempe. & tenet. l. 5. titulo. 8. libro. 3. in ordin. rega. & l. 64. de Toro. Bartol. in. l. missi. C. de exacto. tribu. libro. decimo. & Alexand. in consilio. 50. in. 2. volumine. nume. 8. vbi ait, quòd in executiuis summariè proceditur, & tenet Lanfranc. de Oria. in dicta Clementi. sæpe. de verborum significa. in parte aggreditur. numer. 16. vbi quoq; dicit, quòd in causa executionis nõ potest opponi exceptio nullitatis requirens altiorem indaginem. vt ibi per eum. ¶ Et pręter istas causas omnis causa regulariter est ordinaria, & requirit plenã causæ cognitionem. vt est gloss. in. l. 3. quæ incipit, in hac actione. §. sciendum. ff. ad exhiben. quæ est notabilis & magistra. Illa erit ergo summaria causa, quãdo hoc lex exprimit, quòd procedat summariè, & breuiter, vel quãdo princeps per suum rescriptum iubet. vt tenet Lanfranc. de Oria. vbi suprà. nume. 19.

riamente, no dexẽ por esso de recebir las excepciones ᵒ legitimas, y prouanças ᵖ necessarias.

S V M M A R I V M.

1 *Exceptiones in causis summarijs admittuntur, & defensiones.*

2 *Excommunicato & hæretico exceptiones non denegantur.*

ᵒ **Las excepciones.** ᵒ Similis tex.
1 in Clemen. sæpe. de verbo. † signifi. §. nõ sic. & ibi glo. & Bar. singulariter in lectura. extrauagãti ad reprimendũ. in parte, & figura. Et intellige de exceptionibus nõ frustratorijs. Secus de frustratorijs, quia in istis causis summarijs nõ permittuntur secundùm Cardi. in dict. Clemen. sæpe. versi. non sic tamẽ. vbi quoq; tenet, quòd admittuntur & defensiones legitimæ. vt gloss. ibi in verbo, legitimæ, & tenet tex. hic Et facit pro hoc Cle. pastoralis. §. cæterum. de reiudi. vbi de
2 hoc. ¶ Et quia excõmunicato †, & hæretico exceptiones nõ denegantur. vt in. c. cùm inter. de exceptio. & in capitulo. filij. de hereti. in. 6. quia verbum, defensiones, positum in dict. Clemẽt. sæpe. ponitur pro exceptionibus. argumen. in. c. qualiter, & quando. de accusa. §. debet, secundum Cardi. vbi suprà.

S V M M A R I V M.

1 *Probationes necessariæ, in causis summarijs admittuntur.*

ᵖ **Prouãças necessarias** ᵖ Similis tex. C. in. d. Cle. sępe. de verbo. signific. versic. non sic. iuncta gloss. ibi. in verbo, necessariæ, scilicet, actori, vel reo. & iste text. in quantum dicit necessarię. Et dicit Zenzeli. quòd alię probationes non sunt admittendæ quæ non releuarent probantem. l. ad probationem. C. de probatio. sed secũdum Cardin. ibi. non est hoc speciale in his. nam idem est in ordinarijs. vt in capitu. cùm contingat. de offic. de lega. ad finẽ. vbi glo. de hoc notabil.

Prætor. Cap. XXXVI. finis.

Sequitur Cap. 37.

S V M M A R I V M.

1 *Testium receptio in criminalibus, non potest cõmitti, sed iudices debent eos examinare, etiam si consuetudo sit in contrarium.*

2 *Si testis examinandus non potest venire ad iudicem, vel iudex non potest accedere ad domum ipsius, quia est persona multum honorata, potest committi receptio testium in criminalibus.*

3 *Testium receptio non potest committi in criminalibus, etiam si testes sint egregiæ personæ, debent venire coram iudice: quia in causa criminali non habet locum lex. ad personas egregias. ff. de iure iuran. Et idem dic in causa matrimoniali. nume. 4.*

4 *Honor iudicis est præferendus.*

5 *Receptio testium in criminalibus potest cõmitti, quando agitur de crimine per viam exceptionis, & in causa hæresis.*

6 *Papa, vel rex potest cõmittere receptionẽ testiũ in criminalibus.*

7 *Receptio testium in criminalibus si sunt forenses, & sic extra prouinciam, potest eorum examinatio committi. Et etiam propter multitudinem negotiorum, committi potest.*

8 *Receptio testium in criminalibus de voluntate partium potest committi.*

9 *In causa criminali minimæ importantiæ potest receptio testium committi.*

10 *In causa criminali ciuiliter intentata potest committi receptio testium.*

11 *Ad innocentiam accusati probandam receptio testium potest committi.*

12 *Pro informatione habenda, testium receptio potest committi, & quoque quando agitur contra rapientem ex naufragio.*

13 *An in causis ciuilibus potest cõmitti receptio testium, & an si per famulos tabellionum dicta testium possunt scribi.*

14 *Testis non potest deponere dictum suum in scriptis, sed viua voce.*

15 *Quando testes non sunt de iurisdictione etiam in causa ciuili ardua potest committi testium receptio.*

16 *Receptio testium potest committi, quando occurrit casus, in quo per iudicem non possunt examinari. Tamen iste, cui committitur non potest alteri delegare.*

17 *An iudex causæ potest compelli committere examinationem testium extra territorium.*

18 *Receptio iuramenti, an per iudicem potest committi.*

19 *An tabellioni credatur de commissione sibi facta.*

20 *Si testis fuit examinatus à solo notario, & dicit se dixisse aliter, quàm notarius scripsit, cui magis sit credendum.*

a Por si. a Similis tex. in authẽ, apud eloquẽtissimum. C. de fide instrumẽtorũ. vbi in cri-
1 minalibus † nõ potest committi receptio testium. sed iudices debent eos examinare. Secus est in ciuilibus. vt in. l. iudicis eiusdẽ tit. & ibi Barto. Ang. Bal. & docto. & est similis tex. in pragmat. 129. in pragmati. de Valladolid. anno. 1537. vbi augetur pœna. & Ang. in. §. quoniã in authent. de testib. colla. 7. dicit, ꝙ in causa criminali nõ debet fieri commissio testiũ recipiendorum, etiam si testes sint extra prouinciã, & ideò vocãdi erunt ad iudicẽ causæ. & hoc sentit gl. in. c. cõstitutus de fideiusso. in verbo, transmittẽtes. secundũ Barb. ibi. 4. col. & gl. in. c. testés. 3. q. 9. & ita Ang. in. d. §. quoniã. dicit se vidisse de facto condẽnari quendã receptorem in ciuitate Perusij, quia in criminalibus cõmisit examinationẽ testium, & ex illis tulit sententiam. Et ꝙ in criminalibus examinatio testium non committatur. tenet gl. in Cle. 1. de offi. delega. in verbo ciuili. & est tex. cum gl. in. c. 2. in verbo prohibẽte. de iudicijs. in. 6. text. in. l. 3. §. diuus. ff. de testi. ibi, nã ipsos interrogare soleo. quã. l. ad hoc notat Bal. in. ca. si quis testiũ. de testi. in principio. & idẽ tenet gl. in. c. 1. de testibus cogẽ. & in. d. c. cõstitutus. & gl. in. c. at si Clerici. de iudi. & in. d. c. si quis testiũ. ¶ Qđ ampliatur, etiã si cõsuetudo esset in contrariũ, nõ valet. vt sentit glo. in. c. testes. 3. q. 9. in glo. 2. & latissimè per Hippol. de Marsi. in. l. de minore. §. pluriũ quoq;. n. 9. ff. de quæstio, cũ sequẽti
3 iudex † debet solùm pronuntiare ferias, quę vrgent in loco, vbi coram eo, iudicium agitatur, & nõ ferias loci partium, aut testium, cùm istud respiciat ordinem iudiciorũ. Et idẽ latè ponit Specul. in tit. de ferijs. §. 1. versi. sed pone quòd in loco. secundùm Ias. vbi suprà. ✳ Sed quid si ad requisitionẽ iudicis territorij fit executio in alio territorio, expensæ seu decima executionis cui debetur, an iudici iubenti seu requirenti fieri executionẽ, an vero iudici requisito, qui facit eã: dic quòd iudex requirens habet tertiã partẽ: & iudex, vel merinus, seu algazellus, qui exequitur, habet duas partes eius quod habiturus erat, si in suo territorio facta fuisset: tenet Peregri. in parte executio. q. 1. in gloss. territorij.

Assesso-

e **Assessorias.** e Similis tex. in c. 9. supra. & ibi dixi. in gl. I.

Prætor. Caput. XL. finis.

Sequitur Cap. XLI.

SVMMARIVM.

1 *Casus in quibus seruanda est consuetudo regionis.*

a **SE conociere.** a Iste tex. facit ad ea que dixi suprà. in c. 40. in gl. *Donde se biziere.* §. q tabularij. & officiales in sportulis & expensis exigendis debēt seruare formam, tabulam, & aranzel, consuetudinemq; regionis, in qua officia gerere debent. Et facit tex. in l. 4. §. obseruare. ff. de offi. procō-su. & in l. si in aliquā. prout tenet Lucas de Penna. in d. l. missi opinatores. C. de exacto. tribu. lib. 10. col. 2. & ibi Bal. dicit, q in executionibus, & in modo exigendi debet obseruari consuetudo regionis, in qua fit exactio. & ibi ponit Luc.
1 de Pen. multos modos & casus, † in quibus est seruanda consuetudo regionis. s. in tributis exigendis & in susceptoribus eligendis, & sumptibus de publico sibi dandis in muneribus subeūdis, in criminibus puniendis in iudicijs, & causis decidendis, in contractibus, in vltimis voluntatibus, in exigendis reditibus, in immunitate seruanda, in instituendis vectigalibus, inspectaculis & certaminibus ciuitatum exercendis, in vectigalibus exigendis, in rebus publicis distrahēdis, in calumniantibus puniendis. vt ibi per eū. Et alios plures casus, in quibus consuetudo tribuit multa, vi. per dictum Lucam de Penn. vbi suprà per duas colum.

b **Doblados.** b Non dicuntur expēse duplicatæ, quando pro prima scriptura recipitur salarium, & aliud pro exemplari, prout dixi in c. 39. supra eodem in gloss.

Prætor. Cap. XLI. finis.

SVMMARIVM.

1 *Insignia iurisdictionis officiales debent portare, alias potest eis resisti, si non constat eos esse officiales.*

2 *Insignia iurisdictionis nemo debet portare sine per missu principis, nec iurisdictionem exercere.*

3 *Furca est signum meri & misti imperij, & illam non debet quis erigere sine principis permissione.*

4 *Etiam si per centum annos non fuerit aliquis homo suspensus in furca, quam habet, sufficit ad iurisdictionem habendam, quia non requiritur actus sed aptitudo.*

5 *Si duæ ciuitates contendunt de imperio, pendente lite, non potest altera erigere furcam in confinio in præiudicium alterius.*

6 *Furcas erigere iudex sinere non debet, licet sit erectio furcarum inuenta vt homines conspectu earum terreantur, & licet in creatione earum publica vtilitas vertatur.*

7 *Erectio furcarum non competit cuilibet, nisi illi cui competit pœnæ impositio.*

8 *Dominus soli potest compelli ad vendendum vt ibi furca erigatur, si alter locus non reperiatur, in quo commodè ponatur.*

9 *Si vnus habet iurisdictionem, mistum & merū imperium alter habet merum, quis eorum possit erigere furcas.*

a **VAras.** a Quæ virga denotat potestatem regendi, quæ sibi à principe data est. Facit illud. Exod. 4. Virgam quoque hanc sume in manu tua, in qua facturus es signa. Et enim virga, seu baculo corriguntur peruersi. de baculo autem dicitur. primo Regum. c. 17. Et tulit baculum suum quem semper habebat in manibus. Nec illam virgam iudex deponere, seu proijcere debet, ne illa quæ pulchra est, & recta, si proijciatur in terra, vertatur in colubrum, sicut scriptum est de virga Aarō. Exod. c. 7. quod intelligitur ne virtus iustitiæ, quæ per correctionem exercetur, & illius fortitudinem, seu metū, si abijciatur, in iniustitiā conuertatur. l. Sine eni correctione iudex bene regere non potest. l. congruit. ff. de offi. præsi. & ideo si proijciatur virga, id est, si non fertur contra malos sententia, filij hominum absque vllo timore perpetrant mala. Et facit quod notatur in. c. peruenit ad duos circa fin. 93. dist. prout tenet Guiller. Rouil. in

tracta. de iustitia & iniustitia. in. 3. lib. capi. 3. de iudice. tomo. 17. tracta. folio. 105. ¶Et quòd virga sit signum iurisdictionis, tenet Bar. in. l. prohibitum. C. de iure fisci. lib. 10. & ibi Ioan. de Plat.
1 dicẽdo ꝙ officiales † debent portare insignia officialiũ, ex quibus cognoscantur, aliàs posset eis resisti. quod reputat multũ menti tenẽdũ. Idẽ tenet Bart. in. l. eum qui. §. si. ff. commo. & ibi Alex. in additio. tenet Ias. in. § quadrupli. Instit. de actio. col. 3. nu. 25. & Mon. in. l. 1. tit. 7. lib. 1. for. ll. in gl. quæ incipit.

Prætorum. Cap. XLII.

Otrosi, q̃ no consientã traer varas[a] a otra persona, saluo a el, y a sus oficiales, y a los alcaldes de la hermãdad y a los alguaziles de la inquisiciõ y a los alcaldes y alguaziles de nuestra corte dentro de las cinco leguas de la corte, o al que nos dieremos especial[b] poder para la traer por nuestra car-

Concejo. in principio. & Paris de Pute. in tract. syndica. in parte, quia suprà. fol. 113. nu. quinto. ¶Quod intelligit verum, quando non constat eum esse iudicem, vel familiarem; quia tunc non punitur, licet ei resistat. secus si constabat, licet non portet signum punitur, quia ei non potest resisti. vt ibi suprà. per eos. Et idem tenet. d. Par. de Put. in. d. tracta. in parte familiaris, siue familia potestatis. fol. 111. nu. 5. & Ange. per tex. ibi in lege apud. §. si quis virginem. ff. de iniur. Et cõcordat lex. Si quis ignorans. ff. locati. tamen si percussit illum, qui ignorabat esse iudicem, vel familiarem, licet excusetur, non habet locum; si ignorantia esset crassa, & supina, quia paria sunt scire, & scire debere. l. quo te. ff. si cert. peta. secundum Pari. de Put. vbi suprà. ¶Quę insignia iuri
2 sdictionis † sine permissu principis nemo debet portare, exceptis personis hic. nec iurisdictionẽ exercere sine suo mandato. vt est tex. & ibi dixi suprà in. c. 1. in gl. 1. & in ca. 5. supra eod. Et licet quis sit iudex in aliqua ciuitate, insignia, per quę notatur iurisdictio, vel præeminentia. non videtur posse portari, seu deferri extra limites iurisdictionis, etiam in his quæ sunt voluntariæ iurisdictionis. vt tenet Abb. in. ca. 1. de authorita. & vsu pallij. nu. 4. & tex. & ibi Abb. in. c. ex tuarũ. eod. tit. & non valet consuetudo in contrariũ, vt ibi. ¶Et non solum virgam iustitiæ iudex nõ debet permittere portandam. *Vt dictum est, nec permittere debet eam portare algazellus ecclesiasticus, vt in. l. 37. tit. 14. lib. 2. ord. tamen pragmatic. in. lib. pragmatic. fol. 162. disponit, quod dicti algazelli ecclesiastici in locis vbi consueuerunt virgam portare, *que la traygan tã gorda de vn asta de lança con dos regatones, vno encima y otro en ca*
3 *bo.* *verum etiam furcam † erigere non debet sinere: quia furca est signum meri imperij, & merum imperium designatur per furcã. vt tenet Bal. in. l. prima. C. vt nemini. lice sig. impo. & in l. 1. §. initio. ff. d offic. præfe. verbis. nu. 2. & Bal. in. c. quid sit inuestitura. versi. corporeũ. n. 5. & 6. in vsi. feud. tenet, ꝙ erectio furcarũ significat imperiũ ei⁹, quasi possessionem & vsum. & idẽ tenet idẽ Bal. in. l. à procuratore. C. mãdati in fine. ¶Quod est etiã verũ, etiã
4 si per centum annos † non fuerit aliquis homo suspensus in illis furcis, quia non requiritur act⁹ sed aptitudo, & sufficit signum, licet deficiat signatũ. vt tenet idẽ Bal. in lege arboribus. § nã & si agrũ. ff. de vsufru. & quemadmo. quis vtatur facit gl. in. c. cùm ecclesia Sutrina. de causa posse. & proprie. & Bar. in lege in filijs. C. de decurio. lib. 10. Inno. in. c. cùm dilectus. de capelli. monachorũ. ¶Et facit in simili illud, quod tenet Bart. & Io. de Pla. in dicta lege in filijs. ꝙ si quis habet ius eligẽdi rectorẽ in ecclesia, vel aliqua ciuitas dare gẽtẽ domino bellũ facienti, vel vti iurisdictione vel colligendi collectã, ꝙ si stetit per centũ annos, quia non elegit, quia nõ fuit expediẽs vel non fecit bellũ, vel non fuit vsus iurisdictione, quia non occurrit casus, in quo debet vti, non per hoc perdit ius suum. ¶Et in tantũ furca
5 nõ põt erigi, ꝙ si duæ ciuitates † contendunt de imperio, non potest altera, lite pendente, in præiudiciũ alterius in confinio, de quo dubitatur, & disputatur, erigere furcas: & si erigit. ille, qui est in possessione illius loci, põt impunè euellere furcas, prout tenet Bal. in dict. l. 1. C. vt nemini liceat sig. impo. quod dicit vidisse de facto. Ideò
6 iudex nõ debet sinere † furcas erigere. vt Par. de Put. in dicto tracta. in parte. contumacia. nu. 8. fol. 89. Licet erectio furcarũ fuit inuẽta, vt homines cõspectu earũ terreãtur, & delinquentes accedãt ad pœnã. l. capitaliũ. §. si. ff. de pœni. & Paris de Put. vbi suprà. Et licet in tali erectione furcarum

rum publica vertatur vtilitas, vt in eis malè meriti publicè puniantur. vt in lege ita vulneratus. ff. ad legem Aquil. & in l. bona fide. ff. de posse. & vtilius sit à toto principio homines terreri, ne ad maleficia prolabantur. quia melius est occurrere in tempore, quam post exitum vendicare. vt in lege prima. C. quando lice. vnicum. sine iudi. vendi. & in lege vlti. C. in quibus cauf. in integr. resti. non est necess. Et quia impositiones pœnarum actu transeunt, & per consequẽs à memoria decidunt, humana inuenit industria publicè furcas erigi, vt suppliciorum renouaretur memoria: sicut & monumenta inuenta sunt in memoriam conditionis humanæ. vt in lege quidam in suo. ff. de conditio. institu. & quasi quadam lectione continua, quæ etiam melius per visum imprimitur, quam per auditum, solui à maleficijs homines arceantur. vt tenet Oldral. consilio. 161. incipiente. Thema tale est. ¶ Et licet sit licita & vtilis erectio furcarum, non competit † cuilibet, nisi illi, cui competit pœnæ impositio. secundum Oldral. in dicto consil. Quia si alteri liceret ponere quam ei, cui competit impositio pœnæ, nulla esset inter imponẽtem signum, & ipsum impositum conformitas, siue proportio, sed magis videretur illusio. vt. C. de lati. liber. tolle. l. vnica. §. sed & qui domini. cum vmbra quædam ostendatur in opere veritas autem non subeat in effectu. vt in cap. quanto. ad finẽ. de consue. secundum Oldral. in dicto consili. & ideò quia est signum iurisdictionis, iudex nõ debet pati eam erigere, vt dictum est, si non habet merum imperiũ. ¶ In tãtum ille, qui habet merum imperium, potest furcam erigere, ꝙ si non reperiatur locus, in quo cõmode sine cuiusque incõmodo ponatur, poterit dominus † soli compelli ad vendendum propter publicam vtilitatem. vt. ff. quemadmo. seruit. amitta. l. si locus. §. vlti. & ff. de rei vendi. §. item si verberatum. §. præterea. vt tenet. Oldral. & Paris de Puteo. vbi suprà. ¶ Sed quid si vnus habet iurisdictionem † & mixtum imperium, & alter habet merũ imperium, quis eorum possit erigere furcas. Vide Oldral. in dicto consilio. & Bal. in dicto capitu. primo. quid sit inuestitura. in vsibus feudo. numero sexto. vbi tenet, ꝙ ille, qui habet merum imperium potest furcas erigere, & econtra si vnus habet cõdẽnationem, alius executionẽ, iste ad quẽ pertinet executio, põt furcas erigere secũdum Bal. vbi suprà. & vide Philip. Deciũ consilio. 249. vbi singulariter. & ibi quoque tenet ꝙ qñ iurisdictio est cõmunis inter plures, nullo modo videtur, quod vnus, alijs inuitis, possit pro administratione iurisdictionis furcas erigere, nisi ei competat executio, & alijs non, sed quando est communis executio, alijs inuitis, non potest erigere, vt videtur notare Angel. in l. 2. §. ex his. ff. de verborum obliga. & Abb. in c. fi. de re iudi. col. fi. vbi allegat ad hoc gl. in. ca. licet. 16. q. tertia. tradit Alex. in. d. l. 2. §. ex his supra allegatis.

(margin numbers: 7 beside "petit † cuilibet", 8 beside "incõmodo ponatur", 9 beside "† & mixtum imperium")

b **Especial.** b Nota casum, in quo speciale mandatũ requiritur, aliũ vide in. c. 2. supra eodẽ. in parte, Especial. & quæ ibi dixi. *Sed an tale mandatum seu prouisio de iurisdictionis portanda, debeat ostẽdi, vel insinuari iudici loci vbi portari debet: tene ꝙ sic & antea nõ potest portari, aliàs punit: vt in tex. nostro ibi, *no consienta traer*: & per tex. in l. prohibitum. C. de iure. fisci. lib. 10. & per ea quæ dixi in. c. 1. in glo. cartas. vbi late, sed si non portatur gain iustitiæ, sed solum est sibi commissum per senatores cõsilij regalis, seu auditores cãcellariæ executionem faciendam tunc non debet requirere iudicem, nec baronem, vt tenet Guido Papa. decisione 348. & Masuerius. in sua practica in titulo de adforuamentis. 8. col. vbi inquit, ꝙ sic loquitur. l. omnes. §. si apparitor. C. de epis. & cleri. & cum hac opinione transit Boerius. decisio. 8. vbi intelligit in executore, vel seruiente regali: quia regalis non tenetur requirere, secus est in alio seruiente non regali: sed ego hoc non credo verum, imo realis executor, vel alius iudex regis tenetur requirere, vel ad minus ostendere suum mandatum, vel commissionem iudici loci vbi fit commissio, vt de ea constet ad hoc vt ipse possit exequi iussum regis per istum titu. & per ea quæ dixi in. d. c. 1. &. gl. per dictũ Iacob. Rube. in. l. 1. C. de executo. & exacto. libr. 12. in fin. vbi dicit, per illum text. rescientem ad terrã alicuius varonis per præsidem causa executionis fiendæ. missum debet prius baronem requirere, vel eum iudicem quã exequi: & facit text. in. l. contra nostra præcepta. C. eod. titul. & lib. & in. l. cum vnus. §. is qui. ff. de bonis autho. iud. & in. §. si iudex. de pace tenenda & eius viola. in vsi. feud. & istum dictum Iacob. Rub. teneo indistinctè, licet additio. Boer. in dicta decisione intelligatur de alio executore, vel seruiente misso ab alio quàm à rege: quia si est missus ab alio nõ potest mitti in aliũ territorium, nec iurisdictionem quam mittens non habet, sed debet exoptari vt ipsemet executor faciat: vt sunt iura vulgaria sed quando à rege mittitur: quia habet iurisdictionem in toto suo regno debet patefacere iudici in cuius locum fit commissio vt ipse obediat & adiudicet cum opus fuerit: aliàs potest procedere contra eum: vel impedire exercitiũ

suæ iurisdictionis donec sibi cõstet de cõmisio ne regis vt hic & per supra dicta & sic vtitur.

De nuestros nõbres.

c c Alios casus, in quibus regis suscriptio requiritur, vide per text. in l. 24. titulo tertio. libro secũdo. in ordina. regali.

Prætor. Caput. XLII. finis.

SVMMARIVM.

1 *Algazelli & executores euntes extra ciuitatem ad executionem faciendam, pro eundo, & redeũdo, non debẽt percipere nisi pro vno itinere, licet facere debeãt plures executiones in diuersis locis.*

2 *Algazellus recipiens vltra suas expensas, ad restitutionem tenetur.*

3 *Medicus an debeat habere salarium pro eundo, stando, & redeundo.*

4 *Executor vadens per viã transuersam, & magis longam, salarium maius non debet habere.*

a NO cõsientan. a Iudices & correctores cõsentire nõ debẽt algazellos & executores † eũtes extra ciuitatem, seu villam ad executionem faciendã pro eundo & redeundo percipere, nisi pro vno itinere, licet facere debeant plures executiones, & in diuersis locis, & iter debent diuidere pro rata inter omnes executiones. Idẽ debent custodire tabelliones, aliàs cum quadruplo restituãt, ꝓ prima vice, pro secunda, vltra dictã pœnam, per sex menses ab officio suspendantur, pro tertia, officio priuentur. Et si iudex in hoc executando negligens fuerit, ipse dictã pænã soluat. Hoc dicit. Quod intellige. vt in. c. 40. supra eod. quãdo non recipiũt expensas executionis, quæ est decima, vel alia minima summa, quia si percipiũt, nõ debẽt habere salariũ itineris, & ibi dixi. & vi. Pla. singulariter in. l. Sancimus. C. de executoribus, & exacto. lib. 12. vide quę dixi supra. in d. c. 40. in gl. No lleuando. ¶Quod salariũ debet algazellus, vel executor habere pro eundo, stando, & redeũdo, tenet Domi. in. c. statutũ. §. proferendo. de rescrip. in. 6. quod dicit esse notandũ propter ea, quæ tangũt in. l. properãdũ. §. fin autẽ alterutra. C. de iudicijs. & ibi docto. sed ibi intelligitur in testibus. & in partibus, hic in tabellionibus, & executoribus. Et per istum text. reprobatur gl. in. c. mulieres. de iudi. in. 6. in parte producentis. vbi tenet, ꝙ sicut producens testes ministrare debet expẽsas testibus, ita tabellioni, vel iudici, qui ad eas vadit: quia tabellioni, vel iudici, nõ debẽt ministrari, nisi vt dictũ est. ¶In tãtũ, ꝙ recipiẽs aliquid vltra hic contẽta, ad restitu-

2 tionẽ † tenetur: quia esset receptio cõtra iuris ꝓhibitionẽ. vt in c. qa sæpe. đ ele. in. 6. & in. ca. qa pleriq;. đ immunit. eccles. & ibi per Inno. & tex. & ibi Domi. in d. c. statutũ. §. si qdã. in tantũ, ꝙ nõ prodesset remissio partis. de quo ibi per eũ. ¶Idẽ dic in medico. qui vadit ad locũ ꝓ tanto

3 † salario indic. ꝙ debet haberẽ salariũ tpe itineris vt Bart. in. l. suo victu. ff. de opis liberto. in fi. idẽ tenet Bal. in. l. liberti. C. eo. đ opi. libert. 4. col. nu. 15. vbi quoque dicit, ꝙ medico debetur salariũ etiã pro dieb9 itinerum, quia pro diuina opa debetur. Et est rõ scđm eũ, quia tps absẽtiæ ꝓ seruitio cõputatꝫ vt notatur i. l. qui mittũtur. ff. ex quib9 cau. maio. §. pẽ. non tũ si quis desero discedat, totum diẽ cõputat, & sic nõ habebit salariũ ꝓ illo die, scđm Bal. vbi suprà per. l. 2. ff. de annuis lega. qđ facit ꝓ locatiõe iumẽtorũ. Sed qđ si iste execu-

4 tor, vel alius vadit ꝑ trãsuersam, & † magis lõgã viã, vt habeat maius salariũ? Dic ꝙ nõ debet consequi illud plus. vt Bar. in. l. qui fiscales. C. de cur su publi. & in. l. eos. đ fals. ¶Et quid si nõ vadit ꝑ viam

carta firmada de nros nõbres c, y sellada con nro sello.

Prætorum. Cap. XLIII.

OTrosi, que no consientãa, q̃ qualesquier alguaziles, o executores q̃ñ fuerẽ a fazer execuciõ fuera đ la ciudad, o villa, de que tienen cargo, lleuen derechos de la yda y tornada, mas đ por vn camino, aunq̃ ayã de fazer, y fagã muchas execuciones y en diuersos lugares y aq̃l lleuẽ, y repartã por rata đ las executiões q̃ hizierẽ. Y q̃ esto mismo guarden los escriuanos. Y al que lo contrario hiziere, gelo fa-

viã rectã propter timorẽ,& si in vna die expendit,qđ erat expẽdẽdũ duobus,an duplicetur salariũ? Vide in.d.l.eos.de falsi.& Par.đ Pu. in trat. synd.in parte,iudex in offic.fol.183.n.4.& vide quæ ponã in.c.54.infrà eod.in gl. El salario. Et in quãtum iste tex. dicit, *Aunq̃ aya de fazer y faga muchas execuciones, y en diuersos lugares*, vide text. in lege si. qui incipit. Sãcimus. C. de exacto.& executo.lib. 12. Et Plat. & Luc.de Pẽ. ibi videtur tenere cõtrariũ dicẽdo, q̃ si alicui cõmittitur exactio publicarũ pecuniarũ præfectũ prætorio, nõ põt alia executio sibi cõmitti, pri⁹ q̃ reuertatur,& đ his,quæ per eũ gesta sunt,debitã rationẽ, seu instructionẽ assignet. Si tñ sors obtulerit, vt in eadẽ ꝓuincia occurrãt duę executiones faciendę, possunt duæ executiones eidẽ cõmitti,tertia tñ executio nõ põt cõmitti priusquã de his primis duabus rationẽ reddat,aliàs punitur executor q secũdã executionẽ,aut tertiã suscepit, & numerarios,& adiutores eius,ad quorũ curã pertinet tales executores mitti,similiter puniũtur.Qđ dicit ibi Pla.esse notãdũ cõtra nũtios,& executores sentẽtiarũ,quia nõ possunt plures assumere executiões,videlicet,vnã in vna prouincia,& aliã in alia prouincia, vel etiã in eadẽ ꝓuincia nõ possunt suscipere plures executiones diuersis tẽporibus occurrẽtes,secus si eodẽ tpe,tres autẽ simul sumere nõ possunt, nec in eadẽ,nec in alia prouincia,vt ibi patet.Et sic videtur, q̃ iste textus licet dicat,Muchas. restringatur ad duas tãtũmodo executiões,& nõ ad plures,& quia pluralis locutio duorũ numero est cõtẽta.tex. in.c. is cui.de præbẽ.in.6.& in regula pluralis. de reg.iur.in.6.licet cõtrarium seruetur,& malè.

fagan [b] pagar conel quatro tanto por la primera vez,y por la segũda de mas đsto que sea suspẽso del officio por seys meses, e por la tercera q̃ pierda el officio, y q̃ lo execute ansi el juez: e si fuere negligẽte en ello, que el dicho juez pague [c] la pena.

b Gelo fagã. b Alios cas⁹,in qb⁹ officio durãte iudex põt punire suos officiales,& magistratũ durãte cõueniri,vi. in.c.9.suprà eo.i gl.*q̃ los castigue*,&in.c.3.in.gl.1.

c Lo pague. c Similis tex.in leg.3.C. ne sacr.bapti.reite.& in l.si quis.C.de sepul.viol.&.l.vna.C.de priua. carceri.& in.l.9.tit. *De los robos*.lib.8.in ord.reg.Mõtal.in.l.2.tit.2.for.ll.lib.2.in gl.quæ incipit.*Pierda lo q̃ ouiere*.& eũdẽ Mont.in.l.8.tit.7.lib. 1. for. ll.in gl.1.vbi iudex negligẽs in imponẽdo pœnam à iure statutam,punitur eadem pœna.

Prætor. Cap. XLIII. finis.

SVMMARIVM.

1 *In concilio ciuitatis,quis debet prius suffragium dare,an seniores,vel iuniores.*

2 *Doctores,& clerici antiquiores,debẽt habere primum locum.*

3 *Decurio,seu rector,qui expulsus est de cõcilio ciuitatis,& postea restitutus,an recuperet locum,& vocem,quam prius habebat.*

a PLaticare. a Quis aũt in isto cõcilio ciuitatis debet prius suffragium dare,
1 an seniores, † vel iuniores.Bal.in.c.1.de cõtrouer.feu.apud pares termi.in vsi.feud. in principio.tenet,& seniores,& prudẽtiores debent prius suffragari.Vnde in Ecclesiastico legitur.Loquere maior natu, te ergo decet primum verbũ.& Ludo.Rom.singul.81.¶Sed Nicol.de Lira supra.Exo.c.27.in glo.in versi.nec iudicio. dicit,q̃ debet incipi ab illis, qui sunt minoris authoritatis,& vltimo à maioribus,ne minores formidẽtur declinare à sententia maiorum, qđ posset esse,si maiores primò dicerẽt. Et dicit, quod hũc modũ tenẽt theologi in deliberationib⁹ vniuersitatis Parisiẽsis.s.incipiẽdo ab illis, qui sunt iuniores in magisterio,sic secũdũ eũ illi,qui sunt iuniores in doctoratu, debẽt incipere in cõcilio ad votãdũ,seu suffragãdũ & senior vltimo loco debet votare,quia honor in hoc in fine cõsistit, quia dicit Isidorus:Finis plus habet honoris.Alij qui dicunt,q̃ digniores debẽt incipere,per text. in.c.quia tua.50.distin.& per ea, quæ notantur. in.l.si quis ex argentarijs.§.1.ff.de edẽdo. ¶Sed Matthæ⁹ de Afflictis in decisio.Neapoli.decisi. prima,tenet,q̃ qui vltimò ingressus est in consiliũ,ille debet incipere, & sic debent ꝓsequi alij ordine successiuo, & sic obseruatur, & pro hoc dicit q̃ facit illud,qđ tenet reuerẽdus Domi.Io. de Voragi.Archiepiscopus Iannẽ.in suo festiuo in legẽda sanctorũ Philippi & Iacobi, vbi dicit, q̃ mos est in plerisq; regionib⁹,vt ille, qui prior ingreditur, maior vocetur, & ille qui posterior ingredit, minor, licet sit prior aut ætate maior, aut san-

aut sanctitate dignior, sicut dicitur de sancto Iacobo minore, qui fuit maior ætate, sed intrauit in apostolatū post Iaco. qui fuit minor ætate, & dicitur maior. *Et curia pisana in libr. 2. c. 2. quē vi. & in. c. 4. & facit. l. 18. tit. 4. par. 3. Pereg. in parte iudex. q. 12.

Prætorum. Cap. XLIIII.

ITē, q̄ cada, y quādo se platicare [a] alguna cosa en cōcejo, que particularmēte toq̄ a alguno de los regidores, o a otras personas que ende estuuieren, se

vbi priora vocātur maiora secūda media, vltima minora: & ibi inqt, q̄ in selijs & audiētijs regalibus q̄ posterior in ordine & vltimo recept⁹ sit prim⁹ in sn̄ia & voto & honor consistit in sedendo ante alios & dignior debet sedere adextris & inferior à sinistris. gl. in. l. decernimus. C. de sacro. san. & tenet Peregrin. in parte honores col. pen. & iudex nō debet pati q̄ minores sint ęquales maiorib⁹: tenet Alberic. in. l. quia etiā. ff. de aliena. iudi. * ¶Et vide tex. & ibi Pla. in. l. 1. C. de cōsuli. & nō spargē. lib. 12. vbi tenet q̄ inter pares dignitates præferendus est, qui eā primo adeptus est, & sic ille qui prior est tp̄e in dignitate, potior est in honoribus, & priuilegijs dignitatis vt in. l. fi. C. de præfe. præto. eod. lib. 12. Et sic patet secundū Pla. in. d. l. 1. q̄ antiquior, seu prior doctoratu, militia, cōsulatu, vel alia dignitate, debet pręferri alteri in eadē dignitate secūdario cōstituto, in eundo, loquēdo, sedēdo, discernēdo, & similibus. de quo ibi per eū. Et vide eūdē Pla. in. l. 1. C. eod de pręfe. pręto. lib. 12. vbi ait, q̄ dignitates possunt esse in pari gradu, & in eis habet locum regula. Qui prior est tp̄e, potior est in prælatione, & idē & latius tenet idē Pla. in lege vnicuiq;. C. de p̄ximi. sacr. eod. lib. 12. 1. col. quē omnino vide, nisi princeps hoc alteret ex causa, vt ibi dictus Pla. & eūdē in. l. fi. C. de tyroni. lib. eo. 12. & ibi text. ¶Et facit quod tenet Bal. in. c. cùm olim. de con
2 suetud. in principio. vbi ait, quòd antiquiores † clerici, & doctores, debent habere primum locū deinde cæteri per ordinem. De quo vide, quę accumulat Iaso. & doctores in lege cùm quid. ff. si cert. pe. nu. 11. *Et Greg. Lopez. in. l. 12. titul. 5. par. 1. in. gl. en dos cosas. & vi. quæ dixi suprà. c. 19. in. gl. *vno de los regidores*, quasi in fi. & q̄ primo nominatur præsumitur maior & ex ordine arguitur prærogatiuā. gl. In. c. quorūdā. de electio. in. 6. alia in. c. bene quidam. 96. dist. Grego. Lopez. in. l. 9. titul. 5. par. 1. in gl. primero. tex. in. c. mandato. de præben. in. 6. in. fi. Abb. in. c. sedes. de rescrip. & in. c. decernimus. de iudi. vi. centū modi. arg. in. loco. 1. & Greg. Lopez. in. l. 3. ti. 6. vbi de hoc. 3. & 5. gl. *Et hoc credo esse seruādū de iure, & in multis concilijs ciuitatum seruatur nisi aliud de consuetudine, vel statuto ipsius ciuitatis caueatur. *Tamen curia. pisa in. d. lib. 2. c. 2. tenet q̄ supradictus ordo debet seruari licet consuetudo sit in contrarium. *¶Et facit in simili quod tenet Spe. in tit. de aduoca. §. Iam nunc videdū. versi. iuniores. nu. 11. vbi tenet, q̄ iuniores debēt in iudicio primò loqui, & maiores vltimò. vt eorū dicta speciosa melius iudex memoriæ cōmendet, quia vltimò audita efficacius retinentur. ¶Et sic non debet minor maioris locum occupare, aliàs debet poni in loco viliori, & priuari loco assumpto: casus est singularis in. c. præcipimus. 63. dist. tenet Ro. sing. 389. & sic debemus cedere alteri secūdū gradus pręrogatiuam. quod sæpius venit in disceptatione. ¶Quinimo dicit Ang. in. §. cùmque antea. Institu. de bono. poss. in fine, q̄ si minor in dignitate nō cedat maio. in dignitate incedendo, & sedēdo, pōt implorari officiū iudicis, vt inhibeatur. vt in. cap. 1. de maio. & obedi. & in. l. 1. & 2. C. vt dignit. ord. serue. licet non possit agi iniuriarū. vt in. l. si quis đ honoribus. ff. de iniurijs. Et vi. glo. & ibi Fab. in §. aliā. Insti. eo. tit. de bon. posses. de quo vi. Bal. latè in. c. licet causam. de probat. n. 6. & ibi tenet q̄ honorantia pōt vendicari. *Et late Guill. Benedict. in. c. Raynutius. in parte duas habēs. nu. 21. cū seq. & vi. siluā. nupti. in. lib. 4. fol. 126. allegātem Iaco. de Arim. in summa feudorū, vbi inquit q̄ si mulier honesta videat in aliquo conuiuio locū sibi occupari excādescat, & dliberet fieri similis illi qui sic venerantur & quæ locus sit dignior. & vi. Gerard. petra. sant. in sing. 33. vbi late: & vi. l. 23. ti. 21. par. 2. vbi q̄ milites sunt à regibus & cæteris honorandi & in ecclesia tp̄e diuinorū plebei eis non se præponant, pax primū eis detur: in prandio qui nō fuerit miles seu honoratus vir genere aut virtute cū militibus non sedeat nec verbis contendat cū milite qui nō sit ęqualis vel maior: & facit q̄ tenet Pereg. in par. dānū. q. 6. in. gl. alieno in fin. q̄ qn̄ societas artiū vadūt ad luminādū ad sanctā Mariā q̄ nisi alius sit datus ordo q̄ melior occupantis conditio nisi ratione dignitatis teneatur alteri deferre. vt ca. notādū. 23. q. 2. vi. Bal. in. l. agrū. C. de serdit. *Et adde, q̄ quis pōt habere, etiā si sit laic⁹, sedē, seu bāchā in ecclesia quoad vsum. vt tenet Abb. i. c. abolen-

abolendæ, de sepultur. nu. 5. & sequitur Steph. Aufer. in tract. de potestate seculari contra ecclesiam. 4. regu. num. 51. tomo. 5. tract. fol. 436. ¶ Attamen talis consuetudo in contrarium nisi esset inducta ex causa legitima, de qua constaret tanquam scandalosa, & contra naturalem æquitatem, non valet. secundum Hosti. & Ant. in c. 1. de maio. & obedi. Ita tenet Fran. de Aret. in consi. 23. vers. ad tertiũ. & tenet & sequitur Ant. de Landriano in addi. ad Alex. in. d. l. cùm quid ff. si cert. pe. in parte. antiquiorem. ¶ Sed quid si
3 aliquis decurio (idest Regidor) † expulsus est de concilio ciuitatis (.i. de regimiento) & postea est restitutus, an recuperet in collegio, vel in dicto regimiento locum, seu vocem, quam antea habebat. Dic quod non, quia habebitur vt quidam de nouo perueniens in collegio. tenet Bart. in. l. qui ad tempus. ff. de decurio. quod nota, quia iã de facto accidit. Et ꝙ restitutus non recuperet locũ per aliũ occupatũ, facit. l. 1. ff. de decurio. & l. si fine. §. sed quid. ff. de mino. & tenet Guid. singu. 365. §. fi. ¶ Sed cõtrariũ videtur tenere Bal. in l. in his rebus. §. vxor diuortio. ff. sol. mat. ¶ Sed pro Bar. facit qđ tenet gl. in. c. fi. qui incipit. Præcipimus. 93. dist. iam allegato, vbi tenet ꝙ qui delinquit in aliquo ordine, in hoc punitur, ꝙ post ponitur alijs sui ordinis. Et si scholaris doctor confinetur & restituatur ad gratiam, debet iterum matriculari, & non recuperat primũ locũ, sed habetur pro nouitio. tenet Bertachi. in tracta. gabella. in. 7. parte. nu. 53. tomo. 6. tract. fol. 63. & Bart. in. l. 1. C. de his qui in exili. dati sunt. lib. 10. & in. l. qui ad temporis. ¶ Et facit quod tenet Ioã. de Plat. in. l. metallarij. C. de metall. lib. 11. vbi ait, ꝙ qñ quis reducitur ad corpus, à quo aufugerat, ponitur in deteriori stallo: quia vbi erat in primo loco, propter eius absentiam vel delictum ponitur in vltimo. Quod intellige, qñ aliquis deponitur in deteriori loco, seu eximitur ab ordine in officijs, in quibus est honor oneri admistus. Secus si contineret solum onus, tũc remouendo delictum, non præbet immunitatem secundum Plat. ibi. quod nota.

SVMMARIVM.

1 *Quod in concilijs tractatur, an debeat reuelari.*
2 *Existens in concilio, quando aliquid malum tractatur, an sit culpabilis.*

b Se salga. b Nec impediatur quod ibi debet tractari, quod debet esse
1 se secretũ †, & nõ debet reuelari, nisi habita licẽtia. tenet Bald. in. c. de noua forma fideli. in vsi. feud. nu. 7. ¶ Quia qñ quis recipitur ad officium rectoriæ, ita debet iurare. text. in cap. Ego enim. de iure iuran. ibi. nulli pandam. & tenet beatus

salga b luego la tal persona, o personas a quien tocare el negocio, y no torne entre tanto que en aquel negocio se platicare. Y esto mismo se faga, si el negocio tocare a otra persona que cõ

Flor. in. 1. parte tit. 4. c. 8. de cõsil. §. 4. vbi ait, ꝙ ea, quæ tractantur in concilijs alicuius ciuitatis, vel vniuersitatis, debent esse occulta, quia aliàs scãdala multa possunt oriri, ꝑut dixi suprà in proœmio istorum capitulorum in gl. *Auemos acordado.* 2. col. ¶ Sed intellige de honesto cõcilio, & non de alteri nociuo. quia tunc potest reuelare, etiam sine metu periurij, secreta concilij illiciti, secundum Abba. in d. c. ego enim. nu. 7. quod sequitur Ludo. Rom. singul. 506. & ibi eius additio. ¶ Et facit secundũ Rom. illud, quod dicimus, ꝙ iurans seruare statuta. intelligitur de licitis, non de illicitis. vt in. ca. 1. de iur. iur. in. 6. & in. l. nemo. §. si iussa. ff. de regul. iur. in gl. facit glo. in. c. nec vi. 13. dist. ¶ Sed
2 vtrũ existens † in concilio, & tacet quando aliquod malum tractatur, sit culpabilis? Dic ꝙ qñ obuiare potest, & tacet, tenetur, & de damno tenetur, qui tenetur loqui, & tacet, consentit in eius præiudiciũ. l. de etate. §. qui tacuit. ff. de interroga. actio. & c. si post prestitum. de confessis. in 6. quilibet enim de vniuersitate tenetur votum suum exprimere in concernentibus facta cõmunitatis ex debito officij. arg. in. cap. 1. de his quæ fiunt à maio. part. c. vbi dicit Inn. ꝙ nisi contradicat, si ibi aliqua malè agerentur, habetur ꝑ cõsentiente quo ad peccatum & ad pœnam, sed intellige quo ad culpam, sed de pœna non nisi in his, quibus ex officio competit, vt in prælato, & habentibus vocem. Et secundum hanc distinctionem limitat Bar. in. l. vitrũ. ff. de parrici. vbi vult, ꝙ solùm teneatur obuiare qui est subiectus illi, qui debet offendi, sicut seruus, filius. gl. in. l. culpa. caret. ff. de reg. iur. tex. in. §. alia. Inst. đ publi. iudi. qui vult, ꝙ conscius, quamuis extraneus, puniatur. Quod intellige, quando tenetur ex officio, vel quando dolose non prohibuit, vel in

crimine læsæ maiestatis. vt in. l. quisquis. C. ad l. Iul. maie. ¶ Sed sine ista limitatione est verum ꝙ præsens in collegio, & tacens, incurrit pœnā in damnatis & iniquis approbatis. Abb. in ca. 1. de his quæ fiunt à maio. par. c. & in. c. continebatur. de his quæ fiunt à præla. & in. c. in causis. de ele. & in cap. 2. de locato. Feli. in. c. cùm Bertold. de re iudi. & in. c. cùm omnes. de constitut. & tenet summa Syluest. in parte, consensus. §. 3. * Et vi. quæ dixi suprà. in. c. 3. in. glo. iurisdiction. nu. 28. in additione. * ¶ Imo si aliquis ex consilio cōmunicato consilio delinquit, magis puniuntur cæteri consiliarij, quàm ipse: quia data est libera facultas toti officio resistendi suę pertinaciæ, & si non resistit puniuntur. vt tenet Io. de Pla. in. l. omnes iudices. C. de decurio. lib. 10. nu. 2. loquēdo in delicto præsidis, seu iudicis, quia omnes alij sui officiales puniuntur ex delicto suo pecunialiter, plus quam ipse iudex.

SVMMARIVM.

1 *Amicitia maxima idem operatur, quod affinitas, seu coniunctio sanguinis.*

2 *Affectio facit, quòd legata debeantur, ex testamento non solenni.*

3 *Sicut propter coniunctionem, vel affinitatem dolus tollitur præsumptiuè: ita propter magnā amicitiam.*

4 *Amici veniunt appellatione suorum.*

5 *Iura loquentia in affine, vel coniuncto sanguine, habent locum in amico magna amicitia coniuncto.*

6 *Amicitia magna quæ dicatur arbitrio iudicis relinquitur.*

7 *Sicut qui receptauit affinem, non punitur, ita si receptauit amicum.*

8 *Sicut ratione sanguinis minuitur pœna, ita minuitur ratione amicitiæ.*

9 *Sicut possum occidere impunè illum, qui fecit insultum contra consanguineum cum armis, ita potero occidere insultantem amicum meum cum armis.*

c Amistad. c Nota tex. expressum, & non est alibi de iure istius
1 regni, ꝙ idem operatur † maxima amicitia, q̄d operatur affinitas, seu coniunctio sanguinis, est text. simil. in. l. cum allegas. C. de castren. peculio. mili. lib. 12. & voluit glo. in. c. 1. de testamen. lib. 6. facit glo. & quod ibi dixit Abb. & Barba. col. 25. n. 29. in. c. requisisti. de testa. Cy. Sal. Ale. & Ias. in. l. exigendi. C. de procurato. Pro quo facit optime tex. in. l. 2. in princip. in verb. amici. ff. q pet. tuto. Cyn. in. l. inuitus. C. d. pcura. col. 3. * Et tex. in. ca. quia

el tēga tal deudo, o tal amistad c, o razon por cuya causa deua ser recusa-

nos. vers. consanguineorum vel amicorum & tenet Io. de Neuizan cons. 57. n. 14. * ¶ Facit tex. cum gl. sing. in. l. testamento. ff. de fid. commi. liber. quæ dicit, quòd affectio facit, quòd ex testa-
2 mento † non solēni, quæcunq; legata debeātur. de quo tex. dicit singularia Iaso. in. l. non dubiū 2. col. C. de testamen. & faciūt ea, quę tradit Hippoly. de Marsi. in repet. l. vnicæ. C. de raptu virgi. nu. 206. cū seq. ¶ Et facit gl. in. l. 1. C. de sica.
3 quæ dicit, ꝙ sicut † dolus tollitur præsumptiuè propter coniunctionem, vel affinitatē, ita etiam tollitur propter magnā amicitiā. & dicit Bal. in repert. suo, in verb. amicitia. ꝙ maxima amicitia copulatus propinquo similis est, ad q̄d allegat l. latè. §. amicos. ff. de verb. signi. & idē tenet ipse in. l. 1. 13. col. vers. quo ad primū. C. q accusa. pos.
4 & ibi in. 22. col. ꝙ amici † veniunt appellatione suorū. & in addi. ad Spec. in tit. de citatiōe. in verbo, qn̄ citatus, dicit, ꝙ amicus cōparens pro amico audiendꝰ est. ¶ Et ex istis apparet, ꝙ iura loquē-
5 tia in † affine, vel coniuncto sanguine, habent locum in amico magna amicitia coniuncto. * Et est tex. expressus. in. l. 7. titul. 18. par. 2. ibi, *e q̄ sea ome con quien aya deudo de parentesco, o de gran amor de manera que aya gran razon de fiar el castillo enel ansi como en si mismo.* & ibi Grego. Lopez & idem tenet. l. 3. titul. 29. par. 2. in principio quasi in fi. & vi. singulariter Thom. Grama. consi. 56. nu. 21. cū seq. & sic licet in principio dixi tex. istū esse vnicum postea inueni dicta iura partitarū suprà per me allegata. * ¶ Sed quę dicatur magna ami-
6 citia? † dic ꝙ relinquitur arbitrio iudicis. vt tenet And. Sicul. Barb. in. d. c. requisiti. col. 25. ¶ Facit
7 quoq;, quia sicut qui receptat † affinem, non punitur, vt tenet Hippol. de Marsi. in singula. 210. ad minus punitur mitius. vt Gandi. in tract. malefi. in parte, de furibus & latro. nu. 14. versi. & faciunt ita, si receptat amicum. put tenet Hip. vbi suprà. num. 210. reprobando Salyc. qui contrarium tenet in. l. nullus. C. de malefi. & matema. * Et Hippoly. in rep. l. vnicæ. C. de rap. virg. nu. 206.

nume.206.*¶Et sicut ratione sanguinis minui
8 tur pœna †, vt quando coniunctus in cõiunctũ prorumpit.vt in.l.prima.C.de emendatio. propinco.& dixi supra in cap.primo. in gl. *Derechamente*.versic.vel si coniunctus ita minuitur pœna ratione amicitiæ, vt ibi dixi.versi.quoq; egoostenderẽ. ¶Quoq; infertur ex supradictis, ꝓut infert

da d, y los autos que se hizieren contra esto, que no valgã e,

d.Hippo.de Marsi.in.d.repeti.l.vnicæ.C. de raptu virgin.numer.210. quòd sicut ego impunè
9 † possum occidere illum, qui fecit insultum contra consanguineum meum, vel affinem cum armis pro defensioné sua, sic ego possum pro me tali casu talem insultantem occidere impunè, vt dixit Bald.in.l.raptores.in.2.notabili.C. de episco.& cleric. quem refert & sequitur Iasõ.in.l.1. col.2.C.de indiuidui.tollen.vbi plura adducit in corroborationem huius dicti:ita potero impunè occidere insultantem cum armis amicũ meũ maxima amicitia coniunctum per prædicta. Quod firmat Hippolyt. vbi supra audaciter, qa hoc expresse voluit Bald.in.l. vt vim.ff.de iusti. & iure.colum.2.versi. quintò quæritur.num.6. vbi in expresso dicit, ꝙ licet defendere amicum stricta amicitia cõiunctũ: quia æquiparatur illis qui sunt de suo sanguine.l.cum alienã.C.de lega. nam veri amici sunt vna anima in pluribus corporibus secũdum Aristo.& est glos.expressa in c.dilecto.de sen.excom.in.6.in verbo.vicino.& facit quod tenet Paul.de Castr.in.l. refectionis. C.cõmunia prædi.nu.4.& Cæpola in tracta. de seruitu.& in cautela.23.& vide quoq; Hipp. de Marsi.in singula.351.incipiente. Amicitia magna vbi quasi omnia congerit.

SVMMARIVM.

1 *Recusationis causæ.*

d
1 Recusada. d Aliquas causas recusationis † vi.per gl.in.c. causamq;.el.2.de offi.delega. Alias plures ponit Philip.Fran.in.c.postremo.de appella. & Spec. in tit.de iudice delega.§.superest. quem singulariter vid. ¶Quibus adde, quòd non solum ex dictis causis potest iudex recusari, sed etiã ex causis in iure nõ expresis, quia iustę causæ suspicionis non sunt omnes in iure expressæ, quia non possunt de facili omnes exprimi sed iudex, vel arbiter, arbitrabitur eã iustã, vel iniustam, secundũ alias causas in iure expressas. vt tenet Abb. in cap.cum speciali.de appella.nu.7. ¶Et ꝙ causa recusationis sit iusta, vel iniusta, relinquatur arbitrio iudicis, tenet Ange.in.l. apertissimi. C.de iud.in fi.& probat tex.noster ibi. *O razon*. & per additio. Abb.in.d.c.cum speciali. Vide alias causas, ex quibus iudex potest recusari, in additione, quæ est in nume.10.

SVMMARIVM.

1 *Retractio actus an sit pœna.*

e
1 No valgan. e In pœnã facientiũ cõtrariũ: qa retractatio † actus pœna est gl.in.c.decet.§. ordinarij. de immu.eccl.in.6.in parte. ꝓcessus. Et tex.in.c.dispendia.de rescrip.in.6. commen. in illum text. Abb.Barb.& Fel.in.c.cognoscentes. de constit. tenet Bal.in.l.nemo martyres. C. de sacrosa.eccl. licet Abb.in.d.c.cognoscentes.nu.5.teneat contrarium per illum tex. Tamen concordando referendo Bald.dicit, ꝙ aut nullitas alicuius actus inducitur in odium alicuius & tunc dicitur pœnalis, aut in defectum solẽnitatis inducitur nullitas, & non est pœnalis. cõtra quã distinctionẽ videtur tex.in.l.fi.C.de liber. præter. vbi est nullitas actus propter defectũ solẽnitatis & tex. ibi pœnã appellat. Et ꝙ sit pœna annullatio actus, tenet Bar.in.l.prætor ait.ff.de noui ope.nuntia. & ibi Alex.nu.5.facit tex.in.l.senatus.ff.de contrahẽ.emptio.de quo per addit. Abb. in.d.c.cognoscẽtes. ¶Et licet sit pœna irritatio cõtract⁹, nõ est naturalis pœna cõtrahẽtiũ cõtra legẽ vel mandatũ superioris, imò est cõtra ius, q dicit pacta seruabo: qa naturalis aũt pœna est, vbi ponitur pœna corporalis, vel pecuniaria, vel ꝓut iudici videtur, vbi pœna non est statuta. vt residet Fel.in.d.c.cognoscẽtes.col.3.versi.in contrariũ. per.d.Inno.c.si verè.de sent. excom. de qua materia per.d.Barba.in.d.c.cognoscentes.col.8.

Prætor. Cap. XLIIII. finis.

SVMMARIVM.

1 *Pecuniam publicam, vel priuatam Cæsaris iudex non debet vsurpare, nec ad publicos vsus conuertere.*

2 *Solutio regularis facta de rebus priuatis principis & eorum titulis, non debet à iudicibus vsurpari.*

3 *Pœnas soluendas camerario vel ad certas causas destinatas, iudex non põt ad alios vsus, etiam publicos destinare, nisi ex licentia superioris. Et idem in alijs habentibus publicam administrationem.*

Prætorum. Caput. XLV.

OTrosi, q̃ las penas, que ptenecẽ a nr̃a camara q̃ fuerẽ adjudicadas, por vos, o por vr̃os officiales para la nr̃a camara, o pa la guerra, y las otras penas arbitrarias, que vos pusierdes đ vr̃o officio, aunq̃ seã aplicadas a obras publicas, o pias, que vos, o vr̃os officiales no las podays gastar, ni tomar a en ninguna manera, aunq̃ digã, q̃ los corregidores que fuerõ antes que vos, estuuierõ en costũbre de las lleuar. Y todas ansi las vnas como las otras se cõdenẽ ante vn escriuano publico đl numero, que para ello fagays escoger y poner b, el qual sea el que vierdes que es mas fiable: y que este escriuano tẽga cargo đ escriuir todas las dichas penas, que vos y vr̃os officiales cõdenaredes a algũos e q̃ luego otro dia đspues q̃ fuerẽ cõdenadas de copia dellas al escriuano de cõcejo, el qual tẽga cargo de las recebir todas, para que pcure la execucion dellas. Y si el processo passare ante otro escriuano, q̃ toda via para dar la sentẽcia llame al escriuano que fuere diputado por ante quien passen las condenaciones, y las reciba: y si el dicho escriuano fuere negligẽte en dar la dicha copia al escriuano de cõcejo a otro dia, que

a Ni tomar. a Nõ licet officiali pecuniã publi-
1 cã † vel priuatã ipsius Cæsaris ad vnã causam deputatã vsurpare, vt inde cõsequatur aliquã commoditatem, nec etiã ad alios vsus publicos, vel alias publicas necessitates conuertere text. est. similis in. l. sciant iudices. C. de his q̃ ex publi. collatione illata sũt. lib. 10. & ibi Io. de Plat. & facit tex. in. l. fina. C. de locatio. fundo. patri. lib. 11. & in. l. 2. C. de frumento vrbi Constantinop. & in authen. de collat. §. jubemꝰ nullam. colla. 9. l. legatũ. ff. de administr. rerũ ad ciuita. pertin. Et sic patet, ꝙ nedum est ꝓhibita vsurpatio publicarum pecuniarũ, sed etiam
2 regularis † solutio facta de rebus priuatis prĩcipis, & eorum titulis, non debeat vsurpari à iudicibus maximè, vel ab alijs officialibus exigẽtibus, sub pœna grauissima secundùm Ioã. de Plate. in. d. l. sciãt iudices. Et dicit ibi esse ar-
3 gum. ꝙ iudex † pœnas soluẽdas camerario, vel ad certas causas destinatas non pōt ad alios vsꝰ etiã publicos destinare, nisi ex licentia superioris, vel nisi sit modica pecunia ex multis redacta quæ in necessariã operã sui officij cõuerti pōt. vt in. l. præcepit. C. de cano. larg. titul. libr. 10. & idem tenet Io. de Pla. ibi. Et vi. gl. & ibi Ange. in §. sũt præterea. Instit. de publicis iudic. vbi tenet, ꝙ si aliquis habebat aliquã administrationem publicam, & ex ea aliquid conuertit in suũ incidit in pœnam tertiæ partis. ¶Et idem dicit, ꝙ si isti camerarij finito officio aliquid retinent, tenentur eadem pœna. ¶Et quoq; ista pœna tenetur officialis, q colligit vnã collectã destinatã ad vnũ vsum, & ipse cõuertit in aliũ vsum, etiã si esset pro necessitate cõis. vi. text. in. l. hac lege. C. de aquæductu. lib. 11. & ibi Io. de Pla. & text. in. l. 14. tit. 14. partit. septi. ¶Et Bartolus in l. missi opinatores. C. de exactoribus. tribut. libro decimo. vbi dicit, quòd ille textus facit contra officiales, & collectores collectarũ, & solidorum, quòd si aliquid retinent de eo, quod exercuerunt, vel aliquod seruitium

tium acceperũt, ab his, q debẽt aliquid à cõi recipere, vt eis fiat solutio puniuntur in duplo. & Io. de Pla. ibi nu. 7. versic. 5. noto. ¶ Et facit in simili quod tenet text. in l. nulli. C. de conditis in publicis horreis. libr. 10. vbi nullus debet in suã vtilitatẽ cõuertere species in horreis publicis recõditas, aliàs deportatur. Caueãt ergo officiales abundãtiæ, qui habẽt custodire frumẽtũ in publicis horreis recõditis, nec occultè conuertendo in suos vsus, incidant in pœnã, secũdùm Pla. ibi. ¶ Et idẽ, si quantitas sit deputata ad emptionẽ frumẽti nõ põt minui, nec in alios vsus cõuerti. tenet ipse Pla. in l. 2. C. de frumẽ. vrbi. Constãtinopo. lib. 11. aliàs in duplũ tenetur. vt ibi. ¶ Et an officialis public⁹ camerarius, vel exactor publicus põt negotiari cũ pecunijs publicis, & an lucrũ acquiratur ei, vel publico? Vide Philipp. Dec. cõsi. 6. & vi. Mon. in gl. ord. in part. Officiales. vid. in c. 19. in c. iud. syndi. in glo. *Cobrar.*

SVMMARIVM.

1 *Correctores prouinciarum possunt facere susceptores & thesaurarios.*

2 *Receptores, camerarij, & thesaurarij sunt immunes à collectis.*

3 *Receptores debent exigere, non solùm debita noua, verùm etiam antiqua.*

4 *Administrator, an potest exigere ab alio administratore.*

5 *Si susceptor, vel camerarius regis, seu Baronis scripsit se recepisse aliquid ab eo, qui tenebatur regi, vel Baroni vel ciuitati, an debitor sit liberatus.*

b 1 Poner. b Nota tex. q correctores ꝓuinciarũ põt † facere susceptores & thesaurarios. Idem tenet Bar. in l. præcipit. C. de cano. larg. tit. lib. 10. & ibi Io. de Pla. nu. 6. vbi dicit, q similiter legatus, qui est in prouincia, qui procõsuli æquiparatur, vt solet notari per doct. in ca. 1. de offic. deleg. in 6. Sed hoc intellige, q põt thesaurarios eligere, scilicet specialem in prouincia sibi cõmissa. Sec⁹ est in generali, quia thesauriũ, & receptorẽ generalẽ elegit rex, vel ꝓcurator fisci, & postea cõsensu curiæ. i. principis cõfirmatur. vt in l. super creãdis. C. de iure fisci. 10. & in l. exactores. C. de exact. trib. eod. lib. Ex quo infert Bart. in d. l. præcipit. q potestas non põt facere, seu mãdare, q pecunia in cõmuni redigẽda soluatur alteri, quàm camerario, seu thesaurario cõmunis. quod sequitur ibi Io. de Plat. in fi. ¶ Adde quoq;, q isti camerarij, seu recepto-
2 res, & thesaurarij ciuitatum, sunt † immunes à

pague lo q̃ mõtarẽ las dichas penas cõ el quatro tanto y el dicho escriuano de cõcejo tenga e cobre las dichas penas pertenesciẽtes a la camara, o ꝑa guerra para acudir con ellas a quiẽ nr̃o poder ouiere ᶜ firmado de nr̃os nombres, y no a otra persona algũa. Y si no pusiere la diligẽcia q̃ deue en las cobrar, q̃ las pague đ su bolsa Y q̃ el dicho escriuano no acuda, ni cõsiẽta acudir cõ ellas a otra persona alguna. Y si el dicho corregidor cobrare las dichas penas, o

collectis, durantibus eorũ officijs: quia regulariter honorẽ sustinẽti munus imponi nõ põt. tenet Luc. de Pẽ. in d. l. præcipit. col. 1. per legẽ honor. ff. de muneri. & hono. & ibi gl. ¶ Item dic q
3 isti susceptores, & † exactores, qui de nouo creãtur ad istas collectas, & tributa recipiẽda, nõ solũ debent exigere, suscipere ea, quæ debent ratione præsentis anni, sed etiã ab his, qui præteritis annis nõ dũ soluerũt, & etiã id, quod antiqui susceptores, seu exactores remãserunt debitores: & sic antiqua debita põt nouus exactor exigere tã à debitoribus, quàm etiã reliqua ab ãtiquis exactoribus. vt est text. & ibi Plat. in l. suscepторẽ. C. de susceptorib. præposi. archa. libr. 10. & tenet Mõ. in l. 3. tit. 17. lib. 3. for. ll. in glos. *Por arrendar.* in fin. ¶ Et qñ vn⁹ administrator
4 † potest exigere ab alio? Dic vt per Bar. in l. qui proprio. §. fi. cũ l. seq. ff. de procuratorib⁹. & in l. cũ plures. ff. de adminis t. tuto. & in l. 2. C. eo. tit. In proposito nota, q si talis susceptor, vel
5 camerarius † regis, vel baronis. seu ciuitatis scribat se recepisse aliquid ab eo, qui tenebatur Regi, vel Baroni, vel ciuitati, licet in veritate nõ receperit, tamen quòd se tenebitur prius, & debitor liberatur, nisi fortè iste camerarius desinit esse soluendo, quia tunc habetur recursus ad primum debitorem. prout tenet Ioann. de Plat. in lege se-

lege securitates.C.eo.tit.de suscep.& arca.li.10.

SVMMARIVM.

1 *Pœnas applicandas cameræ Regis nō potest rex donare, seu dare, donec prius per sententiam diffinitiuam sint terminatæ.*

c 1 Ouiere. c Quas quidē pœnas rex nō potest † donare, nec dare, donec prius iudicio sint terminatæ per sentētiam diffinitiuam, quæ in rē transeat iudicatam. Et si fortè de facto per quodcunq; rescriptum, vel literam tales pœnas donauerit personæ cuiuscūque sit status, vel conditionis, non valet tale rescriptum, seu litera, nec debet obediri, nec adimpleri, non obstantibus quibuscunq; clausulis derogatorijs, & firmitatibus. Et tabellio autē regis seu cancellarius, qui tale expedierit rescriptum, ipso facto officium debet perdere & vtēs eo punitur. vt tenet latè Montal.in glo.ordi.regali.in parte, Pena, seu etiam calonia, vbi vide.Sed tu vide pragmaticā. 49.in pragmaticis factis in ciuitate Segouiæ per nostram Imperatricē atq; reginam, anno.1532. & vi.Io.de Plat.in lege in rē suam.C.de pœnis fiscali.lib.10.versi.nota.& vide eundem Plat.in lege prima.C.de petitis bono.subla.lib.decimo.

d Las pague con las setenas. d Ius est nouum, quia de iure digestorum in quadruplum tenebatur per textū in.l.aufertur.§.finali.ff.de iure fisci. de quo per Parid. de Pute. in tractatu syndicat. in parte, Syndicantur etiam officiales de subtractis ex pecunia publica fol.3.4.

1 Scilicet ordinarij †, quia isti habẽt mixtũ & merum imperium, & possunt punire periuros, & testes falsos ordinariè, & extraordinariè, & in hoc nõ est dubiũ secũdùm Abb. in. c. 1. de crimi. fal. nu. 9. & ibi Ioan. de Anna. 6. col. & tenet Barto. in. l. nullum. C. de testi. & sic, ꝙ iudex secularis potest punire periurum pœna iuris ciuilis doc. in. c. testimonium. de testibus. & Ioã. Andre. in capi. cum. C. laicus. de foro compet. in. 6. in nouella. & in. c. licet mulieres. de iure iur. eod. libr. & Anto. in capitulo. cùm sit de foro competen. & vi. Roma singu. 421. ¶ Sed si est iudex causarum ciuilium tantùm, est dubium. quia Bar. in. d. l. nullum. credit, ꝙ licet talis iudex non possit de crimine cognoscere, tamen contra eum, qui coram eo committit falsum, vel dicit falsum tãquam testis, vel producit falsam chartam, poterit procedere, quia per illam legem est data sibi iurisdictio remota omni fori pręscriptione. Sed ipsemet Barto. in. l. diuus. la. 2. ff. de fals. in fine. tenet contrariũ eius, quod dixit in dicta. l. nullum. allegando Innocẽ. in. c. penul. de pœnis. & melius. in. c. dilectus. eodem tit. vbi ad literã tenet, quòd si non habet authoritatem puniendi, debet remittere ad maiorem iudicem. & hoc putat verius. Et pro ista opinione Bartol. est text. expressus in. l. 42. tit. 16. parti. 3. in fine. ¶ Abb. tamen in. d. c. 1. de cri. fal. n. 9. tenet cõtra Bart. in. d. l. diuus. & dicit, ꝙ est verior opinio, ꝙ possit eum punire extraordinariè. per dic. l. nullũ & dicit, ꝙ sentit Specula. in ti. de teste. §. primo. versic. sed nunquid iudex. nu. 47. & hoc in ordinario. ¶ Delegatus verò principis quoq; põt punire extraordinem. vi. glos. Montal. in. d. l. 42. dictæ partitæ. ¶ Sed delegatus inferioris debet remittere puniendũ ad delegantẽ. vt tenet Abb. vbi supra. sequendo distin. Ioan. And. ¶ Ange. tamen in. d. l. nullum. dicit quasi idem, quod Abb. dicendo, ꝙ si est ordinarius, & vult procedere via ordinaria ad impositionẽ pœnę, & non potest, quia ipse caret imperio, quia solũ cognoscit de ciuili, si verò vult eum punire extraordinariè, & inferri sibi extraordinariã pœnam, & tunc potest. Nec obstat secundum eum dict. l. diuus. & dictum Barto. ibi. quia ibi volebat iudex aliam pœnam inferre, quàm statutã per. l. Corneliam propter immunitatem criminis, & ideo non potest, sed rescribit principi, & sic potes intelligere dictum Bart. & d. l. partitę. ¶ Sed si est delegatus, non cognoscit, sed remittit ad delegantem secundùm Angel. ibi. Quod intelligo secundùm Abb. vbi suprà si est delegatus ab inferiore. Secus si à principe, quia potest punire, & hoc credo verius. & cum hoc videtur transire Ioã. de Anna. in. d. c. primo. fi. colũ. Sed si iste delegatus inferioris cognosceret nõ ordinariè ad pœnam infligẽdam, sed si ageretur de repellenda persona ratione inhabilitatis, tũc delegatus cognoscet de tali crimine. Ita tenet Petrus de Ancharran. consilio. 173. incipiẽte circa primum. fi. col. prout tenet additio. Abb. in. d. c. dilectus. de pœnis. ¶ Sed circa istũ tex. quęritur iudex, corã quo vẽtilatur causa de necessitate iuris, vel de cõsensu partiũ remisit examinationẽ cuiusdã testis cuidã iudici, vbi degit testis qui falsum deposuit: quis erit iudex in puniẽdo an iudex causæ, qui remisit examinationẽ, an iudex corã quo deposuit? Dic ꝙ iudex causę, q receptionem cõmisit, est iudex, licet testis deposuerit falsum extra territoriũ ipsius iudicis. vt tenet Bal. in. d. l. nullũ. n. 6. qa tũc est effectus subditus illius iudicis ratione delicti, licet deponat

y el presidente, y oydores, y otros qualesquier b juezes prouean como ningũ testigo falso en causa ciuil y cri-

extra territorium cum effectus sui testimonij confertur intra territoriũ, & quia iudex extra territorium recepit illum testẽ vice & nomine iudicis causæ, & ex ipsius cõmissione. vnde est proinde, ac si iudex ipsius causæ illum recepisset. Hoc dictum Bal. sequitur Hippolyt. de Marsil. in repet. l. fi. ff. de iurisd. om. iudi nu. 145. & tenet Ioan. de Anna. in. d. c. 1. fi. col. ¶ Quinimo talis testis periurus ex eodem processu potest pu
2 niri † . vt tenet Angel. in. l. 2. §. si publico. ff. ad. l. Cornel. de adulterijs. in fine. dicẽdo, ꝙ cũ testis deponit falsum, vel si in iudicio producitur falsa charta ad probationem falsę causę potest sequi punitio extraordinem ex eodem processu. per d. l. nullũ. & per. c. cùm dilectus. de ord. cogni. in fin. idem tenet latè Bar. in. l. si qs obrepserit. ff. ad. l. Cornel. de fals. in fine quem vide. ¶ Sed in quantum Angel. tenet, ꝙ potest cõdemnari ex eodem processu contrarium tenet Bald. in. l. ꝙ euitandi. nu. 1. & in. leg. mercalẽ C. de cõditione ob turp. caus. vbi ait, quòd nõ ex eodem processu, & eadem instantia, sed erit locus alia denuntiatio, & eam probare per suam cõfessionẽ, vel per delictum. & licet Bald. in dict. l. nullum. numero quarto. dicat, quòd periurus punit̃ ex eadem instantia, ex officio debet intelligi, scilicet, de nouo procedẽdo cõtra eum per acta facta in prima instãtia, & tunc datur periuro terminus ad faciendã suã defensionẽ. vt tenet Bar. in. l. athletas. §. calũniator. ff. de his qui not. infami. nu. 6. & tenet Abb. in. c. cùm super. de cõfessis. n. 12. vbi tenet, ꝙ quando incidenter ex processu constat confessio, & ex ea potest condẽnari, potest iudex inchoare nouũ processum, & adducere illã confessionem ad probationẽ delicti. de quo per Abb. in. d. c. dilectus. de ordi. cog. nu. 28. & ibi per aditio, de materia. nu. 29. ¶ Et licèt sit falsus, & liqueat iudici, non põt eũ cõdẽnare
3 † sine citatiõe: quia quãdo factũ est tale, in quo certæ personæ condemnatio exigitur, tũc quãtũcunq; sit indicij notorium, non procedit ad condemnationem, non præmissa citatione. Ita Bal. quem vide in dic. lege presbyteri. C. de episcopis & cleric. numero. 10. ¶ Qua punitione fa
4 cta † . præclusa est via accusandi ad pænam ordinariam secũdùm Angel. vbi supra. in dicto. §. si publico. allegando Cyn. in. l. vbi pactũ. C. de trãsa. Bart. in. d. l. nullum. reprobando gl. ibi per. l. senatus. ff. de accus. Bal. ibi num. 4. dicit, ꝙ est verũ, si fuit imposita integra pœna. aliàs secus. Et sic. trãsit Ioã. de Anna. in. d. ca. 1. colũ. 4. vbi hoc altercat allegãdo Ang. in repet. l. si vacantia. C. de bonis vacan. li. 10. in decimo mẽbro. vbi istũ articulũ pro & cõtra examinat, & concludit, ꝙ pœna ordinaria non tollitur in eo, ꝙ est plus in ordinaria, & ita dicit de facto secõsuluisse & sic videtur intelligi dictum Bal. in. d. l. nullũ. in fin vbi ait, ꝙ punitio facta per iudicẽ, qui cõmissionẽ remisit, excludit iudicẽ, qui dictũ eius recepit. de quo ibi per eius additionatores. ¶ Sed qd si coram iudice exceptionẽ falsi quis opposuit an ipsi excipienti sit præclusa accusandi via de falso? Bart. in. d. §. si publico. in fine. bene declarat, dicendo vt iudicio pendẽte non sit præclusa via, sed si punitus est falsator, pręclusa est via Secus non est punitus, quia tũc non est via pręclusa. quia exceptio fuit opposita solùm ad repulsam. Secus si vt fiat punitio secundum Ang. ibi in fine. ¶ Sed quid si clericus dicit periurium
5 † coram iudice seculari. an potest puniri per iudicem secularẽ? Dic ꝙ non. per. c. dilecti. de foro compe. licet contrarium teneat Bald. & non bene in. d. l. nullum. nu. 6. ver. quæro hic de clericis. vbi dicit, ꝙ est speciale, vt clericus delinquẽdo in iudicio seculari astringit se foro ipsius, qđ dicit menti tenendum, quia hoc est cõtra c. si diligenti. de foro compe. & dictum suũ procedit, si clericus vacillauerit, vel falsum testimoniũ diceret coram iudice ecclesiastico, non suo proprio vt voluit Cy. & probatur in. d. c. dilecti. & Saly. in. d. l. nullum. versic. quæro an hæc lex habeat locum in clerico testificante? Et dicit, ꝙ indubitanter cedit, ꝙ si clericus testificatur coram iudice ecclesiastico, illa lex habet locum. etiam si clericus esset exemptus, quia tunc perdit priuilegiũ exẽptionis. per illum text. & per. l. pen. ff. si quis, in ius voca. non ierit. Sed si testificaretur corã iudice ciuili, & seculari dicit, secus per id, quod habetur in. d. c. si diligenti. & in auth. clericus. C. de epis. & clericis. Et hãc opinionẽ tenet Matthę. de Afflictis decisi. Neapoli. 230. in ordine referendo opiniones plures: quia ista est magis secura quo ad cõsciẽtiã. & idem tenet Aretinus in tract. maleficiorũ. in verbo, falsario. & Augusti. ibi in additio. &. Bar. in. d. l. diuus. ff. de falsis. ¶ Fatetur tamen, ꝙ debet eum remittere ad iudicem ecclesiasticum. quod sequitur Ioan. de Anna. in. d. c. primo. 1. column. & vi. eundẽ Ioã. de Anna. in. c. 1. de calumniato. fi. column. allegãdo Ange. in. l. 1. C. de calumnia. vbi dicit. ꝙ si ille, qui deposuit falsum fuisset clericus. vel laicus, qui corã iudice maleficiorum laico falsum tulisset testimonium, tunc potuisset per officium nobile eum punire, quia tunc procederet tanquã super quodam notorio apparente sibi ex actis, nam tunc posset inquirere. per notata in. c. qualiter & quando. el. 2. de accusatio. & in. l. eaquidem. de acusa. & ita dicit, quòd vidit pluries

seruari,& practicari.& est perpetuò menti tenē dum,quia secundum eum faciet tibi magnū honorem.Quod ego intelligerem, quādo nō proceditur contra clericum,quia tūc remittitur, vt dictum est.& tenet.l.fi.tit.16.par.3.¶Sed si laicus deposuit falsum coram episcopo,an episcopus,vel ecclesiasticus iudex coram quo deposuit,potest eum punire? Dic q sic,& in hoc non est dubium,quādo punit eum pendente iudicio.vt in dicta.l.nullum.& tenet Ioan.de Anna.in dicto capitul.primo.de fal.in fine.& in capitul.primo de calumnia.fi.colum. ¶Secus si post finitum iudicium vult illum puniri,quia tunc nō posset de delicto laici directò cognoscere,sed debet agi corā iudice laico. de quo per Bart.in.l.prima.C.de calumnia.vbi ait quòd officium mercenarium episcopi,quo poterat illum punire expirauit,lata sententia. quod sequitur ibi Angel.allegans.l.quarta.C.de positi,& lex prima.C.de iudi.Quod procedit secundùm Bald.ibi.etiam si episcopus reseruasset sibi potestatem puniendi in sententia,quia non potest sibi reseruare ea,quæ sunt iurisdictionis,licet possit illa,quæ non sunt iurisdictionis,putà taxationem expensarum iuxta ea,quæ habentur in.l.terminato.C.de fru.& litis expens. & quòd taxatio expensarum non sit iurisdictionis.patet,quia potest committi tabellioni.vt in lege.instat.C.de iure fisci.libro decimo. prout tenet Ioannes de Anna.in dicto capitulo primo de calumniato.quod nota. ¶Adde tamen,quòd si testis examinatus extra territorium iudicis alicuius causæ ad requisitionem ipsius iudicis,quòd si talis testis falsum deposuerit, poterit puniri per dictum iudicem dictæ causæ,licet testis deposuerit falsum extra territorium ipsius iudicis. Ita Bald.in.l.neganda sexta columna.C.qui accusatio.possunt.& tenet Hippolytus de Marsili.in repetitio.l.fin. ff.de iuri.omni.iudi.numer.145.& idem tenet Ioan.de Anna.in capitulo primo.de crimi.falsi. fina.columna.& vid.singulariter Bartol.in capitulo nono.in suo aureo reperto.in parte falsario.versic.septimo vbi de hoc.tamen dicit Bal. in.l.si vt præponitur.ff.de fideiussori.quòd iudex vterq; potest cognoscere,& præuētio facti ab vno,excludit aliuin,& si sit cōdēnatus vtrobique,melior est conditio condemnātis,& exigentis pœnas.

minal quedē sin punició[c],y castigo,y q̄ en esto se tēga mucha diligencia.

SVMMARIVM.

1 *Falsum deponens in criminali,qualiter puniatur. nume.3.*

2 *Potestas compellens testem ad deponendum falsum punitur, sicut si non admittit defensiones iuris.*

4 *Falsus testis debet puniri, siue secuta fuerit condemnatio contra illum, quem false deposuit, siue non.*

5 *Testis falsus in causa ciuili, quomodo puniatur.*

6 *Testis falsus, in casibus, in quibus potest accusari de periurio, in eisdem casibus incurrit infamiam.*

7 *Periurium,an infamet ante sententiam.*

8 *Testis falsus,licet corrigat dictum suum, non excusatur a pœna falsi.*

c Punicion. c Qualiter aūt puniatē testis falsum deponēs in cri-
1 minali †? Dic q punitur pœna talionis. vt est tex.in.l.1.§.1.ff.ad.l.Corne.de sica.glo.or di.in c.primo.2.q.3.& tenet Bal.in.l.presbyteri.n.9. C.de episcopis & cleri.idem Bald.in tit.de pace tenen.& iura.fir.in.§.in iniuria.nu.20.in vsi.feudo.vbi dicit.q illa lex prima.ff.ad.l.Cornel.de sica.singulariter probat,q falsus testis in casu homicidij punitur tāquā homicida,si deposuit contra innocētem dolo malo. Istud voluit etiā in tit.de pace tenēda.in.7.colum.versi.scias vbi ait,q testis falsus de iure communi punitur eadem pœna,qua puniretur reus de crimine intētato,putà capitis,vel furcarum. Idem dicit Bal. in.l.data opera.C.qui accusa.non pos.10.colū. versicu.ex his interpositis.vbi ait,q falsus testis pœna talionis tenetur.vt est dictum.&ideo punitur morte,vel mēbri abscisione,pro quo allegat notata per gloss.in summa.2.q.3.& idē tenet Ias.in.§.Itē si quis postulāte.Instit.de actio. nu.64.& est vera opinio,& de iure regio confirmatur per tex.in.l.83.de Toro.&tenet Mōtal. in.l.42.ti.16.par.3.in gl.magna.post mediū.ver. Itē nota q testis falsus.¶Ex quo infert Bar.in.d.
2 l.1.ad.l.Cor.de sica.q eadē pœna punitur† potestas compellens testē ad dicēdū falsum.¶Cui est addendus tex.in.l.1.§.fi.ff.ad.l.Iulia.pecula. vbi potestas non admittens defensionem iuris, punitur,ac si non admitteret defensiones veræ innocentiæ,& non est alibi secūdum Bald.in.d. l.presbyteri.num.9.¶De iure aūt Partitarum si

3 est liber, exulatur †, si est seruus occiditur. vt in l.6.tit.7.part.7.& tex.& ibi Bart.in.l.1.§. fin. ff. ad.l.Corneli.de falsis.& tenet Ias. in.l. si duo. §. fi.ff. de iure iurand.nu.6.vbi ait, q testis falsus in causa homicidij debet puniri pœna homicidij. si vero fuit periurus in alijs casibus. tūc puniri đbet lege Cornelia de falsis, quæ est deportatio cum publicatione bonorum, etiam si testimonium falsarij non habuit effectum. ¶Vide tu Guidonem papam.decisio.44.vbi tenet, q debet similis pœna puniri.per allega.l.1.& per gl. Decreti.in.c.rex debet.23.q.5.& sic dicit, q si testis falsò deponat in crimine publico tantum, & non capitali, tūc non debet talis testis pœna capitali puniri, sed incidit in crimen falsi.per dict. legem primam.§.primo.ff.de fal.ita declarat gl. in lege prima.§.præterea.ff. đ sicarijs. super verbo, publico iudicio.& sic q omnia iura supradicta quasi videntur concordare cum.d.l. Taurina, quæ ad literam seruatur. ¶Et talis testis fal-
4 sus debet puniri †, vt dictum est, siue secuta fuerit condemnatio contra illum, contra quem false deposuit, siue non.vt voluit glo.in.d.cap.primo.de crimi.fal.& tex.in.d.l.83.de Toro. & ita fuit conclusum in parlamento Gracionepolit. vt tenet.d.Guido.vbi suprà.& dicit. quòd propterea fuit in furcis suspensus quidam falsus testis, & quòd similis sententia fuit lata per Danielem prophetam, qui condemnauit ad mortem duos, qui falsò deposuerunt beatam Susannam in adulterio reperisse, vt legitur sancta scriptura
5 Daniel.c.13. ¶Quid in causa ciuili † an in ea falso deponens puniatur? Dic q glo.in.d.c. rex debet.23.q.5.tenet, q notetur infamia.vt in.l.si qs maior.C.de trāsactio.aliàs solum Deum habeat vltorem.vt in.l.secūda.C.de rebus credi. ¶Vel quoque potest fustibus castigari. vt in.l.si duo. §.vlti.ff.de iure iuran.& gloss.in dicto capitulo. rex debet.& tenet Specula.in titulo. de teste.§. primo.versicu.sed nunquid iudex.num.47.vbi ait, q iudex ex officio suo potest falsum testem punire pœna.l. Corneliæ. de sicarijs.& etiam extraordinem, scilicet, verberibus puniri, & idē tenet Henri.in capit.primo de crimi.fal.& gloss. in.c.rex debet.23.q.5.Et idem tenet Montal.in l.9.titulo octauo.libro secundo.for.ll.in gl. Falso testimonio. vbi plus dicit, q per istam pœnā verberationis, quam iudex ex officio suo extraordinariè facit, nō tollitur ordinaria pœna si superueniat accusatio.Et ista est cōmunis opinio, vt tenet Ias.in.l.si duo patroni.§.fi.ff. de iure iuran.vbi ait, q si pars deliberatè periurauit se in præiudicium tertij, debet puniri extraordinem arbitrio iudicis, & poterit eum facere fustigari, vel mitrari, vel poni ad catenam, sed vult intelligere quantum ad pœnam criminalem. ¶Et nō obstat quod dictum est, q Deū habeat vltorē: quia intelligitur, quando iuramentum non cedit in præiudiciū alicuius.vt glo.in.c. quicunq;. 6.quæ.prima. ¶Et q periurus puniatur arbitrio iudicis, tenet Archidiaco.in dicto ca.rex debet. per tex.in.c.qui falsa.4.qō.3.cum quo dicto Archidi.concordat text.singul. in.l.42. titulo.16. partita.3.vbi iudex arbitrariè, causa, & persona considerata, puniet testem qui falsum testificatur, vel subticuit veritatem, & hoc sine accusatore. ¶Et vide Abb.in dict. capi.primo.de crimin. fal.numero sexto.vbi dicit, q tenetur ad satisfactionem in quantum læsit. vt in. l. qui nomine. ff.de falsis.& poterit postea accusari criminaliter.& vi.tex.in.l.115.in.ll. styli.& vi.text.in lege prima.titu.6.libro octauo.in ordi.rega.& est melior tex.in.l.3.ti.duodecimo.lib.4.for.ll. vbi testis falsus in ciuilibus tenetur ad satisfactionē. parti cui lęsit, & nunquam amplius in testem recipiatur.& Montalu.ibi in gloss.in parte, *Que la perdio*.& tex.in.l.13.titulo octauo.libro secūdo. for. ll. & etiam post peractam pœnitentiam nō admittitur ad testificandum.gloss.in capi. cum impositionibus.de iureiuran.in.6.in parte, per iurio.& glo.in.c.testimonium.de testi.glos.in.l. testium.§.lege Iulia. ff. de testi.in parte, impubes, & tenet Ias.in dict.l.si duo.§.fina.& hoc nisi veniat in suum præiudicium.vt Abb.in capi. sicut nobis.de testi.in principio.licèt Bar.vult tenere contrarium in.l.imperialis. C. de secundis nuptijs. ¶Quòd dicit Montal.verū, si testis falsus est soluēdo, aliàs, punitur.vt in.d. l.13.titulo octauo. *De las testimonias*. foro.ll.libr.3.vbi per eum: quia si est soluendo ad interesse tenetur, vt dictum est. & tenet Ias.in dic.l.si duo patroni.§. fina. in fine.quinimo in foro conscientiæ tenetur.vt Cursetus in singula.suis.in parte, testis:& Ias.vbi suprà.vbi in nu. 2. ponit septem pœnas ciuiliter agendo contra periurum, quas per te vide. ¶Tu adde aliā & est, q priuilegium nobilitatis (hoc est hidalguia) perditur ex periurio & falso testimonio.vt tenet Luc.de Pe.in.l.mulieres. 3.col.C.de dignita.lib.12.& Matth.de Affli.in decisi.Neapo.decisi.404.nu.23. ¶Adde quoq;, q in casibus in quibus quis pōt puniri de periu-
6 rio in eisdē † casibus quis incurrit infamiam. Ista est gl. in.l. Lucius. in verbo, debeat.ff.de his qui not.infam.& ibi Bar.& Bal.traditur per scribēt. in.d.l.si quis maior.de transa.& tenet Ias. in dic. §.Item si quis postulante.de actio.nu.66.vbi ex hoc infert, q repellendus est à testimonio, & à qualibet dignitate.in terminis tenet Bal. & alij

in.l.2.C.de rebus credi. & Angel. in. d.§.si quis postuláte.& Ias.in.d.l.si duo patroni. §. fi.nu.2. ¶Sed hoc licet ipsi nō dicant, ego intelligerem quando quis est cōdemnatus per sentētiam de
7 periurio, quia periurium nunquam infamat,† nisi per sententiam. vt tenet singulariter Archidia. in.c. quicūq; .5. q.1. in principi. & sic dicit, ꝙ intelligunt oēs.d.l. si quis maior. vbi dicitur notetur.s. per sententiam. ¶Contrarium vult tenere Bald. licet de Archidia. nullā faciat mentionē in.l. si vteris. C. de fide instr. n. 4. vbi ait, ꝙ ex quo tulit primò falsum testimonium, est periurus: si periurus, ergo repellitur, licet non sit condemnatus, & dicit esse expressum in.c. testimoniū.de testi. quia speciale est in periurio, ꝙ repellitur testis, licet ex hoc nō sit infamatus. & sequitur Ias.in.d.l.si duo.§.fi.nu.2.& Ant.Fran. in additio.ad Abb.in.c.testimoniū.de testi.prima additione. ¶Sed quicquid dicat Bal.mihi verius videtur dictum Archi.& cū eo teneo, per ea, quæ tenet Alex.in.d.l.si quis maior.nu.13.vbi ait, ꝙ periurus nunquā habetur pro infami anteaquā declaretur per sententiā.secūdùm.Bald. ibi. qui pro hoc allegat. l. eius qui delatorē. in princip. ff.de iure fisci.& ꝙ in simili notat gl.in authē. de tabellio.§.pen.in verbo, documentis. colla.4. & ꝙ dicūt Archi.& Ioan.Andr.in.c.1.de homi.in 6.signanter dicūt, ꝙ omnia iura mundi, quæ dicūt pœnā imponi ipso iure, vel facto, debent intelligi, dummodo sit secuta sententia declaratoria, propter quam declaratur fuisse commissum id, propter quod veniebat imponenda pœna illa, aliàs illa pœna effectum, & executionem nō sortitur. allegat plura iura, præsertim text. in.c. cum secūdum leges.de hære.in.6.& alia de quibus per Alex. ibi. & vult tenere Roma.consilio 324. ¶Sed vis dictū Bal.in.d.l.si vteris.tenere, intellige, ꝙ repellitur sine sentētia.s.qn̄ ex processu cōstat esse periurū, & ipse repellit à testimonio tanquā falsarius, quo casu sentētia repulsionis potius est lata cōtra producentē, quàm contra testē, & nō est infamis, & ideo nō repellitur à testimonio alterius. vt in.d.l. Lucius.ff.de infami. nisi sit lata sententia de falso, vel de periurio cōtra eū. vt colligitur ex dictis Pau. de Castr.in d.l. si vteris.nu. 10. quia tunc repellitur in alia causa. vt Abb.in cap.ex parte.de testi. col. 2.n.3. aliter non repellitur. quod nota. ¶Itē adde, ꝙ testis, q falsum deponit, nō excusatur à pœna
8 † falsi licet postea corrigat dictum suū, quia nō præsumitur recordatio veritatis nisi fiat anteaquam testis loquatur cū parte, & ante aperturam processus. vt tenet Montal.in dicta.l.42. part.in finē.

Prætorum Cap. XLIX.

Otrosi, mandamos que los corregidores, y juezes de residencia, y alcaldes, y otras justicias qualesquier q̄ sean de las ciudades, y villas, y lugares d̄ nuestros reynos, y señorios, ni los alguaziles y merinos no puedan lleuar para si parte de las setenas, que se senteciaren publica, ni secretamente, directe, ni indirecte, saluo que sean para la nuestra camara [a], y q̄ juren al tiēpo q̄ fueren recebidos al officio d̄lo

Prætor. Cap. XLVIII. finis.

SVMMARIVM.

1 *Pecunias publicas, vel fisci, iudices non possunt subtrahere, nec quoquo modo intercipere, nec in rebus suis conuertere, aliàs puniuntur.*

a Camara. a Similis tex.& quæ ibi posui in ca.12.&.c.45.& in.c.33.supra eo.& de iure cōmuni est pœna peculatus, quę est capitalis, & imponitur cōtra iudices,
1 qui tēpore suę administratiōis† publicas, vel fisci pecunias subtrahūt, & cōtra faciētes, & q sciēter ab his pecunias subtractas susceperint. vt in l.vnica.C.ad.l.Iuliā.pecula. ¶Et quoq; puniuntur officiales, nō solū si subtrahunt pecunias publicas, & fiscales, sed etiā si eas quoquo modo intercipiāt, vel alio metallo cōtaminēt, vel radāt, vel in rē suā conuertāt, vel si in libris, vel tabulis publicis deleuerint, vel mutauerint, vel minorē pecuniā in libris scripserint, quàm perceperint, vel quàm vēdiderint, vel locauerint. vt in.l.1.& 4.& in.l.qui tabulā.ff.ad.l. Iuli. pecula. & tenet Paris

Paris de Put. in tract. syndicat. in parte. syndicā tur officiales. fol. 34. Et idem tenentur, si ruptis thesauris dictas pecunias sustulerunt, aut sunt negligentes. vt in. l. hac lege. ff. eo. ¶ Vbi quoq; dicit, sentiri id quod tenetur in quadruplū, quā tum est pœna tum in fiscum incorporatū pa lam, vel clā. vt in. d. l. 1. & in. l. aufert. ff. de iure fisci. in fi. & C. de his q ex publi. rō. Sed quę non erat incor porata in fiscū, putà qa exigit in fraudem fisci, tenetur in duplum. vt in d. l. aufertur. §. qui ad aliquid. secūdùm Bart. in. l. sacrilegij. ad finem. ff. ad l. Iuli. repetū. de iure verò hu ius regni punitur, vt hic. de quo per Par. de Put. vbi suprà. *Et vi. Peregr. in parte. furtū. q. 6. in glo. officialis. & ibi qd si suscepit pecuniam ciuitatis.*

b Que les dan. b Intellige vt dixi in c. 11. supra eo. Sed quid si lex vel statutū dicit, q liceat cuilibet accusare, q accusator habeat tertiā partem, si officialis curiæ, vel eius familiaris accusat, an recipiet dictā par-

guardar ansi, y que las personas que le fueren a tomar residécia, se informē si han lleuado para si parte alguna de las dichas setenas, y lo que hallare que hā lleuado dellas, gelo fagan restituyr con el quatro tanto para la nuestra camara. Pero que los dichos juezes y alguaziles puedan lleuar para si la parte de las dichas penas que les dan[b] las leyes đ nuestros reynos en aq̃llos casos, q̃ gelas dá y no ē otros algūos.

Prætorum Caput. L.

OTrosi, tened mucho cuydado y poned mucha diligencia ē castigar las blasphemias[a] y las vsuras[b] y los juegos, de manera q̃ cessen en

tē à statuto cōcessam. vi. Bal. in sua pract. in rub. de statutis. q. 12. & quę dixi supra in capit. primo. in glossa. *Ni consentira.* versi. quòd facit ad illud, quod tenet Bald. in capitul. ex parte.

Prætor. Cap. XLIX. finis.

Sequitur Cap. L.

a BLasphemias. a Vt in c. 25. supra eod. & ibi dixi.

SVMMARIVM.

1 *Causa, & quæstio vsurarum, an spectet ad iudicem laicum, vel ad ecclesiasticum.*

2 *Inquisitores hæreticæ prauitatis, an possunt cognoscere de causa vsuraria.*

3 *Populus, an potest facere statutum, quòd sententia lata per iudicem secularem super vsuris sit seruanda.*

4 *An de causa vsuraria fiat compromissum in arbitrum, vel arbitratorem laicum.*

5 *An contra laudum per laicum arbitratorem latum possit opponi exceptio, quod debitum est vsurarium, & impedire eius executionem.*

b VSuras. b Nota tex. q causa, seu quæ-
1 stio † vsurarū ad iudicē secularem spectat. Idē habetur per titulū de vsuris lib. 8. in ord. reg. & de iure canonico est simil. text. in. c. ad nostrā. el. 2. de iure iuran. licet Abb. ibi. nu. 1. dicat, q Ioā. Andr. ibi dicit hoc nō probari, qa sunt verba partis, tñ est iuris manifestū. vt habet. in. c. post miserabilē. de vsu. & tenet Bal. in. l. eos. C. eo. ti. in fi. n. 4. ¶ Et facit qa vsura est species furti. qa q vsurā accepit, rapinā facit. 14. q. 4. c. si qs vsurā. & qui rapit, fure improbior est Insti. vi bon. rapto. in prin. & in decalogo supra prohibitione furti cōtinet rapina. 14. q. 5. c. pœnale. sicut furtum est secularis fori, sic est rapina quæ est eius species. tenet Bal. in. l. cùm oportet. 2. col. C. de bonis quæ libe. n. 6. Et q vsura, & rapina æquiparētur, tenet in expresso Spec. in tit. de ferijs. §. 2. versi. quid de causa vsurarum. n. 10. ¶ Sed in cōtrariū videtur, q solùm iudex ecclesiastic⁹ đ vsura cognoscere debeat. Quod patet. quia cōcernit periculū animarū, & qa leges tale crimē nō phibebāt imò permittebāt, attēdēdo vtilita-

vtilitatem, & necessitates hominum, ideò necessarium fuit, ꝙ canones se intromitterent, ne crimen vtroque testamento prohibitum, impunè trãsiret. Et ꝙ iudex ecclesiasticꝰ cognoscat qualitercunque agatur de vsuris, siue dubitatur an contractus sit vsurarius, siue certum, vt quia repetuntur vsuræ solutæ, vt tenet glo. in Clemen. dispendiosam. de iudicijs. & gloss. in cap. ex literis. de iure iuran. quæ dicit, quòd causa vsurarũ est spiritualis. & gloss. in capit. cùm sit generale. de foro compet. quę dicit, ꝙ est crimen ecclesiasticum. & in capi. primo. de offi. ordin. & 11. q. prima. in summa. & Cle. prima. de vsuri. §. cæterum. vbi censura ecclesiastica compellitur vsurarius, seu hæres ad edendum libros. vt fiat restitutio vsurarum. ¶ Domin. de Sancto Gem. in capitulo primo. de vsu. in 6. conclusiuè in hoc putat dicendum. ¶ Aut consuetudo disponit solũ iudicem ecclesiasticum cognoscere, & est planũ, quòd laicus non poterit se intromittere. ¶ Aut consuetudo nil disponit, & tunc aut quęstio vsurarum deducitur in iudicio non vt vsura, sed vt interesse, putà, quia ego fideiussi pro te, quare à te peto, tunc poterit agere coram iudice laico, quia vsura petitur vt interesse. Quod est licitũ, vt in capitul. conquestus. de vsur. non autem vt vsuræ, ergo iudex laicus potest cognoscere. Et dicit esse conclusio Guiller. in Clemẽ. prima. de vsu. in fine. ¶ Aut deducitur vt vsura, & tũc aut in foro pœnitentiali, & planum est, quòd ecclesiasticus cognoscet, quia laicus nõ vtitur isto foro. argumen. in cap. noua quædam. de pœni. & remi. & videtur sentire dicta Clementin. prima. ¶ Aut in foro contentioso, & tunc si quęstio est de vsura soluta, vel non soluta, & cognoscit iudex secularis, ex quo nõ dubitatur, & de hoc videtur casus in dicto capit. post miserabilẽ, quia ibi præsupponit certè, quia contractus erat vsurarius. ¶ Aut est quęstio super dubio, an sit contractus vsurarius, vel nõ, & de hoc cognoscit iudex ecclesiasticus. vt Ioan. de Lini. & Domi. vbi suprà. ¶ Cum qua opinione, & distinctione tenet Abb. in capitul. cùm sit generale. de foro cõpeten. numero. 17. versicu. secunda principalis, vbi ait, quòd si dubitatur de substantia contractus, an sit vsurarius, vel non, solus ecclesiasticꝰ cognoscit, quia hæc est determinatio peccati, & prohibitio habuit ortum à iure diuino, & canonico, vt dictũ est. & facit. c. super. de vsur. ¶ Aut non dubitatur, quòd cõtractus sit vsurarius, sed tantùm immineret quæstio facti, vt quia repetuntur vsuræ solutæ, & sic solùm agitur de soluto, vel non soluto, vel an interuenerit contractus, vel quia agitur dissimulatione cõtractus, quia allegatur quòd simulatè fuit facta vẽditio, cùm esset contractus pignoratitius, & clarè vult hoc probare per testes, ita quòd non dubitatur de vsura, tunc vterque iudex potest cognoscere ecclesiasticus, vel secularis. Et hanc opini. tenet Paul. Leaz. in Clementi. prima de vsu. & ibi Cardi. quæstio. 18. núm. 19. & Bartol. in l. titia. ff. solut. matri. & in l. secunda. ff. de iuri. om. iudi. Archidi. in capitul. qui dicam. 14. quęst. quarta. Et ista opinio est communis secundum Abb. in dicto capitu. cùm sit generale. num. 17. & Alexã. in consilio. 9. volumi. quarto. numero tertio. & Bart. in d. l. titia. quem sequitur ibi Alexan. nu. 13. & Card. in dicta Cle. dispendiosam. questio. 31. & Bald. in consili. 169. libro primo. & faciũt ea, quæ tradunt docto. in leg. quotiens. C. de iudicijs. & ibi Ias. numero septimo. & quoq; Bald. tenet distinctionem Abb. in d. cap. ad nostram. & sequitur Felin. in dicto capitu. cùm sit generale. colum. secunda. versic. respectu vsurarum. & Alexan. in l. si non sortem. ff. de conditio. indebiti. nume. tertio. De quo vide Celsum in additio. ad Lanfran. de Oria. in repeti. c. quoniã contra. de probatio. in parte confessiones. num. 16. in parte, quare ista causa spectat ad ecclesiam. de quo latissimè per Ioan. de Anna. in dicto capit. post miserabilem. in fine. secunda columna. vbi quoq; transit cum dicta distinctione Abb. & sic credo, ꝙ intelligatur iste tex. & lege quarta. tit. octauo. libr. 3. in ordin. regali. ¶ Quia tũc iudex secularis potest punire vsurarium, vel admittere exceptionem vsuræ, quando non dubitatur de vsura, nec de contractu vsurario, sed tantummodo imminet quæstio facta. ¶ Et vide Saly. in d. Leos. C. de vsu. in fine. vbi dicit, ꝙ antequàm essent Decretales, & Decreta, iudex laicus cognoscebat de vsura illicita. Cùm igitur hodie omnis vsura sit illicita, sequitur ꝙ iudex secularis cognoscere potest, ex quo non reperit expressim prohibitum, sed debet intelligi secũdum distinctionem supra dictam. Et licet ipse Salyc. dicit quòd in casibus, in quibus de iure ciuili nullo modo cẽsetur vsurarius, sed de iure canonico iudex ecclesiasticus tantummodo cognoscere potest, sed in casibus, in quibus de iure ciuili censetur vsurarius cognoscit secularis, tũ tene dictam distinctionem, & opi. communem, quam sequitur Montal. in l. fin. tit. 2. lib. 4. for. ll. in glo. magna. penult. columna. versi. & circa. ¶ Ex quo infert Salyc. in d. l. quotiens, ꝙ si contra instrumẽtum opponatur exceptio vsuraria, debet illam remittere probandã corã episcopo, vel eius vicario, vt notatur in simili in capi. si iudex laicꝰ. de sententent. excom. in 6. & tenet Ioan. de Anna. in

dicto

d.c.post miserabilem.4.colum. ¶Et licèt Archi di.in.d.c.quid dicam.14.q.4. vult tenere. ꝙ laici possunt conueniri coram iudice seculari, etiã si quæstio vsuraria sit de iure, vel facto, & clerici coram ecclesiastico.vi.dict.Ioann. de Anna.in d.c.post miserabilem.2.colũ.cùm quinq; sequẽtibus. vbi diuersas opiniones ponit:tamẽ dicit, ꝙ non videtur tutum vsuras repetere coram seculari, ideo tutius videtur tenere gloss.in.d.Cle. dispẽdiosam. Sed quicquid dicat, tu tene distinctionẽ Abb.quia est cõmunis, vt ibi per eũ.¶Et vi.tu Bal.in cap.1.§.similiter. in tit.de cõtrouer. inuesti.in vsibus feudo.nu.1.vbi tenet, ꝙ iudex secularis potest cognoscere đ vsuris, quàdo causa vsurarũ incidit actioni pignoratitiæ, quia diabolicum esset dicere, ꝙ iudex secularis nõ possit plenè cognoscere inter laicos de pignoratitia actione. Secus si principaliter, & per se moueatur quæstio vsurarum.¶Et vt intelligas dicit aduertendum, si pignoraui tibi rem pro cẽtum, & nõ est dubium de quantitate mutuata, sed đ fructibus redactis ex re, quos creditor prætendit tanquam lucrum sortis, iudex secularis tũc cognoscit.vt in.d.l.titia.¶Sed si petitur contractus rescindi tanquã vsurarius, & hoc negat, quia non apparet, ꝙ sit vsurarius ex sua qualitate, tunc ecclesiastica est cognitio, vt notat in summa.11. q.1.¶Item de reatu vsurariorũ nõ cognoscit iudex secularis, sed de computo, siue calculo sic, secundum quosdam.& vi.eundem Bal.in.l. omni nouatione.C.de sacrosanct.eccles.nu.1.¶Et an
2 inquisitores hæreticæ prauitatis † possunt cognoscere de causa vsuraria? Dic ꝙ nõ.vt est tex. in.c.accusatus.§.de quæstionibus. de hære.in.6. de quo per Federi.de Senis.consilio.157.& per Domi.in.d.§.de quæstionibus.versi. quęro quare inquisitor.¶Quærit etiam Bal.in.d.c.primo. §.similiter.in tit.de controuersi.inuest. an popu
3 lus † posit facere statutum, ꝙ sententia lata per iudicem secularem super vsuris sit seruãda interesse.¶Et an de causa vsuraria potest cõpromit-
4 ti † in arbitrum, vel arbitratorem laicum? Dic secundùm Ioann.de Anna.in dicto capitul. post miserabilem.7.column.in fine.quòd in illis casibus, in quibus potest cognoscere iudex secularis, possit & arbiter, & multò magis arbitrator. Facit.l.1.ff.de arbitris.Nam in istis casibꝰ causa vsuraria nõ dicitur spiritualis, & sic dicit nõ obstare.c.cùm contingit.de arbitris.¶Circa quod vi.Bald.in.d.c.1.§.similiter.de controuersi.inuesti.vbi quærit, an super causa vsuraria posit cõpromitti in arbitratorẽ? Et concludit. Aut compromittitur de dolo præterito vsurarij, & valet. cõpromissum. Aut de dolo futuro, & nõ valet. ff.de pactis.l.si vnus.§.illud nulla. & idem dicit, si dolus prçteritus radices tenderet in futurum, quia tunc compromissum non valeret tãquam factum in fraudem vsurarum.¶Quibus adde illud, quod tenet Lapus allegatione.55.incipiente.Quidam coram iudice ecclesiastico.vbi quęrit. Pone, ꝙ aliquis mouet causam vsurariam coram episcopo, & lite pẽdente actor & reus fecerunt compromissum in certos laicos đ omnibꝰ causis & litibus nulla facta mentione de causa vsuraria ita pendẽte coram episcopo, dubitatur vtrum in dicto compromisso generali deueniat dicta causa vsuraria:& an dicti laici de ea possũt cognoscere & terminare. Et videtur sentire ꝙ non, de quo ibi per eum per.5.colum.vbi prosequitur intellectum.c.quia frustra.de vsur. ¶Itẽ circa supradicta facit quęstio examinata per Petrum de Ancharra.in consili.94.vbi quærit, an contra laudum latum per laicum arbitratorum
5 posit † opponi exceptio, ꝙ debitum erat vsurarium, & sic impedire eius executionem. Et videtur ꝙ sic, quia ista via cognoscendi de plano de causa spirituali videtur laicis interdicta capitu. decernimus.de iudicijs.& facit text.in.l.4.tit.8. lib.tertio.in ord.regal.Iam allega. & ꝙ per talẽ exceptionem tanquam prçiudicialem impediatur sentẽtia, siue laudũ, & eius executio, & pro hoc videtur casus in capit.tuam.de ord. cog. & c.lator.& ca.causamq;.qui filij sint legiti.¶Sed his non obstantibus, dictus Petrus de Ancharra.contrarium concludit:quia posito sine prçiudicio, ꝙ ista exceptio sapiat spiritualitatẽ tamẽ non potest opponi ad impediendam executionem laudi, cõstat enim, quòd licet corã laico, corã quo quæstio pendet, non posit vẽtilari causa spiritualis.vt in dict.capitulo.tuam. tamẽ de mente dictorum iurium videtur esse, quòd corã laico allegari debeat & opponi, vt probant illa capitula, & alia, quæ de materia ista loquuntur. Et est ratio, quia est exceptio peremptoria pertinens ad negotium principale, & intẽtionẽ agẽtis.vt in.d.c.tuã.& hoc pro nunc præsupposito, si debitũ, quod descẽdit ex sententia arbitramẽ tali dicat habuisse originẽ ex causa vsuraria, debuit coram arbitratoribus tũc opponi, nõ autẽ post laudum ad eius executionem impediẽdã, quãtũ igitur ad effectum reuocãdi, sicut per sententiam est prçclusa via exceptionibus perẽptorijs.vt in.l.perẽptorias.C.senten.remi.nõ poss. & in.c.suborta.de re iudi.ita post laudũ est prçclusa via exceptionibus, quæ habẽt eius effectũ impedire.Nam licet arbitrator de tali exceptione specialiter cognoscere nõ potuisset, audire tamẽ eã, & recipere debuisset, & per cõsequẽs corã eo alle-

eo allegari debuit, & deduci. Et ꝙ in hoc sit cõpetens iudex secularis, dicit tenere doctorẽ suũ Bal. in. d. l. quotiens. C. de iudicijs præterea corã arbitratore deducere, & probare exceptionẽ, quæ sapiat spiritualitatem, non videtur prohibitum, sed concessum de iure. Nã quando nõ per

toda la tierra d̃ vue stro corregimiẽto.

modum disceptationis de tali quæstione spirituali est cõtentio inter partes, potest nedũ arbitrator, sed iudex laicus ꝺ ipsa cognoscere. vt notat Spec. in ti. de reconuen. §. nunc dicamus. versic. sed nunquid. hoc est, ꝙ super probatione legitimationis fiunt articuli, & positiones corã seculari iudice. & valet super eis confessio, quòd non esset, si non posset cognoscere dicto modo de plano. vt in. c. at si clerici. de iudi. Ita in proposito, ꝙ arbitrator & amicabilis cõpositor cognoscit de plano, & sine figura iudicij. maximè hoc procedit, quando datur latissimũ in cognoscendo & terminando arbitrium, sicut communiter fit. per quæ datur extẽsio ad. l. fin. in. ll. de Madrid, vbi cauetur, quòd sententia arbitraria mittatur executioni, non obstante reductione, vel nullitate, quòd etiam si exceptio vsuraria opponatur contra eam, nõ obstãte dicta exceptione, mandetur executioni, quod nota.

SVMMARIVM.

1 *An iudex naturalis domicilij potest punire delinquentem extra locum suæ iurisdictionis.*

c La tierra de vr̃o corregimiento.

1 c Sed quid† si extra locũ suæ iurisdictionis subditi sui luserunt, vel vsurã fecerũt, an talis corrector, & sic iudex naturalis domicilij, possit punire subditos alibi delinquentes vi. Bart. in. l. præses. ff. de officio præsi. in fine. vbi dicit, ꝙ accusari possunt corãm iudice suo de suo delicto, & puniri. ff. de interdi. & relega. §. interdicere. & ibi notatur. & tex. in. l. 1. C. vbi ꝺ crim. agi opor. ¶Sed iudex ex officio suo de hoc nõ potest inquirere, nec procedere, & sic per viam accusationis potest procedere, non per viam inquisitiõis, nisi ille iudex, in cuius territorium delictũ esset commissum, quia illa tantũ respublica est offensa. & ita tenet Paul. de Castro. in. l. si quis in hoc genus. C. de episcopis & cleri. & Hippolytus de Marsi. in repeti. l. fina. ff. de iuri. omn. iudi. num. 134. & 135. vbi latè remissiuè. & per Alexã. in consilio. 111. in primo vol. & eundem Hippolytu. de Marsil. in practi. crimi. §. constante. num. 90. dicit, quòd licet in hac quæstione doctores sint varij: quia Ioan. Andr. in additio. ad Specu. in titu. de compet. iudi. additione. in. §. 1. in additione, quæ incipit, anteaquam examinemus. & Bald. in. l. 1. C. de ædili. actio. Salyce. in. l. seruos. C. ad. l. Iuliã. de vi. Alberic. in tract. statu. in. 3. part. quæstio. 36. teneant partem negatiuam, & sic, quòd non potest inquirere. & Ange. de Aretio in tract. maleficiorum. in verbo. hæc est quędam inquisitio. versi. quęrit hic. Angel. an in delictis. & ibi Augustinus de Arimi. plures contrarios doctores adducit, tamen magis cõmunis opinio est, quòd non possit inquirere secundum eundem Hippolyt. in dict. practic. quem vide. in dicto. §. constante. & ita tenet Ioann. de Plate. in. l. dum virum. C. de decurioni. libro decimo. in fine. dicendo, quòd iudex potest punire subditum de delicto extra territorium commisso per viam accusationis, non autem per viã inquisitionis, & sic dicit, quòd concludit Bartolus in lege prima. C. de summa Trinitate. & fide catholica.

Prætorũ. Cap. LI. finis.

Sequitur Cap. LII.

SVMMARIVM.

1 *Quæstores, ad eleemosynam petendam non admittuntur, nisi habeant literas apostolicas, vel diœcesanas, nec permittuntur populo prædicare.*
2 *Literæ apostolicæ debent diligenter per diœcesanum examinari; tamen de ipsis non potest iudicare, & si de ipsis dubitatur, consulendus est papa.*
3 *Prælati non debent vendere literas apostolicas quæstoribus.*
4 *Mendicantes validi sunt arcendi, & puniendi.*
5 *Quæstores sancti Antonij, & sancti Lazari, an admittantur sine literis.*
6 *Episcopi an possunt facere statuta, vt nulla litera apostolica admittatur sine ipsius examinatione.*

Sancto

Prætorum. Cap. LI.

OTrosi, porq̃ nuestro muy sancto padre [a] concedio vnas letras apostolicas, en q̃ mãda, q̃ todas qualesquier indulgẽcias y facultades pa predicar perdones, y demãdar limosnas cõcedidas, y que de aqui en adelante se cõcedieren por la sancta sede apostolica, esten y sean suspendidas fasta que por el diocesano de dõde fueren los lugares en que se ouieren de predicar, sean primeramente vistas, y examinadas, y despues por el nuncio del papa, que en los nuestros reynos estuuiere, e por nro capellan mayor, e por vno, o dos prelados del nro cõsejo, los que para ello por nos fuerẽ diputados, los quales si examinando las dichas bullas fiel e diligentemente, hallarẽ que son verdaderas letras apostolicas, e carecen de toda falsedad, e sospecha, les dexẽ publicar, e p̃dicar a aquellas personas, a quiẽ lo tal perteneciere, de las quales letras apostolicas los dias passados mandamos embiar traslados signados a todos los corregidores de nros reynos y señorios para q̃ cada vno la intimasse al p̃lado de la tierra de su corregimiẽto, e despues la hiziesse luego publicar, para q̃ se guardasse lo que por ella

a Sancto padre. a S. Alexandri. vt cauetur in pragmatica. 24. foli. 15. in libro pragmaticarum. quã per te vide, quia omnia cõtinentur quæ hic in isto
tex. habẽtur &
habuit ortum à
tex. in Cle. abu
sionibus. de pœ
nit. & remissio.
vbi quæstores
non admittun-
1 tur † nisi habeãt
literas apostoli
cas, vel diœcesa
nas, nec tũc etiã
permittũtur po
pulo prædica-
re. Et tales lite-
ræ debent per
diœcesanum di
ligenter exami
nari, ne aliquid
fraudis cõmit-
tatur. Et si diœ-
cesanus timeat
de abusu, nõ de
bet illos admit
tere, nisi cõstet
đ approbatiõe
sedis apostoli-
cæ, vt ibi. & di-
cit Cardi. ibi. n.
4. ꝙ in illis pos-
sit fraus cõmit-
ti, vt quia asse-
rent plus conti
neri literis, quã
cõtineretur, vel
vterentur falsis
literis pro veris,
quod sępe eue-
nit, ꝙ talia sunt
periculosa, ideo
2 debent † literæ
examinari dili-
genter in bulla,
charta, dictami
ne, & ĩ alijs, ma-
ximè qñ ex-
orbitant à cõ-
muni forma, se-
cundùm eundẽ
Cardi. ibi, alle-
gando capitul. licet. de crimi. falsi. &. c. quã graui. de rescrip. & capi. 2. de offi. ord. Sed cum diœcesani examinãt literas apostolicas quæstoribus, vel alijs concessas, non poterunt de ipsis iudicare. vt in capit. cùm venissent. de iudi. Sed si
dubitatur đ ip
sis, cõsulendus
est papa, cuius
est æstimare
quem modum
sui priuilegij es
se velit. vt in ca-
pitu. ordinarij.
§. si verò. de offi
cio ordi. libr. 6.
Si autem appa-
rent veræ, & si-
ne defectu da-
bũt eis literas te
stimoniales: sed
si apparẽt defe-
ctuosæ, eas re-
pellẽt. Facit qđ
notatur ĩ dicto
capitul. cùm vẽ
nissent. & in di-
cto cap. ordina
rij. secũdũ Car-
di. vbi suprà. nu
mer. decimo. q.
quinta. vbi di-
cit, ꝙ ex his in
fert Lap⁹, ꝙ qs
cognoscere po
test de re, đ qua
non potest iudi
care simil. in ca.
cùm cõtingat.
de rescrip. in fi.
& capitul. cùm
personæ. de pri
uil. in sexto. &
quod notat in
capi. frater. 16.
quæsti. prima.
in gloss. pen. re
gulariter tamẽ
minor non co-
gnoscit, nec iu-
dicat de facto
maioris. c. infe
rior. 21. distin.
& in. c. cum in-
ferior. de maio.
& obe-

proueyo y mando nuestro muy sancto padre. Porende mandamos, que el dicho gouernador o corregidor, o assistente, y sus alcaldes tengan mucho cuydado de fazer guardar lo cõtenido en la dicha bulla cuyo traslado ouimos mãdado ẽbiar, como dicho es y de no consentir b que se prediquen ni publiquen bullas ni indulgencias algunas en la tierra ḋ su corregimiẽto, sin que primeramente seã traydas, y examinadas en la forma y manera en la dicha bulla cõtenida, por que ansi conuiene al seruicio de Dios y nuestro.

& obedi.licet videatur contra illud, quod notatur de offici.vica.lib.6.tñ non est cõtra: quia minor de facto maioris cognoscit, vel iudicat, qñ in iure hoc exprimitur, vel nisi sit ita notorium, ꝙ est nullũ, ꝙ nõ egeat examinatione, nec inficiari potest, quo casu minor nõ iudicat de facto maioris, nec iudicialiter cognoscit, sed tãtũ declarat illud non obstare, & eo nõ obstante contrariũ facit, vel impedit illud effectũ. vt in.c. eã te de ætate & qualita. & facit text. in c. solicitudinẽ. ḋ appella. in. 6. & in.c. statutũ. in fin.ḋ rescrip. eod.lib. ¶Et de ipsa examinatione debet cõstari per literas diœcesani, aliàs prælati inferiores tales non debent admittere secundùm Lapum, prout tenet ipse Cardi.vbi supra.nu.4. ¶Et licet prælati debeant examinare

3 literas apostolicas quæstorum, non tamen † debent eas vendere, quod aliqui non seruant, non attendentes, ꝙ in talibus cõmittunt simoniã. vt in. c. primo de simoni. & quia quæstores carè emunt, per fas, & nefas quærunt vnde soluãt, & grauamina inferant. secũdùm Cardi.ibi. ¶Licèt contra istum tex. videatur, quia quæstores eleemosynarũ liberè permitti debeãt eleemosynas quærere, cũ eleemosynæ procedãt ex charitate dantiũ, quę nõ est restringenda. arg.in.c.1.de dona. potissimè quia videtur concernere forũ pœnitentiale, in quo procedit, quod dicitur, ꝙ lex non est imposita iusto. vt in.cap.licet.de regula. ¶Quod non obstat, quia hoc enim fit ad obuiãdũ fraudibus. Et dicit etiã Petrus de Ancharr. ꝙ

4 sicut † mendicantes validi sunt arcendi, & puniẽdi.C.de mẽdi.vali.lib.11.ita quæstores non debẽt admitti, nisi primũ discutiatur, vtrũ ecclesia, pro qua quęritat, indigeat: nã si nõ indiget, non videtur admittẽda, & licet ista inquisitio sit laudabilis, non debet fieri per diœcesanũ, nisi qñde nouo aliqua ecclesia vellet ĩcipere quæstũ. Sed quo ad ordines mẽdicãtiũ, & nõnulla hospitalia ab intiquo exercẽtia quæstũ apostolice sedis saltẽ tacita, hæc inquisitio fieri nõ põt p diœcesanũ ad effectum impediendi quæstũ, sed prohibendi fraudes, secũdũ Cardi.in.d. Cle. abusionibus.nu.6.ĩ tertia oppositiõe. ¶Et vide Abb. in.c.cũ ex eo.ḋ pœnit.& remissi.nu.1.vbi ait,

5 ꝙ quæstores † eleemosynarũ vt sicut illi, qui mittũtur ab istis præceptoribus sancti Antonij, siue sancti Lazari, siue aliorũ hospitaliũ, ꝓ votis, & eleemosynis petẽdis, nõ debẽt admitti ad petẽdũ eleemosynas noĩe illorũ hospitaliũ, nisi habeant literas veras apostolicas, siue ẽpi diœcesani: qḋ procedit quãtũ sint exempti. vt in.d Cle.& fuit hoc statutũ ꝓpter eorũ intẽperãtiã nimiã, nã multi mẽtiebãtur se esse alios, qa falsè portabãt religionis, vel illius hospitalis habitũ, asserẽtes esse fratres illorũ sociorũ, vbi in veritate nõ erãt, ideo debent prius examinari à papa, vel ab ẽpo loci. ¶Secus dicit de alijs volentibus petere eleemosynas pro se ipsis, isti enim nõ indigẽt literis. c. quiescamus.42. distin.& in.c.nõ satis.86.dist. ¶Et per istũ tex. videtur esse verũ, qḋ tenet Abb.in.d.c. cũ ex eo.ḋ

6 pœnit.& remi.in fin. qḋ † solent ẽpi facere statutũ, vt nulla litera apostolica admittatur sine ipsius examinatione, sed dicit, ꝙ ẽps caueat nõ faciat in fraudẽ, aliàs debet puniri, vt ibi per eum.

SVMMARIVM.

1 *An puniantur quæstores petentes eleemosynas sine consensu papæ, vel diœcesani.*

2 *An datum causa eleemosynarũ virtute literarũ falsarum potest repeti.*

3 *Soluens aliquid virtute falsæ indulgentiæ, an indulgentiam consequatur.*

Prætorum. Cap. LII.

OTrosi, mandamos que con mucha diligẽcia tenga cargo de guardar los puertos de su corregimiẽto, pa q̃ no se saq̃ moneda,[a] ni cauallos [b], y de hazer

b **No cõsentir.** b Alias si iudex cõsentit punitur. vt est text. in. l. pẽ. C. de cano. largi. lib. 10. vbi formaliter ait, q̃ pari pœna punitur officialis, q̃ nõ inhibet extorsiones illicitas, & sic, qui negligit, sicut punitur officialis, qui eas facit, & tenet Iaso. in. l. si mora. ff. solut. matri. num. 24.
1 ¶ Imò pôt punire† istos quæstores eleemosynas petentes sine cõsensu papę, vel diœcesani, si sunt laici, tanquàm excedentes in suo territorio. vt in. c. ex literis. de excessi. prçla. & in. d. Cle. 2. de pœnit. & remissi. tenet Abb. in. c. cùm ex eo. de pœnit. & remissi. nu. 3. & facit. c. officium. §. compescendi. de hæreti. nu. 6. Secus si isti quæstores sunt clerici, quia tunc debet capere eos, & remittere ad episcopum loci, vt eos puniat. vt in iuribus supra dictis. & facit tex. & quæ ibi tradit Domi. in. ca. iudex laicus. de sent. excommu. lib. 6. Innocent. in capit. si verò. de senten. excom. & facit tex. in c. 53. infra eod. & in. c. vt famę. & ibi doct. de senten. excõmu. & tenet Bald. in. c. primo. §. si quis vero de pace iura. firma. in vsi. feudo. num. septimo & idem in. l. grachus. C. de adulte. ¶ Quinimo de iure communi quæstuarij, qui falsò quærunt eleemosynas, etiam si laici sint per episcopum possunt puniri. vt est tex. in. ca. tuarum. de priuilegijs. & ibi Abb. & Oldral. consilio. 86. & Philippus Decius conf. 276. nu. 1. Et facit quod tenet Feli. in prooemio Greg. colũ. 8. nu. 38. vbi dicit, q̃ mentiens se clericũ, punitur arbitrio iudicis. Sed si vltrà hoc faciat actus clericales, punitur pœna falsi. Bal. in. l. sub pretextu. C. de sacro san. eccle. in fine. & in. ca. in decorem. de vita & hone. cler. quasi in fine. vbi talis pôt puniri non solum per secularem sed per episcopum. Idẽ tenet Fel. in. c. 3. loco de probatio. nu. 1. quod facit cõtra istos Gallos mendicãtes, qui asserũt se clericos esse quod ego contra eos iudicaui, & executioni iussi, aliquando iubendo eos verberare.
2 ¶ Et datum ob causam hanc,† debet repeti tanquam datum ob causam, causa non sequuta. vt ff. & C. de condit. ob causa. quod intellige, si pecunia est penes decipientem. Secus si trãslata est in ecclesiã, nã tunc ecclesia non tenetur, nisi facta sit locupletior, imò etiam si facta sit locupletior, videtur non teneri, q̃a solutũ falsa opinione causa pietatis, nõ repetitur. l. cũ his. §. mulier. ff. de cõditio. indebi. & licet hoc sit sub dubio, tñ est verũ indistinctè, q̃ non est locus repetitioni, etiã si pecunia sit apud decipientẽ. quia intuitu Dei soluta fuit, & sic applicãda est pijs vsibus. Et quãquã soluẽs nõ esset alias soluturus, tamen non frustra soluit: quia licet non habeat indulgẽtiã habet tñ meritũ eleemosynæ: & q̃ talis dol⁹ respectu ipsius decepti dicitur bonus, ex quo p̃uocat ad melius. vt in. c. cũ dilecti. de dolo & contu. secundum Cardi. in. d. Cle. 2. de pœnit. & remi. §. ad hoc multiplici. 6. q. nu. 27. ¶ Et in quan-
3 tũ tenet, q̃ non habet† indulgẽtiã licet eleemosynã soluat, vide quæ in cõtrariũ posui in. c. 1. supra in gl. 1. in fine.

Prætor. Caput. LI. finis.

a **Moneda.** a A regno nõ debet extrahi aurũ, argentũ, vel moneta in moneta, vel in massa, aliàs puniũtur extrahẽtes. vt in. l. 23. tit. 9. lib. 6. in ordina. regali. & in. l. 24. & in. l. 17. & . 18. eius tituli.

SVMMARIVM.

1 *Extrahi non debet à regno aurum, nec argentũ, nec equi, & alia iumenta, nec panni, nec coria, nec carnes, nec sericum, nec alia, vt hic.*

b **Ni cauallos.** b Vt in. l. 1. & in. l. 6. & . 7. & . 8. & . 10. & in. l. 33. cũ alijs legibus sequentibus. tit. 9. lib. 6. in
1 ordi. regali. vbi extrahẽs à regno equũ,† equã, vel potrum, mulum, seu iumẽtum fræni, seu clitellæ, siue sit generosus, siue custos castri, siue merinus, vel quiuis alius officialis, seu alius quicunq; cuiuscũq; sit status, vel conditionis, perdit quod extraxerit cum omnibus suis bonis, & vltimo supplicio puniat. Et si multi sunt adhoc adunati vt defendi possent à prætore de las sacas, debent per concilia locorum insequi cum armis, & debent per loca campanæ pulsari, & omnes, qui sunt ad arma habiles, exire ad dictos delinquen-

delinquentes capiendos, vt in dictis legibus, & in alijs eius ti. continentur. ¶ Et quoque hodie per pragmaticam factam in villa de Madrid anno. 1552. Maij. 25. die ab isto regno nõ possunt extrahi panni. nec alia, quibus fit dictus pannus seu texitur, nec coria, nec calceamenta, nec opera consuta, & perfecta, nec sericum, nec coria aurea (quæ guadamecij vocantur) nec manicæ seu chirothecæ, vt ibi vide.

SVMMARIVM.

1 *Inquisitio fit contra extrahentes res vetitas de regno.*
Et fardeli eorum dissoluuntur.

c **Pesquisa,** c Idẽ cauetur in dicta lege 23. & in lege. 31. tit. 9. lib. 6. in ordina. regali. & in alijs legibus eiusdem tit.
1 vbi dicitur, ꝙ inquisitio † fit per custodes super pane, & alijs rebus vetitis, quæ extrahuntur à regno, & detur eius copia his, qui culpabiles repeciuntur, vt audiantur, & capiantur pro pœnis, quas soluere tenentur. Et talis inquisitio quoq; fit per prætorem de las sacas, cum tabellione cõtra extrahẽtes à regno res vetitas, etiam si secum prætor assessorem non assumat, & per suas citationes potest cogere testes ad veritatis informationem habendam, vt coram eo comparecant. vt in dictis legibus latè cauetur. ¶ In tantum, quod denuntiatores maleficiorum debent insistere, aliàs puniuntur, tenet Ioan. de Platea. in lege iubemus per hanc. §. hoc videlicet. C. de erog. mil. lib. 12. ¶ Et potest compellere viatores transeuntes, vt dissoluãt fardelos suos. quia in eis potest committi falsitas, tenet idem Plat in lege secunda. C. quando & quibus quarta pars debe. lib. 10. in fine. per gloss. in lege prima. §. qui rationibus. ff. de fals. & in. l. diuus. ff. de seruis fugi. ¶ Quinimo si ex mandato regis vetita portet, potest dissoluere fardelos: quia mandatum principis non derogat iurisdictioni officialis super eo, quod mandatur iurisdictionem habentis. Et sic est argu. ꝙ talis custos, vel gabellarius potest inspicere, & videre ea, quæ vehuntur de mandato principis: quia sub illo colore posset fraus committi vt in. l. vnica. C. nec liceat infreni. & eques. libr. 11. nec excusatur vehẽs aliqua dignitate vel cõtumacia. i. inobedientia quasi non teneatur ei obedire, cùm faciat iussu principis prout tenet dictus Platea in lege secunda. C. de decurio. lib. 12. numero primo. ¶ Et etiam dicit Platea. in lege vnica. C. de litori. itine. custo. lib. 12. quod in talibus partibus, & litoribus maris, & itineribus terrarum sunt apponendi custodes, vt possent merces illicitas portare, & portantes detineri, donec declarent ad quam prouinciam delaturi sunt, de quo stabitur iuramento ipsorum deferentium.

pesquisa c por toda la tierra de su corregimiento, y saber la verdad dos vezes en cada año de seys en seys meses, quien y quales p̃sonas son las que

arg. in lege præsenti. §. sicubi. C. de his qui ad eccle. cõfug. & in Cle. religiosi. de decimis. & ideò secũdũ eum consilium est pro mercatoribus, vt euitent concussiones, & molestias, dum portant mercãtias, vt vadant corã iudice & declarent ei ad quam partem pergere voluerint, & iudicis habita licentia nullam detẽtionem, vel arestationem patiuntur, aliàs possunt detineri, maximè si est præsumptio contra eos. ¶ Imò Publicani, custodes, & exactores vectigalis nullum portantẽ merces prohibitas portari sine serie. i. litera vel bulleto debent permittere transire, nisi prius literam licentiæ inspexerint, vt tenet Platea in lege euentiones. C. de cursu publi. libro duodecimo. vbi quoque dicit, ꝙ debet scribi litera licentiæ in libro, & dies quo datur, & infrà quantum tempus durat.

¶ Et pro animalibus in vectione non appositis non debet officialis, nec priuatus pecuniam recipere. Si ergo officialis colligat pecuniam pro cẽtum mulis, vel equis in cursu adducendis, & non sunt nisi quinquaginta, vel priuatus recipiat pecuniam pro decem mulis, & cõduxit pauciores, punitur in quadruplum. Et idem si submittat alium pro alio, vel in suum vsum vsurpat. & contra ordinem faciat. quod nota. & vide Plateam in dict. lege. 2. C. de curiosis libro. 12.

SVMMARIVM.

1 *Si contra deuentum quis portat res vetitas, & illicitas simul cum licitis, solum illicitæ publicantur.*
2 *Si res aliena portatur contra statutum, an publicetur.*
3 *Si famulus alicuius transit mercantias domini*

absq; soluendo pedagium, an tales mercantiæ confiscentur.

Gabellarius debet exigere pedagiũ anteaquam mercator exeat de territorio suo.

4 *Licet res incidat in commissum, debitor non tenetur de casu fortuito, nec de leui culpa.*

5 *Si super eadem bestia diuersi homines diuersis temporibus res vetitas extraxerunt, an quilibet debeat perdere vnam bestiam.*

Quid si de nocte pœna duplicatur.

6 *Si quis plura delicta facit cum vno ense, vnũ ensem perdere debet.*

7 *Forensis, qui repertus est portare res contra deuẽtum, & contra formam statuti, an in pœnam incidat.*

8 *Statuta in forensi habent locum in nouo ciue. Et nouus ciuis excusatur propter ignorantiam sicut forensis.*

9 *Forensis potest petere restitutionem in integrum aduersus statutum, quod ignorauerat.*

10 *Minor licet extrahat res vetitas contra statutum, non debet puniri.*

11 *Iuramento portantis, vel facientis contra statutum statur, an sciuerit, vel ignorauerit.*

12 *Statur iuramento forensis transeuntis per aliquem locum collectam non soluentis, si iurat ignorare statutum.*

13 *Ignorantia probatur per iuramentum, nisi in cõtrarium probatio appareat.*

14 *Quando lex, seu statutum dicit quòd stetur dicto, vel iuramento alicuius pro plena probatione tũc in contrarium non admittitur probatio.*

15 *Probatio qualis debet esse contra forẽsem, adhoc vt incidat in pœnam statuti.*

16 *Quando propter timorem iustum inimicorum quis excessit fines committatus, seu districtus fugiendo, in pœnam non incidit.*

17 *Occidens aliquem ad sui defensam propter iustã causam timoris non punitur.*

18 *Extrahens causa sui victus, vel suæ familiæ, nõ incidit in pœnam.*

Quid si extrahit farinam.

19 *An extrahens hordeum, incidat in pœnam.*

20 *Quid si extrahit pro victu suæ familiæ, & muto proposito, & animo vendidit.*

Quid si vendidit quod superest, obligatione sua completa.

21 *Deprehensus in itinere quasi in confinibus, & dicat se pœnitere portare illas res vetitas, an excusetur à pœna.*

22 *Inuentus in via cum equo portare res vetitas an debeat puniri.*

23 *Repertus in limine territorij, seu in confinibus ciuitatis vt vix negare sufficiat, an puniatur.*

24 *Repertus in via non recta, nec consueta portare res vetitas, ita quòd est suspectus, quòd extrahere velit, tenetur.*

25 *Si alicui est data licẽtia extrahendi res vetitas sine præfinitione temporis, an duret perpetuum.*

26 *An licentia data per iudicem extrahendi dictas res vetitas, excuset à pœna.*

27 *Stante statuto, quòd nullus forensis emat, vel extrahat res extra territorium, si emit, an perdat pretium.*

d **En la tierra.** d De istis rebus non portandis contra deuentum, vide singula per Gand. in tract. maleficiorum, in parte. De rebus non porta. contra deuentum: vbi in principio quærit, quòd si statuto ciuitatis cauetur, quòd nullus de districtu, vel ciuitate extrahat bladum, aurum, triticum, vel carnes, vel quid simile sub pœna amissionis rerum, quæ portarentur, & equi & plaustri, & boum,
1 super quibus portarentur, accidit, † quòd portantur res illicitæ, & res licitæ: nunquid omnes illæ res sint deperditæ? Et dicit quòd solummodo res illicitæ sunt publicandæ, vt. ff. de aqua quotidi. æstiu. l. prima §. Trebatius. idem tenet Bart. in. l. cotem. §. dominus. ff. de publica. & vectigal. & in. l. si Publicanus. §. de rebus. ff. eod. idem tenet Angel. in. l. vsuras. ff. de vsuris. & Bal. in. l. cum proponas. C. nauti. quòd feno. * Tamen statutum seu consuetudo disponere potest & valet de iure vt licitum propter illicitum confiscetur, quia ista pœna non tantum imponitur personæ pro re quam pro auaritia præcipiti & audacia vt tenet Peregrina. in parte vectigal. quæstio. 5. in glossa. perdit in principio. * ¶ Et Gandin. vbi supra quoque dicit, quòd si lege, vel statuto cauetur, quòd portans aurum, argentum, monetam, vel sal extra regnum, vel extra territorium puniatur certa pœna: & nihilominus currus & boues, & equi, super quo portantur, publicentur, quòd si equi vel boues, †
2 fuerint alterius, & ignorantis, non debent publicari.

blicari. tenet hoc Montalu.in.gloſſa ordina.regali.in parte,extrahens.allegando.lege. prima. C. de eunuchi. &.l.5. ff. de publica. & vectiga. argument.in.l.prima. C. vt nemo priua. & ibi gloſſ. &.l. quicunque. C. de ſeruis fugitiu. §. minorum. idē tenet Plat.in.l.1.C.de ſeruitori.mili.libr.12. numer.4. ¶Tamen dicit,quòd Salycet. dubitat de hoc in dict. l.1.C.vt nemo priua.fatetur tñ,q̄ tenetur portās ad æſtimationē.Idem tenet Bal.in dict.l.cùm ꝓponas.nu.5.dicēdo,q̄ ille, propter cuius culpas res alterius cōfiſcantur, tenetur domino ad intereſſe,per.l.fi.in fine.ff.de pigno.actio.& per alia iura,vt ibi per eum.¶Et vide Alex.in. dicta.l.1. C.vt nemo priui.nu.3.vbi tenet idem,ſcilicet,q̄ talis animal alterius ignorantis non publicatur. vt gl.& ibi Bart.in.l.fi.quæ incipit. iubemus. C. de nauis nō excuſan.lib.11. Dicit tamē Alex. q̄d ſubdit eleganter Io. Butri.ibi q̄ ille,qui portat, tenebitur fiſco ad æſtimationem animalis. arg. gl.in.d.l.1.C.vt nemo priua.& arg.in.l.quicunque.verſi.quid ſi ad prędicta.C. de ſeruis fugi.facit ſecundùm Sal.lege prima. C.de falſa monet. quam opinio. Alex.credo verā.¶Cui nō obſtat dictum Saly.& Bal. q̄ ille, propter cuius culpā res alterius confiſcantur, ad intereſſe teneatur domino:quia procedit,quando lex, vel ſtatutū dicit quod confiſcantur,licet non ſint res portātis,ſed alienæ:& quando domino ignorante res vetitas portat, tunc tenetur ad intereſſe parti, ſeu domino.Sed quando lex, vel ſtatutum hoc non dictat,res ignorantis non confiſcantur, ſed portator tenetur fiſco ad æſtimationem ſecundum Alex.vbi ſupra,& eſt vera concordia. ¶Et facit in ſimili quod tenet Bartolus in lege fraudati.ff.eodem de publi.&vectigal.vbi ſi ſocius portauit rem communem contra deuentum, perdit partem ſuam tantùm.quod intelligit Bertachi.de Firmi.in tractatu gabella. in nona parte. nu.34.tomo ſexto.tract.fol.78.ſi ſocius ſi fuit inſcius,ſecus ſi fuit ſciens. ¶Et iſtud meum intellectum poſtea inueni per Bertachi. de Firmi. in tractatu.gabel.in nona parte. quinta columna. quæſtione nona.dicendo, quòd ſi eſt ſtatutum prohibens exactionem farinæ, vel mercis ſine ſolutione gabellæ ſub pœna cōfiſcationis rerum,& mulorum,vel currus,etiam ſi ſint alienæ quòd dominus beſtiarū,vel currus fuerit ſciens, confiſcantur,aliàs ſecus,niſi ſtatutum,vel cōſuetudo ſit,quòd etiam alienæ beſtiæ confiſcentur cum mercibus portatis in fraudem gabellarum, quia tunc etiam in alienis ſtatutum, vel conſuetudo ſeruatur. Sed domino beſtiarum ſuccurritur contra portatorem, vel mittentem beſtias cum mercibus contra deuentum per dictam legem finalem.ff.de pignora. actio. & facit quod tenet Paulus de Caſt.in.d.l.iubemus.C.de ſacroſanct.eccleſi.¶Et tenet in expreſſo Angelus in additione ad Bartolum in dicta lege finali.C.de nauis non excuſa.vbi ait,quòd facit illa lex in argument.ad ſtatutum quòd ſi pro rebus immiſis in ciuitate non fuerit ſolutum pedagium, quòd omnes res debeant confiſcari,quòd ſi mulio ſuper mulum ſuum res meas portabat, & fraudauit,& non ſoluit pedagium,res meæ non publicantur, ſed ipſe mulio præſtabit quantum res meæ valent.& ſic dicit idem quod Alexand. licet Alexand. Ang.non allegauit.¶Et vide eundem Paulum de Caſtro.in lege colonus.§.naue. ff.locati.vbi idem tenet dicendo,quòd dominus muli poteſt impedire venditionem,quia non debet ſibi nocere delictum conductoris, & ille qui ducebat,debet ſoluere fiſco æſtimationem muli,& mulus reſtitui domino. Tamen ſi de cōſuetudine ſeruaretur contrarium,quod talis mulus perdatur,& domino non reſtituatur, poterit dominus muli recuperare à conductore,cuius culpa perditum eſt,vt dicit notare Bar.in dict.l.cotem.§.dominus.hoc verum,ſi ignoranter cōduxit mulum ad portandum iſtas res vetitas,ſecus ſi ſcienter, quia tunc perdit eum, & non habet actionem contra conductorem.tenet Gandi.in dict.tit.de rebus portan.contra deuentum.nu.2

en la tierra [d] de ſu corregimiento y

3 ¶Quoq; eſt notandum,q̄ ſi famulus † alicuius tranſit mercancias domini abſq; ſoluendo pedagium, non propterea mercāciæ domini debent confiſcari.tenet Guid.papa.ſingula.21. allegando docto.in dicta lege prima.C.de ſeruis exportan.¶Et adde,q̄ in ſolutiōe iſta pedagij,ſeu gabellæ gabellarius vnius territorij ſtans in confinibus,debet exigere pedagiū antea quam mercator exeat de territorio ſuo,& intret in territorium vicinū,ſicut dicitur in ſimili de nauta paſſagerio, quia anteaquā cum phaſelo tranſuehat viatorē in aliud litus fluminis vel maris poteſt petere ſibi ſolui mercedem paſſus,vel transfretationis ſecundùm Bal. & Flori. in lege venditor. §.ſi conſtat.ff.comuni.præd.& ita ſeruat vſus ſecundùm Bertachi.in tracta.gabella.in ſexta parte.nume.14.in fine tomo ſexto.tractat.foli.60.

4 ¶Item nota,quòd licet res incidat in † commiſſum,non tamen debitor tenetur de caſu fortuito,nec de culpa leui,vel leuiſsima. Ideò ſi quis portat frumentum,vel res vetitas extrahit,& in itinere obuiauit piratis,& derobarunt eum non

tenetur fisco ad æstimationem rerum vetitarũ. quod est notandum secundum Montaluum in dict. glossa ordinar. in parte, extrahens à regno. & dicit, quòd probatur in lege secunda. C. de vectiga. & commi. & ibi Baldus in terminis. ¶ Sed circa istum textum pone, quòd duo homines
5 diuerso tempore † extraxerunt aurum, argentũ vel frumentum, vel alias res vetitas extra regnũ vel comitatum, seu districtum, & territorium super eodem mulo, vel super eadem bestia, vtrum quilibet debebit perdere vnum mulum, seu vnã bestiam? Dic quòd si primus soluit mulum, alius liberatur. Secus si primus soluit æstimationem muli, quia secundus ad mulum tenetur. vt tenet Paulus de Castro & Bartolus in lege meuius. §. duobus. ff. de lega. secundo. numero. 23. vbi per eos.

¶ Vbi quoque tenet, quòd si vno statuto caueatur, quod si quis portauerit monetam, vel bladum extra regnum, seu comitatum, perdat animal, super quo portaretur, & condemnetur in decimam, & alio statuto cauetur, quòd in omnibus maleficijs de nocte pœnæ duplicentur & quidam super mulum extraxit frumentum, vel aurum de nocte, ꝙ non teneatur ad duos mulos sed tantummodo ad vnum, ne duæ causæ lucratiuæ concurrant, nec distinguit vtrũ primo soluit rem, vel æstimationem, cum hoc sit debitum ab eadẽ persona. vt in. l. huiusmodi. §. primo. ff. de lega. primo. Et idem si aliquis pluries cũ eodem mulo, vel asello extraxerit res vetitas, non debet perdere pluries animal. vt Bart. ibi & Bertachi. in tract. gabella. in. 9. parte. nu. 30. tomo. 6. tracta. folio. 72. quia in speciebus non cadit duplicatio pœnæ, vt ibi. & in nu. 31. & in. l. Lucius. §. impuberem. ff. de leg. 2. & in. l. fideicommiss. §. si quis decem. ff. de lega. 3. & Bal. in. l. prima. vlti. col. C. de senten. quæ sine cert. quã profe. Bal. & Imol. in. l. ex facto, §. primo. ff. de vulgar. & pupil. ¶ Et per istum dictũ Barto. pluries iudica-
6 ui, ꝙ si aliquis † cũ vno ense plura delicta fecit, tãtummodo vnum ensem perdere debet, & non plures. ¶ Prẹterea circa istum tex. ponitur, ꝙ est statutum, seu lex, prout hic, ꝙ de regno, seu districtu non portarentur istẹ res, vel aliæ res sub
7 pœna amissionis earum, & bestiarum: quidam † forensis repertus est portare rem cõtra formam legis, vel statuti, an incidat in pœnã. Hanc quæstionem altercat Gandi. in dicto titulo de rebus por. contra deuen. nu. 7. & dicit, ꝙ forensis modò fuerit sciens, modò ignorauerit statutũ perdit res, sed si ignorauerit, excusatur ab alia pęna sed si sciuit statutũ, tunc etiã in alia pœna punit. Quæ ignorãtia statutorũ præsumitur in dubio, secus in alijs prohibitis à iure cõmuni secũdum eundem ibi. quod sequitur Alex. in consi. 86. in 4. lib. nu. 6. allegando Bal. in. l. ius ciuile. in fin. ff. de iusti. & iure. & in. l. 1. ff. de legi. vbi concludit, ꝙ si forensis committit id, quod erat tãtummodo delictũ ex forma statuti ciuitatis, talis forensis habens ignorãtiam dicti statuti, excusatur, si ibi in loco statuti non traxit magnam morã. vt in cap. primo. de constitu. in. 6. & in. l. fin. ff. pro socio. ideo non est puniẽdus, Si tale nõ erat prohibitum cõmuniter per alias ciuitates. vt notat Ioan. Andre. in cap. vt animarum periculis. de constitu. in. 6. in nouella. Facit. l. fi. ff. de decreti. ab ordi. faci. vi. Paul. de Cast. consil. 148. & Specul. in tit. de cõstitu. versi. 2. doct. in. c. canonum statuta. de constitu. vbi maria, & mõtes colliges. ¶ Et scientia probatur contra eum, quando erat homo, qui sæpe, & continuè ibi conuersabatur, vel vtebatur, quia non est verisimile eum hoc ignorasse: quia ad aliquem obligandum scientia & supina ignorantia æquiparantur. l. iubemus. ff. de liber. causa & in. l. octaui. ff. vnde cognati. & quia scire debuit, ꝙ omnes de ciuitate sciebãt vt in. l. regula. §. sed facti. ff. de iuris & facti ignorant. ¶ Sed si est de loco remoto, ita ꝙ iustè ꝓbabiliter potuit ignorare, non punitur secundum Marti. de Fano. & Ioa. de Lar. quos sequitur Gãdinus vbi suprà. quę opinio mihi videtur, & pro ea facit, quod tenet Hippoly. de Marsi. in repeti. l. fi. ff. de iuri. om. iudi. nu. 81. allegando Bar. in lege cunctos populos. in. 5. col. C. de summa tri. & fide catholi. vbi distinguit. ¶ Aut illud, quod commisit forensis in hac ciuitate, est delictum de iure communi, & punitur secundum statuta huius ciuitatis. ad quod allegat authen. si qua in prouincia. C. vbi de crim. agi opor. & alia iura. ¶ Aut non erat delictum de iure communi, & tunc aut ille forensis ibi tantam moram traxit ꝙ verisimiliter debet scire tale statutum, & tunc idem. s. quòd obligatur tali statuto. pro quo adducit. l. 2. & quod ibi in gl. vlti. notatur. C. vbi de cri. agi opor. ¶ Aut ibi non traxit tantam moram, & tunc aut illud factum erat communiter per omnes ciuitates prohibitum, vt putà, non extrahere frumentum extra territorium, quod est communiter prohibitum per totam Italiam licet in nostro regno Castellę contrarium disponatur per legem tertiam. tit. 9. lib. 6. in ord. rega. isto casu quando scit esse communiter prohibitum, non licet allegare talem ignorãtiam, seu excusationem. allegat. l. fi. §. licet aliquis. ff. de publi. ¶ Aut est tale quid, quod non est ita generaliter prohibitum, & tunc non tenetur, nisi fuerit sciens, vt in dicta lege. fi. ff. de decreti. ab ordi faci. &

ci.& dicit, q de hoc est tex. in dicto capi. vt animarum periculis. vbi ignorās non tenetur, quia ignorans non videtur actum gerere, & qui ignorat, non habet voluntatem. vt Paul. de Castro in lege legitimam. ff. de peti. hæredi. nisi ignorātia fuerit crassa, & supina, & ita residet Bart. in dicta lege cunctos populos. circa hanc dubitationē. Quam distinctionem sequitur ibi Fulgo. & Petrus de Ancharr. in dicto cap. canonum statuta. 12. quæst. & in cap. 2. de constit. in. 6. gl. in cap. à nobis. el primero. & ibi Anto. de Butri. de sent. excō. idem tenet Ioan. de Imol. in cap. cognoscētes, de constitu. in. 6. & in cap. fi. 4. column. eod. tit. Specula. in dicto tit. de constitu. versi. quid si extraneus. Et licet aliqui doctores teneant contra distinctionem Bar. prout tenet Ias. in dicta lege cunctos populos. nu. 69. tamen opinio, & distinctio Bar. est communior, & æquior, & est magis ratione munita secundum Hippoly. de Marsi. in dicta lege. fi. ff. de iuri. om. iudi. quam tene, & vide. ¶ Et adde, q ea, quæ dicta sunt in foren-
8 si, habent locum etiam in † ciue nouo. secūdum Ias. in. d. l. cunctos populos. nu. 70. pro quo allegat tex. singula. in. l. qui cum vno. §. fi. ff. de re mili. sed dicit esse meliorem tex. in. l. qui commeatus. §. tyroni. ff. eod. tit. de re mili. & Rom. singula. 73. firmat Bal. in. l. data opera. col. 11. C. qui accusa. non pos. idē tenet Hip. de Mar. in. d. l. fi. ff. de iuri. om. iudi. nu. 84. & in. l. qui ignorās. ff. ad l. Cornel. de falsis. nu. 23. vbi ciues nouelli cōtra venientes statutis ciuitatis, excusantur, qa in eis præsumitur ignorantia per. d. §. tyroni. vbi parcitur nouo militi tanquā iustè ignoranti leges militares. ¶ Nota tamen perpetuò, q forensis po-
9 test petere restitutionē † in integrū aduersus statutum, quod ignorauerat probabiliter, & hoc ex clausula generali. si qua mihi iusta causa. ita tenet Ias. in. l. quandiu. C. qui admitti. in fine. dicendo, q ista est decisio solēnis Inno. & Io. And. & Anto. de Butri. in rub. de cōsuetu. & plenius Anto. de Butri. in. c. 2. de cōstitu. & Io. Fab. in. d. l. cunctos populos. 6. col. & Alex. in cōsil. 37. in 2. volu. incipiente, Viso, & optimè discusso processu. in. 8. col. & Fran. de Aretio. in consi. 11. qui incipit, procedendum est breuiter. in. 3. col. ad fi
10 nem. ¶ Et idem dic in minore, † quia licet minor extrahat res vetitas contra statutū, nō debet puniri. vt tenet Ludo. Rom. in singula. 808. qui est finalis. in ordine. & idē tenet Cremensis in sing. 29. vbi ait, q si minor portat res, de quibus solui debet gabella, vel sit prohibitum statuto, q nullus possit portare tales res, q minor non cadit in commissum, quod dicit esse notandum. Idē tenet Bal. in. l. si ex causa. §. si in commissum. ff. de minO. & vi. eundem Bald. in tracta. statutorū. in parte, frumentum. ¶ Sed hoc intellige verū, qn statutum punit aliquid, quod de iure communi non est punitum, tunc enim minor non includitur in statuto, secus si punit. vt doct. suprà & vi. Sebasti. Sapi. in addit. ad Abb. in. c. 2. de delictis puero. in. 1. additione. ¶ Quoq; intelligerē (saluo meliori iudicio) nisi statuto caueretur, q etiā minor in pœnā incurrat: quia statuta terrarum possunt ampliare, & diminuere tēpus legitimæ ætatis, prout placet, quia non sunt minoris authoritatis statuta, quàm leges Lombardorum. tenet Bal. in. l. prima. ff. de minori. in fine. ¶ Adde
11 q statur iuramento portantis † res prohibitas, vel facientis contra statutum, an sciuerit, vel ignorauerit, tenet Montal. in glo. ordi. rega. in parte, custodes. dicens, q si portauerit quis extra ciuitatem res per statutum prohibitas, perdit illas & illud, super quo portantur, licet sit receptum vel cōmodatū, vel conductū ad vecturā, nisi dñs curri, vel muli fuerit ignorās, quæ ignorātia præsumitur. vt Abb. in. c. sæpe. de restitut. spolia. 4. col. nu. 14. & idem Abb. in. c. veniēs. de filijs presbyterorum. vbi in dubio præsumitur ignorātia: & ille qui dicit scientiā, probare debet. & glo. in l. verius. ff. de probatio. & suo iuramento statur. vt in. l. prætor. ff. de edendo. §. sed si iussio. & in l. fi. §. licentia. C. de iure deliberā. vbi glo. dicit, q hoc iuramentū referri non potest. & tenet Ioan. de Pla. in. l. 1. C. de seruito. & occulta. corū. li. 12. ¶ Et facit quod tenet Abb. in consilio. 35. in pri
12 mo volu. nu. 2. in fine. vbi ait, † q si forensis transierit per aliquem locum, & gabellam rerū, vel merciū suarū non soluerit propter quod incidit in commissum, iuuatur, si nec sciuisset ibi esse aliquod datium soluendū, & tale iuramentum plenè probat ignorantiā suam. & hoc modo res suæ non cadunt in cōmissum. allegat Abb. gloss. singula. in cap. proposuisti. 28. distin. quod dictum Abb. dicit notabil. & lucrosum Hipp. de Marsi. in repeti. rub. de probatio. nu. 124. Et facit, quod tenet Martinus Lauden. in tracta. de fisco. quæstio. 231. tomo. 6. tract. fol. quinto. vbi ait, quod statur iuramēto portantis, qui dicit portare pro vsu suo, vt non soluat gabellā, per glo. in Cle. fi. de censi. Bal. in authē. habita. C. ne filius pro patr. quod dicit esse cōtra datiarios, & publicanos.
13 ¶ Et q ignorantia † tanquā dependens ab animo probetur per iuramētum, est tex. in. c. nulli. in. fi. de electio. in. 6. & in. c. cū in tua, qui matri. accusa. poss. & in. c. si vero. el. 2. de senten. excō. c. pastoralis. de exceptio. & voluit glo. in. c. in lectum. 34. quæstio. 2. glo. in. c. innotuit. de electione. & ibi. Abb. numer. secundo. & alios docto-

res relatos per Hippolytum vbi suprà quibus adde gl. Castelli. in lege secunda.in.ll. de Toro. in glo.pē.in fine.& glo.in cap. accedens. de crimi. fal. & Hippolytus. in lege si quis nec quæstio.ff.de quæstio.num. 46.& in consilio.51.& Alex.in.l.qui bona.§. si alieno nomine.ff. de dāno infecto.¶Sed supradicta intelligo vera, nisi probatio in contrariū appareat:qa licet ignorātia,vel sciētia ꝓbetur per iuramentū,admittitur probatio in contrarium.tenet Bart. in. l.si cui.§. ijsdem. ff.de accusa.& est glos.ordinaria.in cap. secundo.in verbo.effetata,de tempo.ordi. in.6. tenet Iason.in lege prima.§.si absens.ff. si ex noxal.caus.agatur.nu.quinto. ¶Quod dicit ibi.n.
14 sexto.limitari,† nisi lex, vel statutum diceret, quòd stetur dicto, vel iuramento alicuius proplenaria probatione,tunc non posset ꝓbari contrarium,quia haberet vim præscriptionis iuris, & de iure.gl.est ad hoc singul. secundū eundem Ias.in Cle.prima.in glo.pē.in verbo, fecisse narramus.de probatio.per quam glo.ita dicit limitari Ludoui.Roma.in.l.si duo. ff. de adquirend. hæredi.& dicit mirabiliter intelligi, quando statutum diceret,ꝙ haberetur pro plenaria probatione,tunc non admittitur probatio in contrarium,ita loquitur glo.præallegata, secus si statutum diceret, ꝙ habeatur pro plena probatione, tunc possit probari cōtrarium.& ita limitat nouiter Alex.in consilio allegato ibi per Iaso.
¶Quoque limita vt per Bald.in.ca.nulli. penul. col.de rescrip.vt non procedat,quando lex, vel statutum disponeret stare alicuius probationi, quia facit vt non admittatur probatio in contrarium.Secus si disponat,vt sufficiat ad probādū, quia tunc bene potest probari contrarium.Quę limitatio non placet Ias.vbi supra.nu.7. vbi per eum.¶Et probatio contra forensem debet esse,
15 ꝙ debet †probari,ꝙ habebat cōuersationem in dicta ciuitate,vel morā traxit in ea, ꝙ verisimiliter debet scire tale statutum, vel illud factum communiter per omnes ciuitates,&villas regni erat prohibitum secundum Hippol. de Marsil. vbi suprà.¶Sed iste tex.& similes, non habent
16 locum,quando aliquis† propter timorem iustū inimicorum excessit fines territorij, comitatus, seu districtus fugiendo,quia tunc non incidit in pœnam.tenet Ang.in.l.quod per tex.[illegible]. ff. de ædilit. edicto.& dicit concordare text.in.l. Titius seruus.ff.de seruis exportan. ¶Quia secun-
17 dum Ang.ibi,quando aliquis ad sui † defensam interfecit aliquem propter iustam causam timoris,non est locus pœnæ, quando posuisset se in discrimine vitæ fugiendo, maximè cùm non sit ratio,ꝙ ille magis fugisset, quàm ille,qui eū fuisset insequutus,cùm homines conditionis æqualiter incedere præsumantur. vt in.l. continuus. ff.de verbo.obliga.§.cùm ita.&facit tex.in dict. lege quod.§.idem Celsus.ff.de ædili. edicto. ibi, non potest euadere.¶Item dicit Ang.in dict. le-
18 ge quod.ꝙ fallit,qñ portat,vel extrahit† causa sui victus,quia tunc prohibitus portare, vel extrahere granum,seu aurum,vel monetam extra ciuitatem,non incidit in pœnam,quatenus portat causa sui victus.tenet idē Ang.in.l.principalibus.ff.si certum peta.& est tex. expressus in lege.23.tit.9.lib.6.in ord.regali.in fine. ibi. *Pueda sacar,y saque consigo la moneda de oro,o plata que ouiere menester para el gasto continuo.* ¶In tantum hoc procedit,ꝙ si causa sui victus extrahat, & deinde mutato proposito vendat,non incidit in pœnam,tenet Pla.in lege.vnica.C.de imponen. lucra.discri.lib.10.in fine.& vide infra num.20.& Bart.in.l.cætera.§.fin.ff.de lega.primo.§.sed & si quis.& Ias.in.l.si quis nec causam.ff.si cert.peta. nu.4. & melius tenet Ang.in.l.1.§. nō autem.ff. de exercito.vbi quoque dicit,ꝙ statur iuramento suo an habuit bonum animum à principio.vide Alex.in consi.7.in.3.volu.in fin.&vide infra versi.& quoque statur suo iuramento.vbi de intellectu.sed tex. Facit in cōtrarium in lege.5.tit. 7.part.quinta.ibi. *Y no los vendiere.* ¶Quoq; pōt extrahere non solùm causa sui victus, sed etiam causa suæ familiæ.glo.in.l.vniuersi. C. de vectiga.& comis. cōmendat eā Alex. in.l.fi.§. diuus ff.eod.tit.sequiturBal.in lege cùm proponas.C. naut.ꝙ fœnor.&faciunt notata per docto.in simili in lege, si ita stipulatus fuero. ff. de verbo. obliga.de quo vide.glo.& ibi Paul.de Castro.in lege.fi.§.quotiens.ff.eod.de vectiga.& commis. & in lege si Publicanus.§.primo.vi. dictam legē 5.tit.7.parti.5.& glo.in authen.habita.C. ne filius pro patre.¶Sed hoc intellige,dūmodo non extrahat pro suo victu,vel necessitate plusquā. egeat.vt tenet Ioa.de Plat.in lege eos qui. C. de aquęductu.lib.11.nu.2.loquendo in statuto disponente,vt nemo possit extra ciuitatem portare vinū nisi pro suo vsu,& aliquis, cui sufficiebāt quatuor dolia pro suo vsu,portauit viginti,ꝙ totum amittit.¶Et quoque statur suo iuramento, an causa sui victus,vel vsus,vt dixi, vel negotiationis deferatur,scilicet,deferentis, nisi qualitas personę dissuadeat,vel probatio de opposito sit in promptu.tenet Plate.in lege vnica.C.de licto rum custo.lib.12.&Hippoly.de Marsi.singula. 86.& in repetit.rubricæ de probatio.nu.145.& Bal.in.l.3.C.naut. ꝙ fœno.& gl.in Cle.si.de censi.quæ dicit iuramento probari, ꝙ clericus portet res suas causa sui vsus,& familiæ suæ, nisi rerum,

rum,& personarũ qualitas aliud suaderet. secundùm Cardi. ibi. in. 4. quæstio. & tenet Bertachi. in tracta. gabellarum. in. 8. quæstio. principali. in secundo membro. num. 4. tomo. 6. tract.* ¶Sed quid si ciuitas prohibet ex portare bladũ extra districtum, an comprehendat forensem habentem agrum in districtu dictę ciuitatis: & ꝙ sic tenet Alberic. in rubr. ff. de muneri. & honori. nu. 34.* ¶Sed quid si cauetur, ꝙ nullus extrahat à regno, seu ciuitate frumẽtum, & aliquis hordeũ
19 † extraxit, an incidat in pœnam? Dic ꝙ nõ: quia appellatione frumenti, non continetur hordeũ. Et si aliquis accusat de furto frumenti, si probat de hordei furto, non nocet. vt tenet Angel. in. l. triticum. ff. de verb. oblig. quia de speciali & propria significatione, & simplici appellatione frumenti propter excellentiam intelligitur de grano, quo vtimur ad panem faciendum secundùm glo. in. l. frugem. ff. de verbo. signifi. & de isto intelligitur, si quis promitteret decem corbes frumenti secundum Bart. in. d. l. frugẽ. sequitur Ioã. de Plat. in. l. modios. C. de susceptori. & arca. lib. 10. nu. 1. ¶Sed quid si extraxit farinam? Vide tu Gandi. in tract. malefi. in parte, de rebus non portãdis cõtra deuẽt. nu. 4. & gl. in. c. 1. supra eo. in glo. *De cuyamano.* & Bart. in. l. quæsitũ. §. illud. ff. de lega. 3. & latè in ꝓposito per Rotã decisio. 834. in antiquis & ꝙ incidat in pœnã extrahendo farinam, tenet Bart. in. d. l. quæsitum. §. illud. & sequitur Ang. in. §. cum ex aliena. Instit. de rerum diui. nu. 3. & Plat. in. l. 1. C. de frument. vrb. Constãtinop. lib. 11. & Alber. in. 2. par. statu. q. 5. ¶Et tenet latè Bertachi. in tract. gabellarum. in. 8. parte. in. 2. mẽbro. nu. 16. tomo. 6. tract. fol. 65. Sed nõ prohibetur portare panem coctum, nisi faceret in fraudem. vt Pla. in. d. l. 1. de frumẽ. vrb. Constanti. C. in princip. ¶Stante ergo ista l. quòd nullus extrahat res vetitas, nisi ꝓ victu
20 suo sub pœna, si aliquis † extraxit hoc animo, & eo extracto, mutabit animum, & vendidit, an incidat in pœnam? Dic ꝙ non, vt suprà dixi in nu. 18. vbi de intellectu vt dixi tenere Ang. in. l. prima. §. non aũt. ff. de exercito. actione. facit text. in. l. Cæsar. ff. de publica. & vectig. & in. l. Senatus. ff. de cõtrahen. emptione. & l. cætera. §. fi. ff. de lega. 1. iurauit tamen, quòd bonã mentẽ habuit à principio. vt in. l. fi. cum similibus. C. de iure deliberan. secundum Ang. & idem tenet Bertachi. in. d. tract. gabella. in. d. §. 8. parte principali. in. 2. mẽbro. nu. 2. 3. & 4. tomo. 6. tract. fol. 94. allegando Bar. & Ioan. de Porta. in. d. l. cætera. §. sed si parauerit. dũ dicunt scholarem ementem frumentũ pro toto anno, & postea pœnitẽtem & reuendentem illud, non teneri ad pœnam statuti prohibentis emi frumẽtum in platea causa reuendendi. quod dic verum. secundùm Bartol. ibi si constat de primo proposito, aliàs ab initio præsumitur fuisse ementis propositum reuendendi, sicut postea fecit. vt in. l. prima. §. idem officilius. ff. de exercito. vbi per Guiller. de Cune. & ibi tenet Bald. in. §. nec autem. Quod tendit in fauorem illorum, qui obligantur ad macella, & pannificia reficienda, & complenda ciuitatũ, villarũ, & locorũ huius regni Hispaniæ, quia tales carnifices possunt emere carnes viuas, & etiã sues ad reficiendum dicta macella, non tamen ad iterũ vendendũ, vt patet in leg. regni.* Quæ leges sunt reuocatæ, seu suspensæ per nostrum regem Philippum, vt patet eius prouisione Vallisoleti. 7. de Iunio. 1558. tamen per eundem regem fuit validata en Madrid, anni. 64. in certa forma, scilicet, *Que ninguna persona compre carnes viuas para las tornar a vender en pie en las mismas ferias y mercados, y rastros contra la dicha pragmatica, y executeys en los que lo contrario hizieren las penas en ellas contenidas sin embargo de la suspension de la dicha pragmatica.* * quòd si aliquid ex dictis carnibus. & rebus superfit completo tempore suæ obligationis, poterunt vendere sine pœna dictarum legum, & pragmaticarũ, quæ prohibent triticum, carnes, & sues emantur ad iterum vendẽdum, quia initium suæ primæ emptionis considerandum, & attendendum est, quæ fuit facta pro victu, & sustentatione ciuitatis, seu loci, atque illorum incolarum, & tenet doctor del Castillo in. l. prima Tauri. in gloss. *En los dichos lugares.* columna nona. versiculo, quod etiam facit ad ea quæ dicunt.* Et an de licentia iudicis potest quis ista prohibita emere. dic, ꝙ non: quia vnde venditio rei inhibetur alicui propter publicam vtilitatem, quòd sicut priuata pactione non potest fieri venditio: ita nec authorita. iudicis tenet Barto. in. l. 2. C. de agricol. & censitis. libr. vndecimo. & ibi Plat.* Sed quid
21 si aliquis est deprehensus in itinere † quasi in cõfinibus, & dicit se pœnitere portare illas res vetitas, an excusetur à pœna? Dic quòd est puniendus, sed non pœna statuti, vt per Gandi. in d. tit. de rebus portan. contra deuẽ. nu. 6. ¶Ioan. And. in additio. ad Specul. in tit. de cõstit. in additione, quæ est in medietatem, videtur meliùs loqui dicẽdo. Aut enim iste inuentus fuit continuãdo iter suum, vt exiret districtum, & allegatio pœnitẽtiæ patet falsa. Aut reuertebatur sponte, & tunc iuuari deberet per pœnitentiam. Aut repertus est quiescere in hospitio, vt in tugurio pro quiete sui, & animalium, non saluatur, ex quo de pœnitentia, quã asserit, nulla sunt in-

ditia, & verbo statuti in hoc sunt ponderanda secundùm Ioan. Andr. ꝙ nota, & vide. & sequitur additio. Bart. in. l. qui ea mente. ff. de furt. in finali additione. & dicit, ꝙ si quis inuentus fuerit reuertendo, quia pœnituit, debet mitius puniri.
22 ¶Item quæritur. si quis est inuentus † cum equo in via portare res vetitas, an debeat puniri? Gandi. vbi suprà in dicto titul. de rebus, porta. nume. 10. dicit, quòd sic, quando confitetur, quòd ipse portabat res illas extra, sed si neget, & dicat se portare illas res ad molendinum, vel ad villam, & illa sit via & iter ad molendinum, vel ad villam, & bene sit hoc verisimile, non punitur. Angelus tamen in lege si vehenda. ff. ad legem Rhodi. de iactu. dicit: quòd verba statuti in hoc sunt attēdēda. Nam si statutum dicit, quòd si quis portauerit bladum. &c. Tunc intelligitur perfectè, & executiuè portabit, nec sufficit, quòd inueniatur in itinere. vt in lege prima. ff. quod quisque iur. secus si dicit si quis portabit bladum, vel inuentus fuerit portare, vel similia, quod dicit esse notandum, & idem tenet Bal. in dicta. l. cùm proponas. C. naut. ꝙ fœno. num. 2. versi. quidam dicunt. & in lege. si fugitiui. C. de seruis fugiti. numer. 5. & in lege. arboribus. ff. de vsufructu. quod sequitur Franciscus Lucanus, in tractat. de fisco. in quarta parte. nu. 12. & 13. tomo sexto. tractatu. fol. 15. & vide Ias. in lege cui iurisdictio. ff. de iur. omni. iudi. in fine. vbi tenet allegando Bal. in capitul. concupiscentia. in secunda column. de constitu. quòd quando aliquid ꝓhibetur in termino, intelligitur etiā prohibitū in via, & ideò secundū eundē Bald. ꝓhibitus ex forma statuti deferre frumentum extra territorium sub certa pœna, repertus in via potest puniri. quod dicit Ias. non videri verum. & dicit videndū. Cy. & Bal. ibi. & ideo tene, ꝙ ponderanda sunt verba statuti, vt dictū est, & idem tenet Bal. in. l. cū te. C. de dona. ante nup. in fine. ¶Idem tenent Bar. & Plat. in. l. qui fiscales. C. de nauicula. lib. 11. dicēdo, ꝙ si qs reperiatur cū sarcina frumēti. vel alijs rebus vetitis portari extra districtū in aliqua via non recta, & non consueta, est suspectus, ꝙ eas velit portare contra deuētum. C. de cursu pub. lib. 11. nā ex qualitate loci vbi inuenitur, præsumitur, & probatur contra eum. vt in. d. l. si fugitiui. C. de serui. fugit. ¶Vbi quoq; tenet Pla. ꝙ attēdenda sunt verba statuti, aut loquantur per verba præteriti temporis, vt si quis portauerit bladū extra districtū, tūc requiritur actus cōsummatus, nec sufficit esse in fieri. vt in. d. l. arboribus. ff. de vsufru. §. de illo. dum dicit. lupus exit syluā, non tamen exiuit, punietur tūc extra ordinē in limine districtus portare repertus. l. 1. §. expilatores. ff. de effracto. si autē loquitur per verba præsentis temporis, vel præteriti imperfecti, putà, portantes bladum extra districtū, puniantur. tunc punientur pœna statuti per. d. l. fugitiui. & ibi ꝑ Saly. & Bal. & vide Feli. in tracta. qñ cognatus puniatur. col. 4. Fallen. 8. ¶Et vi. d. Bertachi. in tracta. gabella. qui hoc singulariter altercat in. 9. parte principali. nu. 18. & 19. tomo. 6. tract. fol. 71. vbi idē tenet, dicēdo, ꝙ inuētus portare res ꝓhibitas, & extrahi per viā non rectā, sed inusitatā, tenetur. vt Bal. in. l. 3. C. naut. fœno. & in. l. 1. col. 3. de ędilitio edicto. nisi quis iusta causa motus, iuerit per viam inusitatā, & non rectā, putà, si via erat ab aqs inundata, vel à latrūculis occupata, vel ab hostib⁹. secūdū Saly. in. d. l. 3. qđ est verū, ꝙ tenetur, etiā si extractio nōdū sit cōsummata, quia sufficit esse repertum in via nō recta, licet nondū exierit de territorio. vt per Alberi. de Rosa. in tract. statu. in. 2. parte. q. 3. & Bar. in. d. l. qui fiscales. C. de naui. li. 11. ¶Sed hoc intelligit. d. Bertachi. si statutū dicat de extrahente, ita, ꝙ loquatur per verbū pręsentis temporis, vel pręteriti imperfecti, vt dictū est. Secus si per verba præteriti perfecti, putà extraxerit, quia tunc statutum non habet locū, sed requiritur actus perfectus, & consummatus. secundum Bald. & Iacob. Butri. in. l. si quis non dicam rapere. C. de episcopis & cleri. col. 2. & in. d. l. si fugitiui. & idē tenet Bald. & Alex. in. l. qui Romæ. §. Callimachus. ff. de verbor. obligat. vbi etiam notāt, ꝙ dicitur proficisci, qui arripit iter. ¶Tamen est notādum, ꝙ in isto casu est minor pœna imponēda. s. arbitraria, vt dictū est secūdum Bal. in. d. l. si quis non dicā rapere. & in. d. l. si fugitiui. videlicet dimidia pœna eius quæ ab statuto sit imposita pro actu consummato, secūdùm Bal. signanter in. d. l. 3. C. naut. quòd fœnor. sed fuit originale dictū Spec. quē Bal. non allegat in tit. de cōstitutio. §. 1. versi. pone ergo statutum. nu. 8. in fine. & ibi dicit, quòd pœna debet mitigari. vt si pœna sit dupli, simplū amittat, si simpli, tūc medietatē. Et hanc doctrinā tradit etiam Sali. in. l. 1. versi. ex prædictis infero. C. de raptu virgi. quod dicit Bertachi. vbi suprà notandum perpetuò, quia pauci sciūt, & est quotidianum. ¶Sed si repertus in via non recta cū rebus prohibitis confiteatur se velle extrahere pœna cōmittitur. vt dictū est. & tenet. d. Bertachi. vbi suprà nu. 20. ¶Et etiam conuincitur de fraude, si probatur per testes, quibus ipse dixit, se velle extrahere contra deuentum, vel per alias coniecturas ex qualitate personarum, & rerum, ex arbitrio iudicis quod dicit bene notandum Bertachi. ibi. allegando Flori. in. d. l. arboribus. §. idem tracta.

&ideò

& ideò dat cautelam secūdū Bar.in.l.1. C.de iti. custo.lib.12.ꝙ volēs portare frumentū,vel alias res prohibitas vadat ad officiales,& eis notificet locum,ad quem iturus erit, & de extractione accusari nō posit.¶Idē dic ꝙ tenetur, si est reper
23tus in limine† territorij, seu in confinibus illius ciuitatis,vt vix ipsum negare sufficit. vt in.l.qui sententiam. ff.de pœnis.& iudex, qui de hoc debet cognoscere, debet circunspicere qualitatem personæ,& attenta illa,vel molendinum. ad qđ dicit ire sint vicinia vel non, secundum Gandi. vbi suprà in.d.tit.de rebus portā.nu. 11.& Bal. in.d.l.qui fugitiui.nu.4.&.l.42.§.1.&.2.tit.9. libro.6.in ordi. regal. vbi probatur,ꝙ si intra vnā leucam, vel duas leucas quis depreheriditur iuxta alium territorium, præsumitur extrahere. Et
24(vt dixi)idem tenetur, si reperiatur† cum argento,frumento,vel cum alijs rebus vetitis portare extra territoriū in aliqua via non recta, nec consueta,quia est suspectus, quod ea velit extrahere extra territorium contra deuentum. facit.l. eos.in fine.ff.ad.l.Corne.de fals.& tenet Mont. in glos.ordi. in parte, extrahens à regno. quem vide.& Hippoly.de Marsil.in.l.de minore.ff.de quæstio.nu.29.allegādo Bar. in.d.l. qui fiscales. C.de nauicul.lib.11.& sequitur Ioan.de Anna. in.c.significauit.col.fi.de Iudæis.versi.in contrarium.vbi dicit,ꝙ minor pœna imponitur, quā si portasset.vt Butri.& Bald.in.d.l.si fugitiui. C. de serui.fugi.sed omnino dicit ponderanda esse verba statuti & sic remanet cum Ange.& Bald. ¶Facit quod tenet Pla.in.l.præsidibus.C.de cursu publi.lib.12. vbi ait quòd itinerantes non debent recedere à recta via publica consueta. aliàs est præsumptio contra eos.quod dicit notari cōtra volentem portare bladū,oleum,& aliud prohibitum,vt sit præsumptio contra eos,quòd cōtra deuētum portent. & ideò possunt arrestari, donec excutiatur veritas.

¶Et idem dicit esse in eo, qui ingreditur, vel egreditur ciuitatem aliunde, quàm per portam publicam,& consuetam.vt in lege fina. ff.de rerum diuisi.Quod fallit in præside superiori, vel gubernatore,si aliquando per deuiā mittit, quia contra eum nō est mala suspicio, sed quòd iusta ratiōe & causa faciat.vt Plat.ibi per tex.ibi.¶In tantum habent locum supradicta,quæ extendūtur contra eum, qui recedens de loco commissi maleficij,si non vadit per viam rectam cōsuetā, sed per deuiā,est enim præsumptio contra eum de maleficio commisso, vt sit sufficiēs indicium ad torturam simul cum alijs indicijs, nisi subsit iusta causa eundi.tenet dictus Platea. in lege. si quis.C.eod.tit.de cursu publico.

¶Sed quid si alicui est data licentia extrahendi
25sine præfinitiōe† tēporis, an duret perpetuum? Dic,quòd nō,sed solūmodo talis licētia data ex trahendi res vetitas,durat per septem dies: & si extrahit elapsis istis septem diebus punitur. vt Bar.& Io.đ Pla.in lege prima.C. detractoribus. & statu.libro.12. ¶Et adde, quòd si gabellarij portarum dederunt mihi licentiam exportandi res vetitas extrà ciuitatem & districtum potero tradere mulioni literam licentiæ, in quā ego solus & non ipse descriptus est,& illam licitè portabit sine me.tenet Pla.per tex. ibi in lege. parsi piū.C.de cursu publi.lib.12.& Bar. in lege,corpus.eod.titul.& Fran.Luca. in tracta. de fisco.4. parte.nu.7. tomo.6. tracta. fol.15.¶Item nota, quòd si iudex, seu potestas,seu gabellarius,siue
26Publicanus dedit licentiam † extrahendi cōtra talia statuta, talis licentia non excusat à pœna, sicut nec potestas excusatur. vt in lege.1. C.de commeat.lib.12.& ibi docto.& tenet Gandi.vbi supra.nu.9.versi. hoc tamen quæro.& potestas debet illi, cui dedit licentiam extrahendi restituere omne damnum.vt in.l.per hanc.§. nō danda.&.§. sciant vero. C.de erogatio.milit.anno. lib.12.& tenet Montal.in glo.ordi.in parte,pœna per sententiam. Et quòd puniatur officialis, qui permittit apportari rem cōtra deuentum,tenet Bal.per tex.ibi in.l.mercatores.C.de cōmer. & mercato.& vide quæ latè posui suprà in capi. primo.in glo.Salario.fi.col.& vide Parid. de Puteo.in tracta.syndicatus.in parte.licentia officia
28lis.fol.164.¶An stante tali lege, vel statuto † ꝙ nullus forensis posit emere,& extrahere extra territorium,an si emit, perdat talis forensis pretium exbursatum? Dic quòd non vt est textus in lege prima.C.non licere habitatori metracomie loca sua ad extrane.transfer.lib.11.& tenet singulariter Bald.in.l.fi.§.fi.nu.2.C.communia. delegat. & dicit, quòd potest retinere rē emptā donec ei restituatur suum pretium.per tex. in.l. si non sortem.§.si centum.ff.de condit.indebiti. quod sequitur Fran.Cremen.in singul.95. & Feli.in.c.cùm causa.de re iudicata.col.9.Barb.in.c. audientiam.de rebus ecclesi.non alienan.in fin. Quod intelligo verum,nisi lex,seu statutum dicat,quòd perdat pretiū,quia tūc perdit vt Bald. in.d.l.fi.§.fin.C.cōmunia.de legatis.& facit tex. ibi.in quantum dicit, quòd habet actionem ad pretium.& facit quod tenet Bal.in.l.tutor.§. curator. ff. de minori.vbi tenet. ꝙ rescisso contractu,pretium debet restitui ab illis, ad quos peruenit.¶Sed Inno.in.c. si quis presbyterorū. de rebus ecclesi.non alienan. dicit,ꝙ.d.§.fi.l.si duobus.est casus specialis, in quo emptor recuperat pretium,

pretium, re euicta. & Ang. ibi in dicto. §. fi. idem tenet regulariter contra: quia faciens contractũ à lege prohibitum, perdit pretiũ. vt tenet Plat. in l. nemo. C. de fundi. rei priua. & salti. diui. Domi. lib. 11. & idem Plat. in l. prima. nu. 2. C. de prędi. curia. sine decret. non alien. lib. 10. vbi tenet ꝙ quãdo cõtractus est nullus à lege interdictus, emptor, posidens non lucrabitur fructus, & rẽ restituit emptori, & perdit pretiũ. & idem tenet Ang. in l. 1. C. đ prescript. 30. vel 40. anno. dicendo, ꝙ quãdo res aufertur ab emptore mercãte contra iura, nõ debet sibi restitui pretiũ. vide glos. in l. 3. C. ꝙ metus caus. & Plate. in l. temperent. C. de vestib. & olo. libro. 11. in fine. vbi tenet, ꝙ qui mercatur contra legem, perdit pretium. & vide Ab. in dicto cap. cùm causa. de re iudi. in fine. nu. 17. & ibi Feli. & Io. Fab. in. §. loca. Instit. de emptio. & venditio. Et non solùm perdit pretium solutum, sed etiam soluendum. vt Plat. in lege quem admodũ. C. de agricol. & censi. lib. 11. & applicatur fisco, nec agit contra venditorem de euictione, nisi fuerit stipulatus. vt ibi quod fallit in casibus vt ibi per Plat. nume. 11. & 14.

por ella hã sacado[e] moneda y cauallos fuera de nuestros reynos. Y en los q̃ hallaren que los ayan sacado, executen las penas contenidas en las leyes del ordenamiento de Toledo[f], y en las otras leyes se haze mencion. Y de las penas de los bienes de los culpados se de la quarta parte a quien lo denunciare, si pareciere que es verdad, e lo restante lo applique a quien las dichas leyes lo dan. Y faga pregonar esto en la tierra de su corregimiento. Y qualquiera que lo supiere, y no lo descubriere a la justicia, que incurra[g] por el mismo hecho en las

SVMMARIVM.

1 *Faciens transitum cum rebus vetitis per alium regnum, seu ciuitatem, non incidit in pœnam, si res vetita portari non sit de illo regno, seu ciuitate.*

e Y por ella hã sacado.[e]

Dũmodo moneta, & equi sint de isto regno Hispanię, quia si sunt de alio regno, & transitum †
